ՄԻԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ

ՀԱՅՈՑ ԱՌ ԷԿԵՂԵՑՒՈՑ

ԳԱԳԱՐԻՆԻ

ԱԶԳԱՅԻՆ
Ա-56

ընդ մեծի ուսոյ Ընկերութեան Յիսուսեան.

Շարադրեալ ի խնդրոյս հաւատոյ. ի պատմական եւ վիճաբանական

ի երկուս բաժանեալ հատորս. ի պատմականն եւ վիճաբանականն

ԱՌԱՋԻՆ ՀԱՏՈՐ.

CONCILIATIONIS

ECCLESIAE ARMENAE CVM ROMANA

EX IPSIS ARMENORVM PATRVM, ET DOCTORVM TESTIMONIIS,

In duas Partes, Historialem & Controuersialem diuisæ,

PARS PRIMA:

AVTORE

CLEMENTE GALANO

SVRRENTINO

CLERICO REGVLARI THEOLOGO

Et S. Sedis Apostolicæ ad Armenos Missionario:



ROMAE
Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide. Anno Iubilæi MDCL.

Superiorum permissu.

Նոյեմբ. 4 1958

ՄԻԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ

ՀԱՅՈՑ ՍՈՒՐԲ ԵԿԵՂԵՑՈՅՆ

ՔՆՆ. ՄԵԾԻ ՈՔ ԵՒԵՂԵՑՈՒՅՆ ՀԱՌՔՆԱՅ.

~~Ներսես Լամբրոնացւոյ Եպիսկոպոսի Տարսոնի~~

CONCILIATIONIS

ECCLESIAE ARMENAE CVM ROMANA

PRIMA PARS HISTORIALIS.

0807

In hoc libro a C. Galano scripto sunt multa vera atque nova. Sed vera non sunt nova, novaque non sunt vera. Hanc notam scripsi magister Seminarii Armeni Naxuanensis Isaacus Tandian. Anno Dni 1904 idus Martius. Naxuanae ad Tanain.

267
195
75680



75680
267

EMINENTISSIMO, AC REVERENDISSIMO

PRINCIPI

ALOYSIO CAPPONIO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

NVLLA propemodùm, hæreticæ ſuperſtitionis morbo laborans, Chriſtiano iam in Orbe ſupereſt Natio, PRINCEPS EMINENTISSIME, quæ ſuorum errorum commenta ab orthodoxis, ſapientiaque pollentibus Viris acriter oppugnata non legat, & ſuo quidem quælibet idiomate; ſentiatque ſuorummet ab axiomatum iaculis hæreſes ſuas ita penitùs profligatas; vt, ſi nec tali ipſa pharmaco conualeſcat, id illi & iurè, & meritò obijci poſſit: Perditio tua ex te. *Quocirca quàm ſatis pro dignitate religioni noſtræ conſultum, prouiſumque ſit, illa quoque Romanæ eloquentiæ Principis verba comprobare videntur; qui,* [a] Vt religio, *ait,* propaganda eſt; ſic ſuperſtitionis ſtirpes omnes eijciendæ. *nec documentum hoc Romanus poſthabuit olim Senatus; cui quidem ſuæ religionis tuitio vſqueadeò cordi fuit, vt* [b] *primas etiam publicorum Conſiliorum partes ipſi dare decreuerit; nullaque quanquam grauior cauſa, vel quæ celeritatem requireret, Romanorum morem hunc anteuerterit. Quòd ſi, ne in eam, quæ Cacodæmonum cultus erat, recens alia hominis vllius obreperet ſuperſtitio, tantæ Gentilibus curæ fuit; quidni de ſacroſancta nos religione, cuius* [c] fides lumen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ, *meritò ſolicitiores fuerimus? Quamobrèm æquitatis rationi minimè conſentaneum eſt, inter tot vnam ſolummodò Armeniorum, totum ferè per Orientem, ac Septen-*

a Cic. lib. 1. de Diuinat.

b Bapt. Fulgoſ. lib. 1. ex Varr.

c Chryſoſt. ſup. Symbol.

ptentrionem diſiectam, varijſque contaminatam erroribus, Nationem eſſe; cuius viroſum hæreſis vlcus, duodecim ab hinc ſeculis, iam inde à Chalcedonenſi Quarto Concilio natum, ſine opportuno medicamine computreſcat: nec vllum hactenus reperiri Samaritanum, qui, miſericordia motus, oleo ſapientiæ, leniſque confutationis, Armenis characteribus cuſæ, illud liniat; extergat vino ſanæ doctrinæ; Conciliationis vinculo aliquo amabiliter alliget. Immo nec decet, hoc potiſſimùm tempore, quo ſplendidiſſimus PVRPVRATORVM Senatus vt per Miniſtros ſuos Euangelicos, ita pariter per crebras librorum exterarum linguarum editiones, ad Orbem vniuerſum luce veræ religionis illuſtrandum incumbit: ac pretioſam Catholicæ fidei gemmam, benignis radiorum eius illapſibus vbique Terrarum exortam, in Oriente iam colligit Indus, Americanus in Occidente, Aethiops in Meridie, Danus, Noruergianuſque in Aquilone; ſolum duntaxat Armenium, ignorationis ſuæ tenebris tantoperè offuſum, ad ſpecioſam hanc gemmam inueniendam ope, & lucerna ſimili non iuuari. At enim tanta idiomatis Armeni eſt vel aſperitas in prolatione, vel indita naturaliter in conſtructione diſcrepantia dictionum, vel etiam librorum, quibus ad ipſum apprehendendum Latini manuducantur, inopia; vt ſanè arduitati potiùs rei, quàm horum incuriæ tribuendum ſit; ſi in illorum codicibus euoluendis, refellendiſque erroribus ex eorummet ſcriptis, Patribus, atque Concilijs debitæ ſedulitatis opera minùs hucuſque adhibita fuerit. Quapropter miſeranda Gens hæc, huiuſmodi auxilio deſtituta, in ſuæ contumaciæ excuſationem illud fortaſſis apud Deum
Ioan 5. adducere poſſet: Hominem non habeo: me quoque præſertim teſtem adhibere qui maximam ipſius difficilitatem vbique ſemper expertus ſum: vix enim vllum offendi Armenium, qui ſacris ſcientijs inſtructus, vel ſuorum commonefactus errorum, ad Eccleſiæ Catholicæ gremium non ſe confeſtim receperit. Hac itaque de cauſa ego ipſe nouiſſimè, quamuis nec eloquentia huic rei ſatis accomoda nec doctrina præditus ſim; omnem tamen mei muneris partem aſſequi cupiens, inter orthodoxæ fidei Proceres, qui ſcriptis ſuis hæreſes oppugnarunt, memet immiſcere, & anſer tot inter Olores clangere nequaquàm erubui: eò vel maximè, quòd maius ſperaui emolumentum Armenijs ipſis enaſciturum; ſi, quæ verbo prolata eorum errores faciliùs, euidentiùſque conuincere, Hæreticorum ora obſtruere, & animos ad veram fidem, Sedisque Apoſtolicæ obſequium allicere, animaduerti; eadem ipſorum

quo-

quoque posteritati typis expressa demandarem. Quòd autem Armenicas lucubrationes hasce, HEROS AMPLISSIME, (qualescunque tandem sint) EMINENTIAE TVAE, Sacræ Congregationis de Prop. Fide Præfecto dignissimo, nuncupare debeam, ac sacrare; etsi multæ aliæ, nec sanè contemnendæ, rationes sunt; (immo vel vna hæc mihi satis foret; quòd illas vt ederem, & typis darem, tibi soli ascribendum est. tu enim à te ipso, ac tua sponte, cùm Opus incœptum ex insperato quondam omittere coactus eram, singulari in me beneficio promeritus es, vt illud nihilominùs prosequerer, perficeremque: quin mihi etiam, ob id adhuc nutanti, & hæsitanti, non semel animos addidisti): attamen alia me ratio, vt id facerem, propriè inuitauit, atque omnino impulit: quòd magnanimum istud, excelsumque pectus; ac sublimium, magnarumque rerum curis nunquam non solicitum, ingenti adhuc Catholicæ religionis propagandæ studio, ac zelo iugiter flagrare viderim, ac magis magisque incendi; teque vt maximè in omnium, quæ sub Cælo sunt, Nationum, à recto fidei tramite aberrantium, conuersionem ex animo & totis incumbere viribus; ita potissimùm in Armeniorum salutem; cui vt in præsentia quoque prospicias, noui Collegij extructionem accuratissimè meditaris. Et quidem innumeræ penè sint licet, EMINENTISSIME PRINCEPS, eximiæ dotes illæ, quas in te vel natura, vel ars, vel Numinis gratia miro quodam, ac speciali modo perfectissimè elaborauit; quæque stellarum instar EMINENTIAE TVAE cælum exornantes, eam Mundo spectabilem reddiderunt, quà prosapia generis, quà litteris, quà magnanimitate, prudentia, integritate morum, cumulo, & apice dignitatum, aliisque tum corporis, tum animi ornamentis, quæ & cunctis per se vulgatissima sunt, & in libris etiam, tametsi nunquam satis, celebratissima: vna tamen illa, Zelus inquam Catholicæ fidei, studium reductionis Ouium auiarum, (quæ potissimè meum in te rapuit cor) reliquas inter, ceu Sol inter sydera, mirandum in modum emicat, præfulgetque; & te clarissimo lucis splendore cùm in Terris, tum in Cælis longè glorioßiùs ornat, colluστrat, & complet. Annè puri ssimo isto religiosæ caritatis incendio non vbique splendidior, non vbique celebrior renides, prædicaris? qui orthodoxæ fidei sole amictus, & Zelotes alter Elias igneo curru vectus, Orbem lustras vniuersum fama, nomine, nutu; perlustras animo, mente, consilio; illustras lumine Romanæ religionis: quem & de Hæresum, Paganismi, & Gentilismi

tiliſmi tenebris triumphaturum, inſignia generis tui præclari, ac longa Heroum ſerie inclyti, in quibus pariter à candore nigredo, tenebræ à lumine ablegantur, omine præcedunt fauſto. Hinc fœcundo tuæ mentis in agro inter cæteras humanarum, diuinarumque rerum ſcientias haud floret modò, ſed matureſcit Geographica illa cognitio; qua ſingulas Orbis partes, climata, regiones, prouincias, vrbes; montium, fluminumque, & viarum ſitus; quorumlibet demum populorum mores, ritus, religiones, propenſioneſque ita in promptu habes, animique in conſpectu præſentia; vt de rebus ijſdem coram te loqui, niſi conſideratè, & cautè, nemo, ne peritiſſimus quidem audeat quiſque. Hinc tibi recta illa pro Apoſtolico munere perfectè obeundo agibilium ratio, ac prudentia planè admirabilis; qua quicquid gentium conuerſioni bonum, ac vtile; quicquid incongruens, incommodumque ſit, acutè diſpicis, atque diſcernis: quicquid pro eadem aſſequenda Euangelicis Viris deligendum, quicquid fugiendum, accuratè, & prouidè doces: ſingula quæque, onus iſtud grauiſſimum concernentia, prudentiſſimè ponderas, æquiſſimè iudicas, ſapientiſſimè ordinas, ac diſponis. Hinc tibi ſumma illa vigilantia, & indefeſſa ſolicitudo; qua Prædicatoribus fidei, vbique Terrarum longè latèque diſperſis, atque in Dominica excolenda Vinea pondus diei, & æſtus portantibus, præſto ſemper es, & paratus ad opem: eorum indigentijs, vbi ratio poſtulet, largus, & munificus: ab ijſdem poſtulata, ac propoſita, vbi ſpes futuri emolumenti affulgeat, pronis auribus excipis, alacri promoues animo: ipſorum incommoda, laboreſque epiſtolis periucundis, ac mira verborum ſuauitate, amoriſque notis refertis leuas: aduerſeatibus, inſectationibuſue hæreticorum afflictos, ac depreſſos paternæ caritatis affectu ſolaris; ad animos, ad fortitudinem, ad conſtantiam erigis: cunctis denique, quantumuis remotè diſtantibus, ades hortationibus, conſilijs, inſtructionibus, ope, opibus, opera; &

Fobanus in pſal. 118. Octonar. 14.

Vt lucerna pedes, ſic hos tua verba gubernant;
Lampas vt extentà quæ face monſtrat iter.

At verò, cùm tanta zelotypiæ vi vigeas, ac iugiter animeris; quid mirandum eſt; ſi, poſt tot, eaque grauiſſima, & laborioſa, egregiè obita munera; præſertim Bononienſem diuturnam Legationem, Apoſtolicæ Cameræ Theſauri Præfecturam, Rauennatis Archiepiſcopatus Inſulas; quibus te Eccleſiaſticæ reipublicæ & prudentiſſimi Moderatoris, & Adminiſtratoris integerrimi, & vigilantiſſimi,

ſtre-

ſtrenuiſſimique Paſtoris exemplar, & ideam Succeſſiuis exhibuiſti: ſi, poſt innumera præclariſſimè mox patrata facinora, quorum meritis immortalibus & tuæ amplitudinem purpuræ decoraſti, & Eccleſiam tibi in perpetuum deuinxiſti: ſi, cum tandem etiam num in maxima aliarum rerum mole operoſiſſimus ſis; vtpote ſummæ cuius ſagacitati, ac ſingulari agendi, cogitandique ſolertiæ noua ſemper, & grauiora Romanæ Sedis negotia, quò felices exeant in euentus, concreduntur; in orthodoxa inſuper totius Orbis religione procuranda vegetior iugiter perſtas, ac ſolicitior? ſi populorum vtilitatis ergò omnes aduerſitatis impetus in tanto exercendo munere æquanimiter portas? Nil profectò mirandum eſt: dum [a] Caritas in totum ſe extendit Orbem: *dum* [b] Religio fatigationem non ſentit: *dum in te* [c] Zelus pietatis & ſuauiter ardet, & efficaciter explet. *Accipe igitur pari caritatis affectu, BENIGNISSIME PRINCEPS, priorem hanc mei laboris Partem, quam EMINENTIAE TVAE AMPLISSIMAE maxima animi ſubmiſſione, & reuerentia offero. Tenue quidem, nec pro merito munuſculum eſt: cum tamen grato proficiſcatur ex animo, totque tibi nominibus debitum ſit; illud tuæ in me, meamque Sodalitatem beneuolentiæ, ac meæ erga EMINENTIAM TVAM obſeruantiæ, & deuotionis perpetuum monumentum eſſe, patieris. Interea, dum Partem poſteriorem molior, Deum Opt. Max. aſſiduè precari non deſinam; vt Catholicæ religionis incremento feliciter, diuque viuas. Romæ IV. Nonas Aprilis, MDCLI.*

a Auguſt. in Ioan.
b Chryſ. in Matth.
c Bern. in Cant.

EMINENTIAE TVAE

Humillimus ſeruus

Clemens Galanus Cler. Reg.

AVTOR LECTORI.

NOLIM mireris, OPTIME LECTOR, cur, ad Armeniorum errores coarguendos, ab hiſtorijs potiùs, traditionibuſque veterum ſui ipſorum Patrum, quàm à controuerſijs exordium ceperim. Ea enim & cæterorum Orientalium Schiſmaticorum, & Armenæ maximè gentis (quippe quorum omnium mens nullius ſcientiæ præſidio communitur) conditio eſt, vt, ſi Latinus ad Fidei veritatem demonſtrandam diſceptationem cum ipſis aggrediatur, ſtudeant ſeſe vel contentioni ſubtrahere; vel, cum falſitatis euincuntur, in illud ſubterducere: *Sic à Maioribus noſtris edocti ſumus: nefas eſt, terminos antiquos, quos illi poſuere, nos tranſgredi:* (germanum eiuſmodi deliramentum in Gentilium mentibus olim etiam inſediſſe, his Ciceroverbis refert: *Omnes religione mouentur; & Deos patrios, quos à Maioribus acceperunt, colendos ſibi diligenter, & retinendos arbitrantur*). Siquidem, cum perſuaſum, atque fixum in animo habeant, Latinos, vtpotè Logica facultate, & ingenij acumine gentibus alijs longè præſtantes, argumentorum, ac ſophiſmatum vi, fallacijſque rem quantumlibet falſam pro vera oſtendere poſſe, ſi velint; nullam idcirco eſſe exiſtimant ignominiæ notam, vbi impariбus, ac valentioribus armis ab illis prouocantur, aut ficto non ſolùm ſermone, ſed etiam vultu lite cedere ante pugnam; aut ſubterfugere ad Seniorum traditiones. Quamobrèm, ne egomet, in diſputationis arenam cum ijſdem Armenijs præmaturè deſcendens, in arena ipſa, vti adagium eſt, ſeminarem; operæ pretium, quin

Cic. 6. act. in Verr.

etiam

etiam neceſſarium duxi, Eccleſiaſticam eorum hiſtoriam, antequàm hæreſes controuerſijs improbarem, præmittere: vt ex ea manifeſtò inſpiciatur, & quaſi proprijs ipſorum manibus, nedum mentis oculis, contrectandum, palpandumque præbeatur, priſcos Armeniæ Patres (ſi de multis pauci, qui lupi potiùs, & ſeductores vocandi ſunt, demantur) haud aliam fidem, doctrinam, religionem genti ſuæ ſingulis quibuſque temporibus tradidiſſe, niſi quam Catholica Romana Eccleſia profitetur. Quæcunque igitur multorum annorum ſtudio, ac labore ex Armenis codicibus in Oriente excerpſeram, quæ tum hiſtorijs, tum probatorum apud eos Patrum, ac Doctorum teſtimonijs, tum denique Concilijs inter ipſos celebratis, errores eorum ad hominem conuincere poſſent, duas in Partes digeſta, atque diſpoſita ſegregaui. Et in Prima quidem continuata Patriarcharum, Regumque Armeniæ ſeries à principio recenſetur; cui aliorum quoque præcellentiorum Virorum, Antiſtitum, ac Principum, qui ibidem omni virtutum genere floruerunt, atque Catholicæ religionis, & Eccleſiæ Romanæ partes, authoritatemque admirabili animi conſtantia contra aduerſarios defendendam, tuendamque ſuſcepere, monumenta interſeruntur: Hæreticorum Conciliabula, errores, errorumque cauſæ, necnon & flagella, diuinitùs in Armeniam propter eos immiſſa, diſcutiuntur: nonnullorum denique Armenorum Conciliorum acta narrantur, in quibus Armena olim Eccleſia, erroribus ſuis ſpontè depoſitis, vnionem cum Catholica non ſemel compoſuiſſe deprehenditur; quamuis poſteà temporum varietate, rerumque viciſſitudine, ac præcipuè Armeni Principatus iacturà eandem vnionem iterùm, ac ſæpiùs aboleuerit. Quarum ſanè rerum ne veſtigium quidem in Latinorum libris, vel leuiter impreſſum, apparet; nec apud ipſos Armenios, niſi perpaucos, eoſque duntaxat, qui veteres manuſcriptos codices, ſepultos licet, & tinearum dentibus abrodendos, aſſeruant, memoria reperitur. Quædam inſuper alia in eadem prima Parte de Colchis, & Orientalibus Iberis adnotanda ipſe mihi Armenæ hiſtoriæ contextus exhibuit: ex quibus ſi occaſionem arripui breuiter enarrandi vel meum itinerarium, vel quæ ab alijs noſtræ Congregationis Miſſionarijs, pro conuerſione eorundem Populorum ad veram fidem, geſta ſunt; ſcito, vtramque me prouinciam non ſpontè, ſed ab ijs, quibus repugnare nefas erat, impoſitam ſuſce-

ad Armenorum hiſtorias, perpetuam dedùcit ſeriem Regum, & Antiſtitum, qui in illa gente ad poſteriora vſque ſecula floruerunt: vtilemque iudicaui Miſſionarijs, qui ad numeroſiſſimos illos populos inſtruendos proficiſcuntur. ex ea quippe addiſcere poterunt, qualiter primis imbuti ſunt Armeni præceptis Chriſtianis; à quibus primos hauſerunt errores; quibuſque modis corrigi poſſint, & eliminari. Nihil porrò in hoc Opere occurrit, Chriſtianæ fidei, aut bonis moribus aduerſum; neque quicquam obſtat, quin Sacræ Congregationis typis iuxta ſupradicti Decreti normam poſſit euulgari. Datum ad Aram Cæli die 9. Maij 1648.

Fr. Lucas Vuaddingus.

COdicem, cui titulus, *Conciliatio Eccleſiæ Armenæ cum Romana, Autore D. Clemente Galano Cler. Reg.*, ex commiſſione Sacræ Congregationis de Propaganda Fide mihi expendendum traditum, accuratè luſtraui. Opus profectò luce, ac laude dignum: quippe ex antiquitatis, & obliuionis tenebris tot Eccleſiæ Armenæ Hiſtorias, Concilia, & Vniones cum Romana, hucuſque vel latentes, vel etiam obliteratas, in lucem publicam inuexit: ita vt Armenis ipſis facem præferat, qua, ſuorum Seniorum exemplo ad Romani Paſtoris Caulam reduces, (ni prorſus cæcutiant) veram fidem inueniant, erroreſque abſtergant: Miſſionarijs animum addat, quo obduratos proprijs ipſorum armis emolliant, ac lucrentur. Eccleſiæ tandem Romanæ Primatum, magiſterium, & firmitatem mirum in modum ex ipſamet hoſtium pharetra euincat. Quare in publicam omnium vtilitatem typis illum donari poſſe, cenſeo. non enim aliquid, aut fidei, aut bonis moribus diſſonum, habet. In quorum fidem hæc, propria manu exarata, dedi XV. Kal. Iunij, 1648.

D. Auguſtinus de Bellis, Clericus Regularis.

EX commiſſione Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, Ego Fr. Gregorius Zuorzorenſis Armenus Ordinis Prædicatorum vidi hanc Primam Partem hiſtorialem *Conciliationis Eccleſiæ Armenæ cum Romana*, ab Adm. R.P.D. Clemente Galano editam; in qua reperi, Partem Armenam, pereleganti ſtylo compoſitam, optimè correſpondere Latinæ; nihilque in ea eſſe, quod Catholicæ fidei, aut bonis moribus aduerſetur: immo opus adiudicaui vtiliſſimum, & Armenorum genti, quo ad orthodoxam fidem alliciantur, apprimè neceſſarium. in eo quippe Autor ex Armenis libris, & hiſtorijs, ac præcipuè Concilijs inter eos celebratis, fidei veritatem perſpicuè aperit, & oculis illorum exponit. Quare digniſſimum duco, quod iuxta eiuſdem Sacræ

Con-

Congregationis Decretum in lucem prodeat. In quorum fidem præsentes litteras propria manu, Latino, & Armeno idiomate, scripsi, ac subscripsi Romæ in Aedibus S.Clementis die 17.Maij, anno 1648.

Fr.Gregorius Zuorzorensis, Dominicanus Armenus.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss.P. Magistro Sacri Palatij Apostolici.

A. Rvaldus Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capisuccus, Magister, & Socius Rꝫerendiss Patris Fr. Vincentij Candidi, Sac. Palatij Apost. Magistr Ord. Præd.

AV-

AVTORIS PROTESTATIO.

CVm Sanctiſſimus D.N.Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij, anno 1625. decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij, anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum, qui ſanctitate, ſeu martyrij fama celebres è vita migrauerunt, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunque beneficia, tanquàm eorum interceſſionibus à Deo accepta, continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij; & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata: Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij, anno 1631. ita explicauerit; vt nimirùm non admittantur elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam; benè tamen ea, quæ cadunt ſupra mores, & opinionem, cum proteſtatione in principio, quòd ijs nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes Autorem. Huic Decreto, eiuſque Confirmationi obſeruantia, & reuerentia, qua par eſt, inſiſtendo, profiteor, me haud alio ſenſu, quicquid in hoc libro refero, vel ab Armenis præſertim Autoribus de nonnullis priſcis ſuis Patribus, Catholicis tamen, relatum adduco, accipere, at accipi ab vllo velle, quàm quo ea ſolent, quæ humana duntaxat authoritate, non autem diuina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, nituntur; ijs tantummodò exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

INDEX

INDEX
RERVM NOTABILIVM

Quæ in hoc Opere continentur.

A

ABagarus, Armeniæ Rex, literas dat ad Redemptorem. quid in illis. cap. 1. num. 10. pictorem quoque destinat, vt ad se eius deferat effigiem. n. 14. Christus Abagaro quid rescribat. n. 12. mittit illi suam imaginem. n. 14. ac etiam Thaddæum Apostolum, qui eum à morbo curet. n. 15. Abagarus cum Edessено populo ad fidem conuertitur. ibid. post ipsum quinam fuerint Reges Armeniæ vsque ad Tiridatem. n. 16.

Acephalorum hæresis inficit Orientem. cap. 10. n. 6. à Iacobo Syro apud Armenos, & Syros euomitur. n. 8.

Antiocheni Patriarchæ de Armeniorum Archipræsule querela apud Sedem Apostolicam. cap. 25. n. 2.

Aquam vino miscendam in sacris Mysterijs, diserti ssimè probant Armeni Patres. cap. 28. n. 32. ipsorum tamen Ecclesia Sacrum in mero facit. cap. 30. num. 25.

Ararath, mons in Armenia celeberrimus. cap. 24. n. 13. super illum requieuit Arca Noëmi. ibid. ad eius radicem Laudumie, prima ciuitas, à Noëmo ædificata. n. 14. illum conscendere vni Monacho, qui ex Arca asserem secum detulit, permissum fuit. n. 15.

Ardasciras, Armeniæ Rex, à Suis calumniam patitur. cap. 7. n. 9. Regno priuatur. n. 10. fuit vltimus Arsacidarum. n. 19.

Aristarces, filius S. Gregorij, primi Armeniæ Patriarchæ, Romam adit cum patre. cap 2. n. 48. succedit illi in Armeno Patriarchatu. cap. 3. n. 1. sanctitate conspicuus. n. 2. Concilio Nicæno interest. n. 3. à nefario Principe innocenter occisus. n. 10. in Armena liturgia commemoratur. c. 7. n. 5.

Armenia, multis nominibus clara. cap. 1. n. 1. olim pijssima, & orthodoxa. c. 8. n. 5. dein Acephalorum hæresi conspurcata. c. 10. n. 8. ac insuper Manichæorum. c. 15. n. 2 vastatur primò à Persis. c. 6. n. 20. secundò ab Hunnis: c. 7. n. 21. tertiò à Scenitis. c. 10. n. 24. quartò iterum ab Hunnis. ibid. quintò à Sarracenis. c. 15. n. 2. Sextò à Turcis. c. 17. n. 25. septimò à Tartaris. c. 24. n. 13. octauò iterum, ac sæpius à Sarracenis. c. 25. n. 52. & 56. &, c. 26. n. 40. &, c. 27. n. 59.

Armenij, à Iaphet oriundi. cap. 1. n. 4. ab Apostolis, Bartholomæo, & Thaddæo

dæo ad Christianam fidem conuersi plerique. n. 5. & 15. omnes à S. Gregorio, Armeniæ Patriarcha, c. 2. n. 18. & 23. in finitimis Regionibus eandem fidem propagant. n. 26. & 28. Ecclesiam suam ab Apostolica Sede Patriarchali dignitate præfulgam fuisse, strenuè contra Græcos defendunt. n. 70. celebrant Nicopolitanum Concilium, cui interfuit S. Basilius. c. 6. n. 26.

Desciscentes ad Romanorum iura, experiuntur arma Persarum. c. 6. n. 4. & seq. damnant in Armeno quodam Conuentu hæresim Nestorianam. c. 8. n. 5. Chalcedonensem IV. Synodum Generalem reijciunt hortatu Dioscori. c. 9. n. 2. sectantur Acephalorum hæreses. c. 10. n. 8. eaidem confirmant Theuinensi Conciliabulo. n. 3. ob id diuina in eos animaduersio. n. 21. & seq. dum ad V. Synodum Generalem oppugnandam iterant Conuenticula, à Deo iterum flagellantur. c. 11. n. 2.

Subijciuntur Persicæ Ditioni. c. 11. n. 4. vt ad Romanos rursum desciscant, Principes suos interimunt. n. 5. in sua Charnensi Synodo conciliantur cum Ecclesia catholica. c. 13. n. 7. inficiuntur Manichæorum hæresi. c. 15. n. 2. in Sarracenorum potestatem redacti. ibid. iterum subduntur Romanis. n. 3. approbant Monophisitarum, & Monothelytarum hæreses in Conciliabulo Manaschiertensi. c. 17. n. 1. seruiunt denuò Sarracenis. ibid. & n. 6.

Vt cum Græcis vnionem componant, errores suos in Tarsensi Armeno Concilio detestantur. c. 22. n. 24. obedientiam Romano Pontifici solenniter exhibent. c. 24. n. 4. Ecclesiæ tamen Romanæ institutiones omnes suscipere nolunt. n. 12. dominantur in eos Tartari. ibid. suas iterum hæreses in Sisensi Synodo execrati, reconciliantur cum Romana Ecclesia. c. 28. n. 14. initam cum Latinis concordiam confirmant in Adanensi Concilio. c. 29. n. 11.

Excidium Regni, & Ecclesiæ Armeniorum, Maioribus suis diuinitus reuelatum. c. 6. n. 32. &, c. 7. n. 14. &, c. 14. n. 7. eos à Romanis iugo Infidelium liberandos, vaticinantur Armeni Patres. c. 6. n. 36. eorundem calamitates, Schismatis causa subortæ, recensentur, ac deplorantur à Suis. c. 10. n. 28. & 34. &, c. 17. n. 22. Armenarum literarum notæ à quonam primùm inuentæ. c. 7. n. 11. sacra Scriptura ex Græco in Armenum à quonam translata. n. 13.

Armeniorum errores circiter annum Christianum 500. quales. c. 10. n. 2. & 10. cuiusmodi fuerint anno 700. c. 17. n. 7. relati à S. Nicone Armeno sub annum 863. c. 18. n. 15. à Bellouacense circa annum 1230. c. 24. n. 18. à Magistro Ioanne Chernacensi Armeno post annum 1333. cap. 30. n. 23.

Arsacem, Armeniæ Minoris Regem, à tributo absoluit Constantinus Magnus Imper. c. 3. n. 13.

Arſaces, Rex Maioris Armeniæ, Nierſeſi, optimo ſuo Patriarchæ, infeſtus. cap. 6. n. 2. Romanis fideliſſimus. n. 5. fratriam Conſtantis Imperatoris vxorem ducit. n. 6. à Iuliano Apoſtata contumelijs afficitur. n. 7. à Sapore Perſarum Rege dolo captus. num. 9. ab eodem excruciatus perimitur. ibidem.

Aſciut Pacratides ab Armeno populo Rex Armeniæ ſalutatur. cap. 18. n. 3. Regnum iampridem collapſum redintegrat. ibid.

B

SS. BArtholomæus, & Thaddæus, Apoſtoli, in Armenis Regionibus Chriſtum annunciant. cap. 1. n. 5. eorum illic martyrium. n. 1. & 5. ſub quo Tyranno contigerit. n. 17.

B. Bartholomæus Bononienſis, ad Epiſcopatũ Maragacenſis Eccleſiæ in Armenia ex Ordine Fratrum Prædicatorum aſſumptus. cap. 30. n. 1. eius Apoſtolatus gratia in reducendis ad Catholicam fidem Armenis. n. 3. & ſeq. ipſius operà Armenorum Magiſtrorum Concilium celebratur. n. 8. initurque ab ijſdem cum Latinis concordia. n. 10. perplures libros ex Latino in Armenum conuertit. n. 14. ſanctè moritur: ibid. eius ſepulchrum in Armenia miraculis clarum. n. 15.

S. Baſilius viſitat Minorem Armeniam. cap. 6. n. 25. in Nicopolitano Armeniorum Concilio Euſtathium ab hæreſi reuocat. n. 26. ibidem calumnijs circumuentus, ſcriptis apologeticis ſe defendit. n. 27.

Bonifacius VIII. Rom. Pont. cum Armeno Principe Sembat diſpenſat in impedimento Matrimonij. cap. 26. n. 28. ipſius ad eundem epiſtola. n. 30. in qua Sedis Apoſtolicæ poteſtatem demonſtrat. ibid. irritam Stephani Arm. Patriarchæ diſpenſationem declarat. n. 39.

Præſtitum Eccleſiæ Romanæ à Sembat Armeniorum Rege per Legatos obſequium laudat. cap. 27. n. 7. eundem hortatur, vt in bello aduerſus Infideles ſtrenuè ſe gerat. n. 9. optatum illi ſubſidium pollicetur. n. 10.

Gregorio, Arm. Patriarchæ, Apoſtolicæ S. Sedi obedientiam exhibenti, reſcribit. cap. 27. n. 12. eidem committit, vt Armenum populum ad Romanæ fidei profeſſionem adducat. n. 16. Gallorum, & Anglorum Reges, ad ferendam laboranti Armeniæ opem, excitat. n. 17.

C

CAEleſtinus III. ad Leonem, Regem Armeniæ coronandum, mittit Archiepiſcopum Moguntinum. cap. 23. n. 2.

Caghicus, Minoris Armenię Rex, Græcorum Imperatori ſubiectus. c. 19. n. 7.

Cancellarius, Archiepiſcopus Armeniæ, Innocentij III. mandatis obſequitur. cap. 23. n. 28. eundem rogat, vt ſibi annulum, mitram, & pallium tranſmittat. ibid.

Chalcedonenſis S. Synodus œcum. ab Armeniorum calumnia vindicatur. cap. 8. n. 18. ab ijſdem reiecta, ſuaſione Dioſcori. c. 9. n. 2. illius decretum de duabus Chriſti naturis, à Conciliabulo Theuinenſi Armeno reſciſſum. c. 10. n. 3. ſed non impunè. n. 23. & ſeq. recipit illam Charnenſis Armeniorum Conuentus. c. 13. n. 4. Tarſenſiſque. c. 22. n. 50. Siſenſis etiam. c. 28. n. 17. & Adanenſis. c. 29. n. 102.

Chalcedonenſis Synodi Definitio. c. 21. n. 199. per ſingula inciſa ſcriptis S. Cyrilli Alex. conſona oſtenditur. n. 211. quibus Sectis ſeſe obijciat. n. 228. quomodò ad eam ſtultè calumniandam Armeni progreſſi ſint, miratur Nierſes Ghelaienſis, eorundem Doctor, & Patriarcha. n. 238.

Choſroës, Rex Arm. pugnat cum Rege Perſidis Artaſira. cap. 1. n. 21. illum vertit in fugam. ibid. occiditur dolo ab Anach, conſanguineo ſuo. n. 22.

Choſroës II. Rex Arm. ſuccedit Tiridati. c. 4. n. 2. citò moritur. ibid.

Choſroës, Perſarum Rex, Iuſtini Imperatoris exercitum profligat. cap. 11. n. 4. Armeniam rebellem domat. ibid. Iuſtini Legatos ſpernit. n. 7. à Tiberio Iuſtini ſucceſſore debellatur. n. 8.

S. Chriſtiana Ancilla, Orientalium Iberorum Apoſtola. cap. 2. n. 29. proprium eius nomen, ac genus, Occidentalibus ignotum. n. 30. cognitum ab Iberis, Armeniſque vtrumque. n. 31. & 35. vndè, & quomodò ad Iberos captiua peruenerit n. 36. eius monitu cur ab ijſdem miſſa legatio ad Conſtantinum Imperatorem, & Tiridatem Regem Armeniæ. n. 37.

Chriſtus Abagari, Armeniorum Regis, litteras accipit. cap. 1. n. 10. eidem reſcribit. n. 12. ſuamque mittit imaginem. n. 14. ac Thaddæum Apoſtolum, vt illum, morbo afflictatum, ſanet. n. 15.

Chriſtus apparet Diuo Gregorio, Armeniorum Patriarchæ. c. 14 n. 6. Templum ipſi ſacrum, ac ſumptuoſiſſimum, excitat Tiridates Rex in Armenia. n. 5. inibi hactenus Armeni Patriarchæ Sedes. ibid.

Chriſti Natiuitatem, Baptiſmum, & Epiphaniam vno ſimul die celebrant Armeni. c. 10. n. 44. huius erroris emendationem non ſemel aggreſſi, nunquàm ad exitum perduxere. n. 45. in Adanenſi Conuentu rem expendunt diligentiſſimè. c. 29. n. 50. & ſeq. comperiuntque eundem abuſum in Orientali olim Eccleſia. n. 51. à Hieroſolymitanis hac de re conſultum Iulium I. Papam. n. 58. & quàm exacto iudicio harum feſtiuitatum tempora examinanda curauerit ille Romæ. n. 61. laudat Armenus idem Conuentus vetuſtum Eccleſiæ Romanæ ritum in illarum celebratione. c. 29. n. 51. & 64. quem & fatetur in Orientales nonnullas Eccleſias ipſius Iulij tempore introductum. n. 66. magiſque dilatatum iuſſu Anaſtaſij Papæ. n. 73.

Chri-

Christo naturam vnam, ex duabus inconfusè compositam, ascribunt Armeni. insciticæ error. c.19. n.22. conuincitur eruditissimè à Theoriano, Græcorum Theologo. c.21. n.32. & seq. eiusdem cum Armenis hac de re disceptatio. n.12. duplex etiam Christi voluntas ijsdem ab eodem demonstratur. n.143. ac duplex operatio. n.154.

Clemens IV. Haytonem, Armeniæ Regem, per literas hortatur; vt Equitibus Hospitalarijs contra Sarracenos opem ferat in Syria. cap.25. n.47. eundem Regem, Sarracenorum armis oppressum, solatur. n.56. commendat eius obsequium erga Sedem Apostolicam. n.58. illi auxilium pollicetur. ibid. ad id ferendum excitat Christianos Principes, Orientales, & Occidentales. n.60.

Clerici Regulares, ad Iberos Orientales Missionarij. cap.12. n.3. col.2. incommoda, & pericula ipsorum in itinere, quanta. n.26. col.2. & n.162. col.2. quantique in termino labores. n.131. col.2. ad barbaras illas gentes qualem sibi aditum patefecerint. n.30. col.2. & n.59. col.2. fructus, ex Catholicæ fidei prædicatione ab ijsdem relatus, primùm in Iberorum Cardelienſi Prouincia. n.136. col.2. & n.159. col.2. deinde in Gurielenſi. n.147. col.2. Progrediuntur in Colchidem. cap.12. n.138. col.2. eius gentis beneuolentiam captant. n.139. col.2. ipsorum prædicationis primordia inibi qualia. n.141. col.2. Templum donatur eis à Rege. n.142. col.2. eorum ditioni nonnullæ subduntur Colchorum familiæ. ibid. Clerum, ac Populum ad verum baptisma suscipiendum inducunt. n.144. col.2. introducuntque in familias aliquas ritum Latinum. n.145. col.2.

Penetrant in Indias Orientales. cap.12. n.59. col.2. in Vrbe Goa domicilium constabiliunt. n.61. col.1. ibidem doctrina, & prædicatione præfulgent. n.65. col.1. extirpant ex Goensi Prouincia abusum non administrandi omnibus Fidelibus Eucharistiam, nec in Paschate, nec in mortis articulo. n.64. col.2. & infra. multos ibi Gentiles ad Christianam Religionem perducunt. n.73. col.2. ipsorum Ordinis Institutum quàm maximè Indis acceptum. n.75. col.2. Prouehuntur in Idololatrarum Regna Idalcàn, & Golcondà. cap.12. n.64. col.1. in illis Euangelium Christi disseminant. ibid. quanto animi ardore, quo zelo, quàm Apostolicæ vitæ instituto. n.78. col.2. & seq. apud Golcundæ Regem, ac Populum apprimè gratiosi. ibid. complures inibi Gentiles, Paganos, & Apostatas ad Christum conuertunt. ibid. Templum inter hos excitant titulo Sanctæ Crucis Teatinorum. n.79. col.2. profectus in illo vberrimi. n.84. col.1.

Addicuntur Constantinopoli Armeniorum conuersioni. cap.12. n.23. col.2. quænam ad hanc suscipiendam prouinciam data illis occasio. ibid. quomodò ad eam se insinuent. n.184. col.1. quali euentu. n.188. col.1. & seq.

Colchidis Regio describitur. cap.12. n.113. col.2. Incolarum mores. n.86. col.1.

col.1. & n.120. col. 2. erroresque, n.86. col.1. Colchorum Principis conditio. n.122. col.2. potentia. n.126. col. 1. vitæ ratio. n. 124. col. 2. occupatio quotidiana. n.127. col.1. quomodò ille se gerat in populi causis dijudicandis. ibid. in venatione syluestri. n.129. col.2. in bello. n 92. col.2.

Concilium Nicopolitanum Armenum, in quo S. Basilius adfuit. cap. 6. num.26.

Concilium, communiter dictum Armenum, celebratur anno salutis 435. cap 8. num.5. damnat Theodori Mopsuesteni, & Diodori Tarsensis, hæreticorum, scripta. ibid. quam ob causam coactum fuerit. n.6. Legatos mittit ad Proclum, Constantinopolitanum Episcopum. n.9. Procli ad eandem Synodum epistola. n.12.

Conciliabulum Theuinense Armenum, cogitur paulò post annum Domini 500. iussu Regis Persarum; & quare. cap.10. n.2. & 3. festiuitates Natiuitatis, & Epiphaniæ Domini vno die celebrandas decernit. n.2. & 44. confirmat in Trisagio appendicem, *qui crucifixus es pro nobis*. n. 2. & 47. definit in Christo vnam naturam. n.3. separat Armenam ab vniuersali Ecclesia. ibid.

Concilium Charnense Armenum indicitur ad Armenicum schisma tollendum ab Heracho Imperatore, & Iesere Armeniorum Patriarcha, circa annum Christianum 622. cap.13. n.6. interfunt illi omnes Episcopi, ac Primates Armeniæ. n.7. abrogat Conciliabuli Theuinensis decreta. n.9. suscipit aquæ commistionem in sacris Mysterijs, & Concilium Chalcedonense. ibid. in pristinum restituit concordiam inter Armenam, & Catholicam Ecclesiam. ibid. à subsequentibus Synodis, alijsque magni nominis Viris Armenis, laudibus commendatur. n.12.

Conciliabulum Manaschiertense Armenum cogitur iussu Homaris, Sarracenorum Ducis, circiter annum Christi 680. cap.17. n. 1. aduersatur Sextæ Synodo Generali. n. 8. confirmat Monophisitarum, & Monothelytarum hæreses. n.2. & 7. ab alijs Concilijs, & Patribus Armenis reiectum. c.22. n. 11. & c.18. n.4. & 8. &, c.27. n.60.

Concilium Tarsense Armenum, indicitur ab Armeniæ Rege Leone, & Gregorio Patriarcha, anno Redemptionis 1177. cap.22. n.24. aggreditur vnionem Ecclesiæ Armenæ cum Græca. n.1. damnat Eutychem, & Seuerum, hæreticos. n.25. effatum illud S. Cyrilli, *vna est natura Verbi incarnati*, explicat orthodoxè. n.29. approbat confessionem duarum naturarum in Christo. n.31. duplicis quoque voluntatis, & operationis. n.32.

Quid decernat de Trisagij Appendice. cap.22. n. 34. de festiuitatibus Natiuitatis, & Epiphaniæ Domini. n.40. de sacra Vnctione. n.44. de aqua vino miscenda in diuino sacrificio. n.46.

Tollit abusum psallendi extra fores Ecclesiæ. cap. 22. n.47. suscipit sacram Synodum Chalcedonensem. n.50. postulat à Græcis, vt in azimis sacrificent.

n.45.

n.45. & 62. vt alios quoſdam abuſus deponant. n.62. vt Armenus Patriarcha Eccleſiæ Antiochenæ præficiatur. n.51. & 64.

Concilium Siſenſe Armenum, à Leone III. Armeniæ Rege indictum anno Domini 1307. cap. 28. n. 1. celebratur in Cilicia, vt Armenam Eccleſiam cum Romana componat. n. 5. illius autor, ac ſuaſor, Gregorius Patriarcha, qui ante eius celebrationem moritur. c.27. n.96.

Acta eiuſdem Concilij. c.28. n. 14. catholica dogmata, à prædicto Gregorio ſuis Armenis ad finem vnionis propoſita. n. 16. Armeni Patres, qui Synodo interfuerunt. n.23. Armenique Principes, qui vnà cum ſuo Rege eidem aſtiterunt. n.28.

Approbat eadem Synodus confeſſionem duarum naturarum, voluntatum, & operationum in vna Chriſti perſona. c.28. n.30. recipit priores ſeptem Synodos Generales. n 17. ſtatuit, vt Armena Eccleſia in celebratione feſtorum, & ieiuniorum obſeruantia, cum Vniuerſali concordet. n.30. vt aquam vino miſceat in ſacris Myſterijs; cuius rei neceſſitatem ex Concilijs, SS. Patribus, & Scripturis ſacris demonſtrat. n. 32. & ſeq. profitetur Apoſtolicæ Romanæ Sedis Primatum. n.43. decernit concordiam cum Romana Eccleſia. n. 51. Patrum ſubſcriptiones. n.55.

Concilium Adanenſe Armenum, à Conſtantino Patriarcha, & Oſcino Armeniæ Rege conuocatur poſt annum ſalutis 1314. cap.29. n.3. illius hiſtoria. n.5. & acta. n.11. examinat denuò Concilij Siſenſis decretum de vnione cum Latinis coëunda. n.14. & ſeq. Armenos hæreticos, qui vnionem illam diſſoluere nitebantur, damnat. n. 94. idem decretum confirmat. n. 102. Armeni Patres, qui hanc Synodum celebrarunt. n.98. Cætera vide in verbo, *Chriſti Natiuitatem*.

Concilium Chernacenſe Armenum, cogitur induſtriâ B. Bartholomæi Dominicani anno Domini 1330. cap. 30. n.8. profitetur catholicam fidem. n.10. Romano Pontifici obedientiam præſtat. ibid. à quibus Patribus celebratum fuerit. n.35. Armenæ genti quàm proficuum. n.37. vnio cum Romana Eccleſia, ab hoc Concilio edita, in Naſciuanenſi Armeniorum Prouincia hactenus perdurat. n.48.

Conſtans, Princeps Armenus, filiam Regis Armeniæ rapit. cap. 25. n. 14. in vxorem Haytoni filio ſuo inuitam tradit. n.15. & cum ea etiam Regnum. ibid. Armenos Proceres ſexaginta duos dolo interficit. ibid.

Conſtantinus Magnus Imper. Sapori Perſarum Regi commendat Chriſtianos Armenos. cap. 2. n. 28. Epiſcopum deſtinat ad nouam Iberorum Eccleſiam confirmandam. n.37. S Gregorium Epiſcopum, ac Tiridatem Regem Armeniæ, ad Vrbem accedentes, humaniſſimè tractat. n. 40. & ſeq. cum ijſdem amicitiæ fœdus, ruptum anteà à Maximino, confirmat. n. 54. & 58. à Gregorio benedictionem flexis genibus petit. n. 55. eundem accerſit ad Ni-

cænam

cænam Synodum. c. 3. n. 10. Tiridati de felici eiuſdem Synodi ſucceſſu per literas gratulatur. c. 2. n. 40. Arſacem Minoris Armeniæ Regem à tributo abſoluit. c. 3. n. 13.

Conſtantinus, Cæſarienſis Epiſcopus, in Siſenſi Armeniorum Concilio interuenit. cap. 28. n. 32. ad Armenam Eccleſiam cum Romana conciliandam inibi conſpirat. n. 55. ab eodem Concilio inauguratur Armeniæ Patriarcha. n. 4. vt Armeni in Catholica fide ſuſcepta perſiſtant, celebrat Concilium Adanenſe. c. 29. n. 11.

Cyriacus, Armeniorum Patriarcha, orthodoxam fidem amplectitur. cap. 12. n. 185. col. 2. eiuſdem fidei profeſſionem mittit ad Vrbanum VIII. Rom. Pont. cui & obedientiam exhibet. n. 187. col. 2. pro ſua Eccleſia reformanda poſtulat ab eodem Clericorum Regularium opem. n. 23. col. 2. & n. 192. col. 1. ad vnionem cum Romana Eccleſia Suos, dum moritur, adhortatur. n. 196. col. 2.

D

DIoſcorus, Alexandriæ hæreticus Patriarcha, Armenios monet, vt S. Synodum Chalcedonenſem reijciant. cap. 9. n. 2. ab ijſdem Martyr acclamatur. c. 10. n. 10.

Diranus, Rex Armeniæ, Heſychium Patriarcham ſuum interficit. cap. 5. n. 3. cæcus effectus, ſibi mortem conſciſcit. n. 4.

Dominicanus Ordo quos progreſſus fecerit in Armenia. cap. 30. n. 1. & ſeq. pro prædicatione, & confeſſione fidei multum & ſudoris, & ſanguinis inibi profudit. n. 54. ex illo plurimi ad Eccleſias Armeniorum regendas aſſumpti Epiſcopi. n. 58. ſeries Dominicanorum Epiſcoporum Naſciuanenſis Eccleſiæ. n. 62.

E

EVgenius III. legationem accipit ab Armenō Patriarchā. cap. 20. n. 6. vt. Eccleſiaſticas controuerſias, quæ inter Armenos, & Græcos exortæ fuerant, dirimat, iudex ab eodem eligitur. n. 7. Armenos Legatos Miſſarum ſolennijs adhibet. n. 8. dum Sacrificium peragit, ſuper caput ipſius ſplendida lux, & duæ colūmbæ ab ijſdem prodigiosè videntur. n. 9.

F

FRatrum Vnitorum Congregatio inter Armenos inſtituitur. cap 30. n. 12. quali habitu, & Regula. quem ad finem. ibid. nixa olim in patrocinio,

ac disciplina Fratrum Prædicatorum. n. 43. in Oriente, ac Septentrione propagatur. n. 46. floruit egregijs viris. n. 47. posteà intra fines Nalciuanensis Prouinciæ coarctata. n. 48. aggregatur, transformaturque in Ordinem Dominicanum. n. 49.

G

GEorgiani. vide in verbo, *Iberi*.

S. Germanus, Constantinopolis Patriarcha, Armenios per epistolam monet, vt sacram Synodum Chalcedonensem suscipiant, & duas in Christo naturas confiteantur. c. 9. n. 10. laudatur eius epistola in Concilio Tarsensi Armeno. c. 22. n. 54. idem Germanus in Armeno Mænologio Sancti nomine celebratur. c. 9. n. 12.

Græci Armenis infensissimi. cap. 2. n. 7. &, c. 18. n. 25. illorum Patriarchæ electionem impediunt. c. 19. n. 2. & 7. eosdem reprehendunt, quòd in azimis Sacrum faciant. n. 23. &, c. 22. n. 45. conditiones, à Græcis Armenis propositæ ad finem vnionis. c. 22. n. 24.

S. Grægorius, primus Armeniæ Patriarcha, Parthorum Regum stirpe natus. cap. 1. n. 21. educatur in Christiana fide. n. 22. eius acta, à Metaphraste descripta. c. 2. n. 15. sub Tiridate Rege pro Christo discruciatus. n. 16. in puteo, quò iniectus fuit semimortuus, annos latuit quatuordecim. ibid. inde erutus, Tiridatem è porcina ad humanam figuram reuocat. n. 17. eundem cum Armeno populo ad Christum conuertit. n. 18.

Gregorius initiatur Armeniorum Episcopus. c. 2. n. 17. eosdem in Euphrate, diuersis visis prodigijs, baptizat. n. 24. Idolorum templa euertit. n. 6. & Sacerdotes, & Monachos, & Episcopos instituit. n. 73. Ecclesias, sacrarumque literarum gymnasia extruit. ibid. Christianam religionem per Orientem, ac Septentrionem propagat. ibid. apparet illi Christus Dominus. c. 14. n. 6. reuelaturque futurus Armeniorum defectus in Christiana fide. n. 7. & seq.

Gregorius Romam accedit ad S. Siluestrum Papam visendum. c. 2. n. 43. & seq. cum eodem perpetuæ vnionis fœdus init. n. 57. à Siluestro Patriarchali dignitate, aliisque priuilegijs locupletatur. n. 66.

Gregorius Aristarcem, filium suum, Episcopum consecrat. c. 3. n. 5. eundem in Patriarchali Sede coadiutorem adhibens, in Eremum secedit. ibid. à Constantino ad Nicænam Synodum accersitur. n. 10. mittit ad eandem Synodum vice sui Aristarcem. n. 3. & seq. vitâ fungitur in eremo. c. 2. n. 74. eius cadauer, à Pastoribus inuentũ, sepelitur. n. 75. vbi ipsius nunc colãtur reliquiæ. n. 76. & seq.

Grægorius, prædicti S. Gregorij nepos, destinatur Albanensium Ecclesiæ Patriarcha. c. 5. n. 1. martyrio coronatum illum fuisse, Armeni tradunt. ibid. in Armena liturgia iugis eius memoria. c. 7. n. 5.

S.Gregorius Magnus, Pont. Rom. ab ipſis colitur Armenis. cap. 11. n. 9. ritus conferendi Ordines, ab eo traditus, ab ijſdem recipitur. n. 11. eius tamen monitum de Chalcedonenſi Synodo veneranda poſthabetur. n. 12.

Gregorius Narechenſis, Armeniorum Epiſcopus, catholicus, cap. 18. n. 4. Suorum hæreſes, & Conciliabula verbis, ſcriptiſque oppugnat, ibid. Eccleſiæ Romanæ obediens. n. 5. edidit diuinarum precum Opuſculum. n. 7. in Armena liturgia commemoratur. ibid. ſummis quoque laudibus à Tarſenſi Concilio celebratur. c. 22. n. 14.

Gregorius Patriarcha, cognomento Vecaiaſer, Armenis Principibus ortus. cap. 19. n. 9. vitam ducit eremiticam. n. 11. ſuſcipit Patriarchalem adminiſtrationem inuitus, n. 3. & 12. proficiſcitur Conſtantinopolim ad Imperatorem Alexium, vt Armenam Eccleſiam cum Catholica conciliet. n. 8. ſacras hiſtorias ex Græco, & Syriaco in Armenum conuertit. n. 3. legationem mittit Gregorio VII. Rom. Pont. n. 12. eiuſdem Summi Pontificis ad illum epiſtola; in qua errores Armeniorum damnandi referuntur. n. 14.

Gregorius Papa VII. vide in verbo mox præcedente, *Gregorius Patriarcha.*

Gregorius, frater Nierſeſis Ghelaienſis, Arm. Patriarcha, Apoſtolicæ S. Sedi deuotus. cap. 20. n. 3. Legatos ad illam deſtinat, vt de controuerſijs inter Græcos, & Armenos iudicet. n. 6. ijdem Legati ex prodigio viſo ad obedientiam Romanæ Sedis magis accenduntur. n. 8.

Gregorius, Armenus Epiſcopus, Romanæ fidei ſe profeſſorem promulgat. cap. 21. n. 71. & 73.

Gregorius, Arm. Patriarcha, cognomento Degà, ad vniendam Eccleſiam ſuam cum Græca, Tarſenſe Concilium celebrat. cap. 22. n. 1.

Gregorius, Arm. Patriarcha, nepos Nierſeſis Ghelaienſis, ſcribit Innocentio III. cap. 23. n. 3. & 19. profitetur Eccleſiæ Romanæ Primatum. n. 3. & 22. illi tam pro ſe, quam pro ſua Eccleſia obedientiam pollicetur n. 7. & 24. eidem Innocentio gratias agit; quòd eius Prædeceſſor Cæleſtinus III. Archiepiſcopum Moguntinum ad Leonem Regem Armeniæ coronandum miſerit. n. 5. & 23.

Gregorius IX. Pont. Rom. Epiſcopis Apamienſi, & Manceſtano committit, vt Armeniorum Archipræſulem ad Antiocheni Patriarchæ obedientiam inducant. cap. 25. n. 3. ad petitionem Leonis Regis laudabiles quaſdam Armeniorum conſuetudines ratas facit. n. 6. peccatorum veniam Armenis, in bello contra Sarracenos morientibus, elargitur, n. 7.

Gregorius Siſenſis, Arm. Patriarcha, catholicus. cap. 27. n. 1. Apoſtolicæ S. Sedi per Legatos obedientiam præſtat. n. 11. fatetur, eandem Sedem diſpenſandi ſupra ius abſolutam poteſtatem habere. cap. 26. num. 34. vt Populum ſuum, & Clerum Romana fide imbuat, committitur illi à Bonifacio VIII. c. 27. n. 16.

Gre-

Gregorius Haytonem Regem ſuum hortatur, vt ad Armenam Eccleſiam cum Romana conciliandam incumbat. c.27. n.48. ipſius ad illum epiſtola, in qua errores Armeniorum referuntur, & confutantur. n. 50. dum de Synodo conuocanda deliberat, migrat è vita. c. 28. n. 21. orthodoxa eius epiſtola, ab Armeno Concilio Siſenſi ſuſcepta. n. 51. ab Adanenſi quoque Conuentu confirmata. c.29. n.103.

H

HAyton Rex quo iure Armenum Regnum aſſequatur. cap.25. n.14. pergit ad Mangonem, Tartarorum Imperatorem. n. 21. comitatum ei præbent Tartarorum Duces. n. 23. ſeptem eius petiones, à Mangone admiſſæ. n.26. eundem Imperatorem ad Chriſtianam fidem, & Baptiſma ſuſcipiendum inducit. n. 30. & 34. fœderatur cum illo contra Sarracenos ad Terram ſanctam liberandam. n.31.

Hayton, iunctus cum Haloono Mangonis fratre, Perſicum Regnum Tartaris ſubiugat. c.25. n.34. reuertitur in Regnum ſuum. n.35. Armeno inſtructus exercitu, adiungitur iterum Haloono. n.37. Syriæ Regnum inuadit. n.39. ad opem Hoſpitalarijs S. Ioannis ferendam, per literas excitatur à Clemente IV. n.47. cum Latinis concors in fidei profeſſione. n.50. ijſdem præſidio ſæpè fuit in Syria. n.57. mandatis Apoſtolicæ Sedis obediens. n.58.

Haytonis Regnum, populatum à Sarracenis. c.25. n.52. è duobus eius filijs alter in bello captus, alter ab ijſdem occiſus. n.54. illum, mœrore depreſſum, & Latinorum auxilia implorantem, ſolantur Clementis IV. literæ. n.56. ad ei ſuccurrendum parantur arma in Oriente, & Occidente. n.60. pro Leone filio redimendo inducias cum Sultano paciſcitur Hayton. n.65. cedens eidem filio Regnum, monaſticam vitam inſtituit. n.68.

Hayton II., Armeniæ Rex, legationem mittit ad Nicolaum IV. cap. 26. n.3. petitque in Eccleſiæ Romanæ communionem admitti. n.6. à Nicolao in vnionem perbenignè recipitur. n. 8. fideique articulis per literas informatur. n. 11. Sarracenorum armis oppreſſus, eiuſdem Summi Pontificis opem implorat. n.42.

Sectatur Inſtitutum Fratrum Minorum. c.27. n.3. ſororem ſuam, Andronici Imperatoris filio deſponſatam, Conſtantinopolim ducit. ibid. ſceptrum illi ſcelere ſurripitur à Sembat fratre. n.4. in Cyprum, Conſtantinopolim, & ad Tartaros pergit, vt de fratre querelam ponat. ibid. captus à Sembat, priuatur oculis. n.18. viſum diuinitus, & Regnum recuperat. n.19.

Caſſanum, Tartarorum Regem, ad Sarracenos excindendos ſolicitat. cap.27. n. 20. inſignis de ijſdem victoria, ab vtroque Rege relata. n. 22. Regnum ſuum Tartarorum præſidio munit. n. 30. filiam Caſſano matrimonio copu-

lat. n. 34. Sarracenorum exercitum, qui Armeniam deuaſtabat, ad internicionem cædit. n. 40. pacem cum ijſdem componit. n. 42.
Hayton, vt ſuſceptum regularis vitæ inſtitutum proſequatur, Leoni filio Regni gubernationem committit. c. 27. n. 47. ad vniendam Armenam Eccleſiam cum Romana, à Gregorio Arm. Patriarcha literis excitatur. n. 50. Armenorum Epiſcoporum Concilium à Leone hac de cauſa conuocandum curat. n. 56. vnà cum filio eidem Concilio præſidet. c. 28. n. 23. Synodi decretum de Armenis abiurandis erroribus, conſtitutionibuſque Eccleſiæ Romanæ ſuſcipiendis, ſubſcribit. n. 54. Hayton, & Leo dolo pacis interficiuntur à Tartaro. c. 29. n. 1. & 6.

Haytonus, Armenus hiſtoricus, Regia ſtirpe natus. cap. 25. n. 20. militiam contra Sarracenos exercet. c. 27. n. 43. aſcitus Ordini Præmonſtratenſium. n. 44. in Clementis Papæ V. gratiam componit hiſtoriam rerum Orientalium. n. 21.

Heraclius Imperator proficiſcitur in Armeniam. cap. 13. n. 5. comperit Armenos ſub ſchiſmate erroribus multis implicitos. n. 6. rogatus à Ieſere, illorum Patriarcha, Epiſcopos, ac Principes Armeniæ aduocat ad Concilium. n. 7. eoſdem ad concordiam cum Eccleſia catholica inducit. n. 10.

Heſychius, nepos S. Gregorij Armeniorum Epiſcopi, inauguratur Armeniæ Patriarcha. cap. 5. n. 3. à Dirano Rege pro Chriſti fide tuenda vitâ priuatur. ibid. in Armena liturgia eius commemoratio. c. 7. n. 5.

I

IBeri Orientales, vulgò Georgiani, à quônam conuerſi ad Chriſtum. cap. 2. n. 28. & 35. ab Armenis in ſuſcepta fide confirmantur. n. 37. Iberarum literarum quis autor. c. 7. n. 11. Iberi reſpuunt Armeniorum errores. c. 10. n. 2. ab ijſdem ſeparati, Græcis adhærent. c. 12. n. 1. ipſorum in Armenos odium. n. 3. col. 1. ad Iberos fide catholica inſtruendos, mittuntur Clerici Regulares. n. 3. col. 2.
Iberorum errores, ac ritus. cap. 12. n. 33. col. 2. ſtatuſque politicus. n. 45. col. 1. Regnum, ac bella in eo nouiſſimè geſta, n. 87. col. 2. & ſeq. ipſorum Regio à Tartaris deuaſtata. c. 24. n. 13.

Ieſer, Armeniæ Patriarcha, catholicus. cap. 13. n. 2. Heraclij Imperatoris ope Concilium celebrat, n. 7. vnit Armenam Eccleſiam cum Catholica. n. 8.

Innocentius II. Papa reſcribit Gregorio, Armeniorum Patriarchæ. cap. 20. n. 4.

Innocentius III. Archiepiſcopo Cancellario Armeniæ per literas iniungit, vt in Armenos ad Romanæ Sedis obſequium adducendos incumbat. cap. 23. num. 26. laudat piam eius voluntatem erga Sedem Apoſtolicam. num. 29.

eidem pallium, quod petierat, transmittit. num. 30.
Reſcribit Gregorio, Armeno Patriarchæ. c. 23. n. 9. eidem Primatum Apoſtolicæ Sedis ex Scripturis ſacris demonſtrat. n. 10. illi gratulatur, quòd in Catholica fide, & Romanæ Sedis obedientia perſeueret. n. 15. & 25.
Ad Innocentium Leonis Regis Armeniæ legationes frequentes. c. 23. n. 32. ipſius ad eundem Regem epiſtolæ. n. 39. 48. & ſeq.
Lætatur Innocentius, quòd Leo piè ſe gerat erga Romanam Eccleſiam. c. 23. n. 43. quòd Regni diadema de manibus Archiepiſcopi Moguntini in honorem eiuſdem Eccleſiæ religiosè receperit. n. 44. pollicetur illi ſubſidium contra Sarracenos. n. 46. tranſmittitque vexillum B. Petri, quo contra Crucis inimicos vratur. n. 49.
աԹոռն հայոց ի վաղարշապատ քա-
ղաքն : Ետես արքն ձեռնադրեալ զՀԳ-
բիծոխոսն եպիսկոպոս հայոցառա-
նեաց ի սրբոյն Էջմիածին եպիսկոպո-
սէն կեսարիոյ : Ուստի վերստին
պատուիրէ առաքաբերել զԹուրքն, զոր
գրեալ էր ՄՐդատ Թագաւ առ ՏՐդատ
բռնաւոր Հայոց : զի ձեռնադրեցին
զՔԶն-բիծոխոս. զոր և առաքեալ
էր առ նոսա մեծահարուածս հանդերձօք
ասելոյ և զնոցա պատուհասի պարծանաց,
և այն Թուրքն Թարգմանեալ ի մէնջ
ի յոմանայ բարբառէ գոյր այսպէս :

Ետեսին նոքա զորք ամբարշտութեան
և այլ անհամար մեզաց՝ կարի յոյժ
կուրացուցեալ էին զանձն մեր բազում
յամառութեամբ : ոստան եղև, Թե ոչ
կարացաք առաքին հայել ի ճշմարտու-
Թիւն. և ոչ ձանաչէլ զարարիչն ամենայ-
նի : և Թէպետ ամենագութն ՔՏն ան-
առաքեալ էր առ մեզ զայլ աւետարանին զՀԳ-
բիծոխոս. և ցուցեալ էր մեզ զսքբա-
հիս կուսանսն, որպէս զի նոքօք ձանա-
չեալ զանչափ բարու Թիւնսդ և զմար-
դասիրու Թիւնս սակայն մեք սրտմտու-
Թեամբ չարչարեցաք զնոսա : և մանաւ-
անդ զկուսանսս սրբազանս. վախ վախ.
Ջնո ասացեալս սպանանելոցդ : բայց
այդ ՀԳ-բիծոխոսն՝ ասդ սինն անյաղթ

ղօրու-

rum interceſſionibus craſſam illam caliginem abſtulit à noſtris animæ oculis, & ad lucem veritatis adduxit, illiuſque agnitionem, & fidem. Eum ergo, qui fuit nobis Author tot bonorum, noſtræque ſalutis Dux certus, & diſpenſator, doctorem, & paſtorem reliquæ vitæ, & virtutis non nos ſolùm elegimus, ſed diuina quoque viſio talem ſententiam è ſuperis obſignauit: per quam ipſum quoque annuentem ad veſtram miſimus Sanctitatem, vt ab eius manu & lingua ipſe conſecretur in Pontificatu, & citò nobis, qui grex eius ſumus, reddatur. Hæc Tiridates Leontio.

S. Ripſimes, aliæque 33. Virgines, iuſſu Tiridatis martyrio traditæ.

Et quidem tantus erat in pectore Tiridatis Regis feruor pietatis, vt ſubiectum ſibi populum ad Chriſtianam amplexandam Religionem, non ſolùm exemplo ſui allicere, verùm & edicto quoque non deſtiterit efficaciter trahere. *Fertur*, ait Sozomenus, *Tiridatem, qui tum huic Genti præerat, admirabili quadam viſione, quæ circa illius ædes fortè apparuerat, non modò ad Chriſtianam Religionem vocatum eſſe, verùm etiam edicto omnibus ſubiectis imperaſſe, vt fidei Chriſtianæ ſe addicerent.* Vnde turmatim ad Euphratem confluebant Armenij, vbi Gregorius, poſtquam, Cæſarea reuerſus, ingreſſuſque fines Armeniæ, pluſquam centum & decem millia hominum ibi baptizauerat, aliam quoque innumerabilem penè multitudi-

Sozomen. lib. 2. c. 7.

neim, diuerſis viſis prodigijs, baptiſmo regenerauit, filioſque lucis effecit. quoniam, vt ſcribit Metaphraſtes, *Illi quidem baptizabantur in Euphrate, eius autem retinebatur fluentum, & videbatur columna lucis, tanquam ſuper baſim, poſita ſuper aquas, ipſos ſolis radios, quod ad ſplendoris attinet rationem, longo interuallo ſuperans: ſimul autem cum ea, Crux quoque oriebatur in capite; & erat id quidem viſu mirabile; toto autem illo die cernebatur oculis eorum, qui fuerant baptizati: ipſius autem multitudinis plenus, & perfectus numerus erat quindecim myriades* *. *Cum ſeptem verò dies Pontifex eſſet ſimul cum eis verſatus, & aliam multitudinem baptizaſſet innumerabilem, ſi autem credendum eſt fame, quæ in vulgus manauit, quadringentas myriades* *; *octauo die illinc recedens, & Eccleſias ædificauit per vniuerſam Armeniam, & Sacerdotes in eis conſtituit.*

Meraph. ibidē. c. 35

* Hoc eſt: centū quin quaginta millia.

* Hoc eſt: quatuor millia millium.

Quapropter breuiſſimo temporis interuallo Armenia vniuerſa ex Idolorum cultu ad Chriſti fidem conuerſa, Catholicam veritatem non tantùm diſcipula, Gregorio doctore, didicerat; ſed & magiſtra Perſidem, aliaſque finitimas Regiones edocebat: *Poſtea verò*, ſubdit Sozomenus, *ad vicinas Gentes eadem peruaſit Religio, & ad multos vagata eſt. quoad Perſas ſpectat, ex illis initio Chriſtianos factos arbitror nonnullos, qui propter conſuetudinem, quam habebant cum*

Sozomen. lib. 2. c. 7.

Oſdro-

ել:] հաստատեաց եղև. Եւ անհատից
եր Քրիստոս հայոց. որք նովաւքեն սկսան՝ ի
գետն Եփրատայ. զանգիւն նորին յոյժ ա-
բեր զի՝ բեզոյս դարձաւ՝ ի կեսուրեսոյ.
և նմանօրէն ի սահմանս հայոց. սկսան
ցան անդ՝ ի նմանել սեաւ երկին զսիւն ջ. Ճ. Ճ. ն.
մարդեղիք. Եւ յետոյ հաստեալ՝ ի հայոց
աստեղն սկսաւեաց՝ ի մէջ գետոյն եփրա-
տայ զանձիւ բազմա-Ճի հայոց ընդ-
յոյսով զարմանալի հրաշիւք. ասելով
զհետս գրաստուէս՝ ի գերդն վարսոց
աբեղն զի՝ բեզոյսն՝ ի գլուխն. ըն. ա-
յսոյ. էրակ՝ ի սկսանելն նորայ՝ ի մէջ
եփրատայ. ճառագ հոսու-Ճն գետոյն. և՝ ի
մէջ ջուրցն երևէր սիւն ինչ սրտիճ աս-
ղուսոյ. որ և պայծառութիւն իւրով զի
բազանգեր զշառաւղայիս արեգական.
և նման նմա՝ ի վեր ծագէր: և այնպիսի
հրաշալիքն երևեցան աշխարհ սկսանելոյն
՝ ի բոլոր աստուածն այնմիկ: և Քրիս-
նոյն ոչ սկսանցան յայնմ աստուր, եղև.
Ճ. ը. և. և՝ ի յայլ եւԹն աստուրս հինա
և նորն նոյն սբ հայրապետն զբեզոյ
սկսաւեաց զանհաւատս բազմա-Ճի. և
հաստատեն զոլ զՔրիստոնոյն չորեցա ան
զամ հազար հազարաց. Եւ ապա՝ ելեալ
Քեղոյզ աստուրն գնացեալ յանտառ, շի-
նեաց զբազում եկեղեցիս ընդ ամ աշ
խարհն հայոց. և կազմեալ՝ ի նոսա զքա-
հանայս:]

ել: Եւ որպ յետ սակաւ ինչ աստուրց
եպիսկոպոսական աշխատարհն հայոց եղև կա-
տարեալ. ապա սկսաւ ուղղափառ
աշխատաւ-Ճն: Եւ այնու հետև հա-
յոցն բարեպաշտ եղեալ սբ հաստատ.
սկսան տեղանել զնոյն հաստատն՝ ի մէջ
ազգ սերձանաւ զաստուած. և մանա-
նալ՝ ի մէջ պատանց: զսա որում ճառէ
Նոյն Լեո-ոնիանոս. ասելով այսպէս.
Էրակ ապա մտեալ էր նոյն հաստատն՝ ի

յայլ

Oſdroënis, & Armenijs, in colloquium, vt veriſimile eſt, cum diuinis viris, qui ibi erant, venerant, & virtutis eorum periculum fecerant. De hoc autem fidei progreſſu in Perſide, Armeniorum operâ facto, illuſtre quoque teſtimonium extat in epiſtola, relata ab Euſebio, in qua Conſtantinus Magnus ad Saporem Regem Perſarum hæc inter alia ſcripſit. *Hunc præclarum hominum cœtum, Chriſtianorum inquam, de quibus omnis à me ſuſcepta eſt oratio, cum audierim, etiam Perſidis potiſſimam partem (quod mihi ſanè eſt gratiſſimum) exornaſſe; quanta me putas perfundi voluptate? igitur quoniam hac dignitate es, tuæ fidei commendo; hos eoſdem propter inſignem tuam pietatem in manus trado; hos, vt decet humanitatem tuam, complectere; & ama.*

Euſeb. in vita Conſtantini, lib. 4. c. 9.

Iberorum prætereà Populos, vulgò dictos Georgianos, vltra maiorem Armeniam ad Arcton habitantes, etiam ab Armenijs in Chriſtiana fuiſſe Religione confirmatos, accipimus ex Armena quadam hiſtoria, mox infrà referenda. Interim verò ſciendum id eſt, quod Rufinus, Socrates, Theodoretus, Sozomenus, & ex ipſis alijs Recentiores diſertiſſimè narrant: hanc nimirùm Iberorum Gentem primò ad Chriſtianiſmum perductam fuiſſe operâ chriſtianæ, & captiuæ cuiuſdam ſanctæ mulieris, quæ in Iberia miraculis, & vitæ ſanctimoniâ floruit hoc eodem tempore Conſtan-

Rufinus, lib. 1. c. 10. Socrat. lib. 1. c. 20. Theodor. lib. 1. c. 23. Sozomen. lib. 2. c. 6.

ſtantini. quamuis à nemine prorſus prædictorum Auctorum, nec huius nomen mulieris, nec genus, nec vnde, aut quomodò ad Iberos peruenisſet captiua, traditum reperiatur. quare Baronius in Annotationibus ad Martyrologium Romanum die 15. Decembris, quo eius ibi commemoratio celebratur ſub nomine Chriſtianæ Ancillæ; *Eo quòd nomen*, inquit, *eius incognitum haberetur; non proprio, ſed appellatiuo potiùs nomine Chriſtiana Ancilla dicta videtur.*

Baron. in Annot. ad Martyrol. die 15. Decemb.

Nos ergò memoriæ nunc prodamus, quæ de ſancta iſta fœmina, & Græcos, & Latinos hactenus latuere. In primis nomen iſtius apud Iberos, & Colchos, qui eam tanquam ſuarum Regionum Apoſtolam recognoſcunt, ſummoque reuerentur honore, eſt ſancta Nino. cui rei teſtimonio ſumus, tum egometipſe, qui apud illos quadriennio degi, tum reliqui Clerici Regulares, qui ſoli ex Apoſtolicæ ſanctæ Sedis mandato iamdiu in Regionibus illis munus Euãgelicæ prædicationis exercent, & cum vberrima quidem fructuum perceptione: nam præter alia Animarum lucra, innumera, de quibus haud huius eſt loci diſſerere; iam populos illos, qui antehàc ſuperſtitioſa quadam ablutione, abſque debita Sacramenti forma ſuper Pueros adhibita, pro baptiſmate vtebantur, ad verum baptiſmi ritum, & formam ſuſcipiendum, Dei beneficio, induxerunt. in quo præclaro facinore maxi-

Clerici Regulares à ſuperſtitioſa ablutione ad verũ baptiſma reuocant Populos Iberorum.

ա՛լ
30
ա՛լա
31
ա՛լբ
32

ընդունեցին զնոսա սիրով. և ուսան՛ի նոցանէ, տալ էրէխայից դիպուածքն հատուցեալ ըստ պատշաճաւորն նոցա Ծոյ և սէրսակի. զորով յառաջ նուաճեալ այս սքանչելագործ՛ի մէջ նոցա ճշմարտութիւն եւ զնանց։ Ուստի ամաչ այսորիկ վրայ Թագն Ղազարեան անուն վն ցուցանել սէր և պատիւ առաքելական սքանչելագործի հոգւովն, առաքեալ էր՛ի մեծն հոգւով զսիրելին գործակիցս և զինուորակիցն մեր՛ի աէր, զպատուն յովհաննէս, զոր ծերունեն առաքելոյն, և աւետարանական. որ էր յոյժ ընդունելի Թագաւորին և ժողովրդեանն այնմիկնեւ մինչ դեռ սա գտնայր՛ի քաղաքին հռոմիայ. և չքէր առնոյն Թագն Ղազարեան. եղև կալ ելեալ յանհնազանդից՛ի կռապաշտս ոմանց՝ և պատճառեալն հաճոյանալ։ Եւ յետ բազում չարչարանաց կրկնոց՛ի նմանէ համբերութեամբ մեծաւ, կապեալ եղև շղթայիւք, և արկեալ՛ի բանտ։ Եւ մինչ կայր՛ի բանտին պաշարեալ վշտօք և տառապանօք. աւ անդէնայ զամէն նամագրութիւն հոգին իւր առ ած։

Եւսկ պատճառով մեք յառաջագոյն ելեալ բանս յարդարութեան հոյն մանկայ. առնգրեք, Թէ զինչ պատճառն հայր զնա և Ասի եղև, ասէն նորա կոյս ոմն յազգէն գունկաց. և մի՛ի սրբոց Ղազարեան սիմեոնոց կռապաշտն. զորոց առաջագոյն՛ի վերոյ Ճառիս պատմեալք՛ի հոգւովն էաղղէն վն մեծ՛ի հալած մանն Ղազարեան. գնացեալ էին յաշխարհն հայոց։ նա՛ յոյժ ամ եղէն կալեալ և նահատակեալ՛ի ԼՈրդատոյ արքայէն հայոց. աքն Ղազարեան առեալ ընդ իւր զայլ ընկերսակից կոյս, մանուկ կոչեցեալ ալ. փախեաւ գաղտագրեալ՛ի Հռոմայն ԼՈրդատոյ. և գնաց հանդերձ զմեծ

maximè omnium, & ſummo poſito ſtudio elaborauit Reu. Pater fœlicis record. D. Ioſeph Iudices Mediolanenſis, (ſi licet pro amantiſſimo in Chriſto Commilitone meo, & iugi, dulcique ſodalitio mihi coniunctiſſimo, digreſſionem producere longiuſculè) vir planè Apoſtolicus, vitâ innocentiſſimus, & in proximorum ſalute procuranda, quamuis ſexagenarius, nunquam non indefeſſus; qui tandem, expleta Colchorum Regis ad Innocentiũ PP. X. legatione quadam, in reditu ad eundem Regem, & ſuæ Miſſionis officia, Conſtantinopoli accuſatus apud Turcas à Iudæis, quòd Sedis Apoſtolicæ Miſſionarius eſſet, qualis & poſteà, litteris Pontificijs interceptis, palàm iam innotuerat; atque calumniâ, quòd pueros aliquot Turcicos olim baptizaſſet, obiecta, contruſus fuit in carcerem: vbi inter moleſtiſſima catenarum vincula, & varias afflictationes, inuicta patientia toleratas, meruit ab hinc triennio emeritus Chriſti miles extremum effundere ſpiritum.

D. Ioſeph Iudices Cler. Reg. quòd Apoſtolicũ obiret munꝰ, in vinculis animam efflauit apud Turcas.

Sed, vt ad id redeamus, vnde digreſſi ſumus: de proprio ſanctæ illius Fœminæ nomine, quod erat Nino, ab Iberis iam eruditi, accipiamus cætera ab Armenijs, qui eandem, Nune, ſuo idiomate vocant. Fuit hæc, inquiunt illi *, Romana Virgo, Deo ſacra, quæ vnà cum ſancta Ripſime, alijſque Virginibus ſocijs (de quibus ſupra loquuti ſumus) Romà, fugiens Diocletiani perſecutionem, in Armenas appulerat Regio-

* In Actibus S. Chriſtianæ Ancillæ, apud Armen. in Codice dicto Barmuthiun.

giones. ibi à Rege Tiridate reliquis Virginibus comprehensis, atque martyrio traditis; Nunc, adiuncta sibi socia Virgine altera, Mane nomine, clam è manibus Regis sese præripuit, & ad Iberos, Armenis conterminos, inde confugit. Hìc facta vltro captiua, atque in captiuitate, ieiunio admirabili, orationi, studio pudicitiæ, alijsque dedita virtutibus, Iberorum gentem, ijs editis miraculis, quæ supracitati referunt Auctores, ad Christianam fidem conuertit. Quibus præclarissimè gestis; auditoque nouo tum Imperatoris Romanorum Constantini, tum Tiridatis Armeniorum Regis, ac totius eius Populi ad eandem fidem accessu; missa est ab Iberis, submonente captiua, ad vtrumque Regem legatio, qua & confœderationem cum eis, & Episcopum vnà cum sancto Clero sibi dari popolcerunt. Hinc ergo factum est, vt ad instruendam, & confirmandam Ecclesiam Iberorum, non modò Constantinus virum miserit (vt loquitur Theodoretus) *fide, intelligentia, & moribus ornatissimum cum dignitate Pontificali*; verùm etiam ex Armenia (vt ipsi testantur Armenij) Episcopus Gregorius, annuente sibi Rege Tiridate, Sacerdotes quosdam Armenos destinarit.

Theodor. histor. lib. 1. cap. 23.

Præfulsit itaquè in Oriente eximia Regis Tiridatis pietas, & Religio Christiana operà Diui Gregorij, ijsdem omnino temporibus, quibus in Occidente industriâ sancti Siluestri pijssimus Imperator Constanti-

nus

ՀԱ 36 հնեաւ՝ ի յաշխարհն Հայոց: բայց եղ
եալ անդ պետն. և ի գիտուԹենէ կալով
հանապազ ի պահս, և յաղօԹս. մա
նաւանդ առաքեց սրահելով զոգևառա
տուԹիւնս նոր. և առնելով զբազում
սրանչելիս. դարձոյց ի հաւատն քրի
ստոսն, և զամ ժողովուրդն գոյց
և զինն այսոցիկ՝ երբև լուան եպիսկ
ոպոս գաւառիս ի նոյն սբ հաւատն
ՀՁ ետն Հրատարակեալ, և արբայնն հայոց
Տրդատայ. հաւանեալով նորատուչ
աբոյն Հռիփսիմեայ առաքեցին դիտելուակ
ոմանս առ Երկոքինս ԱՀրբայս: որովք
մատուցանելով նոցա գիր-բանից սէր և
դիտաբանուԹի. ևնդ-երկոքին ի նոցանէ
ՀԷ զեպիսկոպոսս և զքահանայս առ ի
37 հաստատուԹիւն եկեղեցոյն նուիրանց
Ռուսաց եղև. սոյն գրեաց Թէ-էոդորի
տոս ի գիտէն. ա՛ ի գլուխն. նգ. Թէ
կայսրն Հրատարակիտոս յղեաց ի յա
խարհն վրաց զհայրապետս մի յոյժ ի
մաստուն և առաքինի: նա և ս. ոյ
սմանն հայոց. սբն ՀՂ-երկոր լուսաւո
րիչ, և արբայն Տրդատ առաքե
ցին ի նոյն աշխարհն զքահանայս և
սմանս առ ի հաստատել զեկեղեցի
վրաց:

Ռուբեմն սպան պայծառացաւ յա
ՀԼ ետս առաքելաշնորհ բարեպաշտու
Թիւնն քրիստոսի Թագաւորին Տրդա
38 տայ՝ միկնոդուԹեբ եղբանելոյն ՀՂ-երկ
որի, ի նմին ժամանակի. յորում
ամ-ապրակ կայսրն Հրատարակիտոս
ի ձեռն առնաւոր հայրապետին Ան
բևատոսի հոգևոյր հանգուցանակ ըս
նեաւ աձեցու-ցանել յարևմուտս զիր
ծնան քրիստոնէական. և ամենէն զկա
պաշտուԹիս: ըստ որում և նոյն ան
դա գրատուէս պատմէ ի գլուխն. ՀՃ

այս

ալեալեօք բանիւ : ամբոխ՝ էին կիսա
տան դիանոս . և Մրթատ նըրբե- լը
դերիս լուսափայլ աստեղս . որոց 39
միմն զարեւ մուտս , և միւսն զար
ևելս լուսաւորէին հոգեհաղորդ
հաւատոյ Քրիստոս աստուածեան : և
եղեալ էր Մրթատ յոյժ բարբր
քեալ ընդ ընկերսն անդուլն այլ . և
վանատուր աբեղայն նման . զի ան
խոնձ էր ի պահս . և հանապազորդ
ապրած ի յաղօթս : ապա յայնմ
ամ սինհոդոսն Նիկիոյ՝ եղիտ ամ
քայքս պատուեցին զիմիանս նաստա
կօք . և յորդորեցին օգնութիւն .
և ուրախանիցէ եղէն միմեանց վա
ստաբանութեան ի հաւատն ձշմա
րիտ :]

Ձառէ և Նիկեփորոս պատմիչն
ի գիրսն . ը . ի գլուխն . կէ. եթէ նբն
Գրիգորիոս ընդ արքայն հայոց
Մրթատայ դնացին առ մեծն Կիսա
տանդիանոս թագաւոր : և ոչ ծանուցանէ
մեզ զբաղարն . յորում եղիցեն հե
դինակքն այնոքիկ հանդիպեցան ի
մեռանել : Գրիգոր ոմանք . ասէ . որք
ասեն . եթէ Գրիգորիոս ընդ
Մրթատայ եղեալ էին առ մեծն
Կիսատանդիանոս կայսր : և նմա
ընկալ ի նոցանէ զայն չափ անկար
ծակին հրաշս և սքանչելագործու- խա
թեանն . յոյժ ուրախ եղև . և 41
առաքեաց զնոսին Գրիգորիոս , հեռ
նադրեալ եպիսկոպոս ամ հայաստա
նեաց , ի յաշխարհն հայոց :] ձգդ՝
ի բանիցս յայսցանէ նմանեալք . և
եթէ միմեանց հանդիպումն մեծ ար
անցն այնոցիկ պատահեցաւ ի մեր
ձաւորս ժամանակս հրաշագործիս դար
ձին Մրթատայ . և ընդունելու
թէն հաւատոյ յաշխարհն հայոց : զի

nus pari quidem ſtudio ad eandem propagandam Religionem, & Idolatriam deſtruendam incumbebat. quod ibidē proſequitur Metaphraſtes his verbis: *Erant autem Conſtantinus, & Tiridates tanquam lucidæ ſtellæ, alter quidem Occidentem, Conſtantinus ſcilicet, alter autem Orientem luſtrantes, honeſtèque & ſuauiter reſplendentes, euaſeratque Tiridates iam in pietate ferueni ſſimus, & nulli iciunijs cædens, & oratione, ne Monachis quidem, qui ſe his exercent in Monaſterijs. in hac ergo ſacra ſynodo,* nempe Nicæna, *& alter alterum iuuerunt Reges; & cùm alio honore ſe inuicem affecerunt, tum etiam per litteras collætati ſunt ſententiæ communione in vera pietate.* Metaphr. loc. cit. cap. 39.

Refert Nicephorus, quod S. Gregorius vnà cum Tiridate eundē Imperatorem Conſtantinum Magnum adierit; nec explicat locum, vbi tantorum Heroum occurſus euenerit. *Sunt,* inquit, *qui Gregorium vnà cum Tiridate ad Imperatorem Magnum Conſtantinum venisſe tradunt; eumque, tam miranda, & inopinata audientem, magnoperè lætatum eſſe, & Gregorium ipſum, totius eius Regionis Epiſcopum ordinatum, eò miſiſſe.* Ex his quidem verbis colligi aliqua ex parte videtur, talem congreſſum contigiſſe ſub primis annis Conuerſionis mirabiliſſimæ Tiridatis, & fidei propagationis in Armenia per S. Gregorium: quippe ea miranda, & inopinata vbi primùm ab ipſis acceperat Conſtantinus, magnoperè gauiſus erat, vtpote de re noua; Nicephor. lib. 8. c. 35. in fine.

Gregoriumque recèns Epiſcopum ordinatum in eius denuò Regionem remiſerat. Occurrerant autem illa, iuxta Baronium, anno Domini 311. quando Conſtantinus adhuc Romæ vſque ad annum 324. Sedem obtinebat. Quare Vener-Pater Grauina Dominicanus in libello, italico ſermone compoſito, cuius inſcriptio eſt, *Breuis Relatio de ſtatu Religionis S. Dominici in Prouincia Armeniæ*, congreſſum illum Romæ accidiſſe narrat verbis hiſce: *Cum Tiridates, hunc videndi inuictiſſimum Cæſarem, cupiditate flagraret, ac de cœleſtibus beneficijs inuicem gratulandi, nec non Vrbis ſacra loca viſendi: congregans Principes ſuos, alioſque Magnates Orientis, vnà cum Gregorio, eiuſque filio Aroſtane, Romam aduènit. Vbi, poſtquàm à S. Silueſtro, & Magno Conſtantino ſuſcepti fuere honoribus ampliſſimis, inſolita quidem iucunditate ſimul omnes cumulati ſunt. Hi namque de Conſtantini mutatione lætabantur; illi verò de Tiridatis conuerſione. tum gratias, ſauoreſque diuinos inter ſe mutuò communicantes, ſummam Dei Maieſtatem collaudabant, quæ tot diuerſa Nationum genera in vnum ouile, & ſub vnicum Paſtorem, Chriſti Vicarium in terris, coegiſſet.*

Baron. tom. 3. an. 311.

Grau. in Relat. &c. par. 1. c. 8.

ղի Լրոսանդեանոս կոչէր ի քանչ զնոր
հաւքան սրանչելագործ ու Քէին ու-
րախ եղև. և առաքեաց դարձեալ ի
հայաստանն հանդերձ զՍրբուհեաւ
արքայիճ զՀռիփսիմեսն տղուայն և զե-
նադրեալ եպիսկոպոս։ Իսկ այնպիսի
հրաշալի երեսոյ Քէին. ըստ ուրուք
պրի Բարոնիոս. հանդիպեցան յայ
խարհն հայոց յամի ՅԻա. յորժամ
Լրոսանդեանոս Քէր նստէր ի մեծն
հռոմի ընդ սրբոյն Սիղբեստրոսի մինչ
և յամն ՅԻդ. յետ որոյ ամին գնաց
յարևելս։ Եղև որոյ պատուական հա
յրն Լրոսիկնան ի պատմագիրքն յիշ հա
յոց աշխարհին. ի յառաջին մասն.
ի գլուխն. Ը. գրէ. ԵՒԷ հայոց արքայն
Սրբուհ. և լուսաւորչէն Հռիփսիմեայ
հայոյ մինչ և ի հռոմի։ և ասէ այ
Քէրն հայոց Սրբուհ զանկանալով
պատանեաւոք առնանել զանչափ մեծ
հայոյն Լրոսանդեանոսէ. ու-րախ լի-
նել ընդ նմա յիղձ բարեբարու Քէին այլ
և առնանել զնոր առիթն հռոմայ. ժող
ովեաց զամ եղեալս եւ զնախարարս
արև-էլից. և ինն ի մեծն հռոմի ընդ
սրբոյն Հռիփսիմեայ. և Հռ-ուսակէ
սն որդւոյն նորին. և աբն Սիղբեստրոս
և մեծն Լրոսանդեանոս ընկալան զնո
սա մեծ-աբ պատուով և ու-րախու-Քէ
ան ղի Սրբուհ ու-րախ եղև զի դարձ
մանն Լրոսանդեանոսի ի սբ հաւ-ատն.
և Լրոսանդեանոս ու-րախացաւ զի
դարձանն Սրբուհայ։ և պատուեցին միմեանց զամ ընդհուպ և զհրաշագործ ու-
Քեան սուրբ-այնոս։ և փառաւ-որեցին զբարեբարն սուրբ, որ ժողովեալ էր զայնքան զա
նազան ազգս ի մի հօտ. և ի նմանէ մեծ հռոմ. որ ի փոխանորդն քն ի վր նր
կրնս։] զայս գրէ Լրոսիկնան։

Hæc tradit Grauina, quamuis inferiùs probabilem quoque aſſerat opinionem Baronij; qui de fæſtiuo

Baron. ibidem.

Ասեն սակս հաւանութեանն զկարծիս
նոցայ. որք ոչ գիտէին զամենի, յորմէ
հանդիպեցան միմեանց Թագաւ-որք

co-

նիշ այսո-

այսոքիկ. զիսամբ անձն ևՈՒ այս եղև խէ
յառնելոյ. յինեալք ի բանն Եւսեբիոս 45
սէ. որ ի դէպքն. դ. վարուց Կոստանդիանոսի գրեալ. ՈՒ յորժամ նոյն Կոստանդիանոս գնաց յարևելս. նկին առնամ առաքեալ հրեշտակք յամենայն երկիր]
բանալն ի վեր ՄՀրդատայ և զդէպսն
բնոսն ոչ լաւ յարմարիլ անուն այս
առաքեալ հրեշտակն զի դէպք սինն զի
լալ Թագաւորս. և սիւնն պատրարգ,
ոչ առաքեալ էին յայլմէ. Եւս առաւել
ել հաւանական լինի այս մեր ասացեալ
ի հայոց աշխարհ. զի սրբոյ և
քնՈՒհանուն ի պատմագրու-ՈՒիս իւրն
անց. ևՈՒ սրբոյն ՄՀրդատ և սբն խզ
զդէպսդ լուսաւորչի գնացին ի սինն 46
հռոմի առ սանկ զբարեպաշտ Թագաւորն զԿոստանդիանոս. և զսրբազան հայրապետն Սիլվեստրոս. ընդ որս և զՈՒղՈՒն դաշանդ հաստատեցինն մի սնանդ սակ միաբանու-ՈՒԵ եկեղեց ազգացս. և՚ սրոյ ի ձառընտիրն հայոց. ի ձեռ ձառն. որ յղիս Կոստանդիանոս Թագաւորն յետ սրոյ պատմեալ եղև անդ զրոյ ինչ գործ սրբոյն և Կոստանդիանոս ի հռոմ սրբոյ սանկ քաղաքին վանն հաստատու-ՈՒԵ ձգմա
նու հաւանոյն էր. ապա հետևեմն
բանս այսոքիկ.

Յայնմ ժամանակի լուր եղև այս չէր խէ
ի կրկին հայոց ի դուռն Թագաւորու-ՈՒԵ 47
աշխարհակալեալ առ ՄՀրդատ սրբոյ հայոց մեծ. որ ի բերև լուսաւ զայս բազում գործս ասպնջականս վասն զոր ընդ սմա երկիր զնաց անուն փառաւորս սրոյ: Զորդի ի բերև լուսաւ զայս մեծ սրբոյն հայոց ՄՀրդատ. խորհուրդ առնոյր վասն ձա նապարհայն սոյսոքիկ. հանդերձ նոքաւ

եորումդեմ congreſſu diſſerens,& aliquantulùm dubius de loco, ſic tandē coniectans ait: *Sed hæc puto accidiſſe, cū Conſtantinus abijt in Orientem, quādo ad eū è remotiſsimis Orbis partibus, vt tradit Euſebius, legationes venerūt.* Ex aduentu ſcilicet plurimorū Legatorū ab extremis Mundi partibus ad Conſtantinū, dum hic erat in Oriente, acceſſum etiam conijcit eorum, qui profectò non legati fuiſſent, ſed potiùs legantes. Verùm enimverò mihi ſolùm videtur,(nolo namque in hanc ferendā ſententiam me inferre) hac de re,adeò nobis dubia, ſtandum eſſe Armeniorū hiſtorijs, & traditioni. Porrò autē eò pro certo,& explorato vbiq; diuulgat Armena traditio, Regē Tiridatē vnà cum S. Gregorio Romā vſque proceſſiſſe ad Imperatorem Conſtātinum, & S.Silueſtrum Papam visēdum, & cū ipſis perpetua vnionis fœdera ferienda; vt qui hoc apud Armenios negaret, penè hæreticus haberetur. Et hoc ipſum mihi ſanè magis confirmatur ex ijs, quæ legi in antiquiſſimo, & immenſo volumine Armeno manuſcripto, Romæ in Eccleſia S.Mariæ Aegyptiacæ, Armeniorū xenodochio, reſeruato, cuius titulus eſt, Giarrentir, hoc eſt, liber narrationū: vbi poſtquā Conſtātini magnalia, in fidei Chriſtianæ propagationē ab ipſo Romæ perpetrata, narrantur; hæc prætereà ſequuntur:

Horum autem omnium fama it. Armenas peruaſit Regiones, immò ad Regalem vſque Arſacidarū aulā, atque ad ipſum Armeniorum Regē Tiridatem peruenit; qui res vbi tales

Euſeb.lib. 4. in vita Conſtant.

Giarrentir Armenum narratione 140.

Arſacidæ cognominati ſunt Reges Armeniæ, ab Arſace Parthorū Rege fuerint oriū

auditione accepit, vehementer lætatus, maximas primùm omnipotenti Deo, quòd sanctissimum nomen suũ per omnes Mundi plagas reddidisset glorioſum, & obtulit laudes, & gratias retulit. tum certo intra se Romã proficiscendi capto consilio, deliberauit, itineris sibi comites adiungere Magnum Archiepiscopum Gregorium, eius filium Aristarcem, Alpianum Episcopum, alioſque quatuor sui Templi Archipresbiteros, Primates nuncupatos; quorum Primus pro Scirachensi Prouincia præsidebat, Secundus pro Syriaca, Tertius pro Albanensi, & Quartus pro Maschutensi. Præterea suæ quoque viæ socios adhibere voluit Principem Anchieghdan, Principem Mochorum, Principem Reſcduniorum, Principẽ Siunienſiũ, Principẽ Domus Maghſutensis, nec non Sciahabum Sciahabiuanensem, & Præfectum Prætorium, eumque qui Regiæ Maiestati imponendæ, deponendæue coronæ gratiâ assistebat, atque electos alios Proceres, & gentem penè dixerim innumeram. Cum his ergo Rex Tiridates ex hac perillustri Prouincia, & Vrbe Vagarsciabat Romã versus discessit: cumque fœliciter Græcorũ fines, aliasque plures pertranſiret Regiones, multũ per singulas sibi præstitum Ciuitates honorem, & obsequium aucuparus fuit: quippe diuersi Principes, obuiam illi venientes, terrà, marique eum comitabantur; quousque tandem viâ omnes in Italiam peruenientes, Latinorum oras, ipsamque Regiam Romanorum Vrbem

Tiridates Rex Armeniæ, vnà cũ S. Gregorio, & suis Principibus, Romam proficiscitur.

ՀԸ 48

ՀԹ 49

Ն 50

ՀԸ

ծ-ա

51

ծ-բ

52

ծ-գ

53

bem ingreſſi ſunt. Quorũ quidẽ aduentum vbi primùm audiuere pijſſimus Imperator Conſtantinus, & Põtifex Maximus, ianuæ totius Mundi Archiepiſcopus, cui nomẽ erat Siluester; obuiã citò progreſſi, magnũ illis honorem impertiuerũt; ac poſtquam eos in eadẽ vniuerſali Vrbe dies aliquot quieſcere, & ab itinerũ incõmodis recreari, permiſerunt, pijſſimus Imperator Conſtãtinus, Regis Tiridatis factũ demiratus, ſic ipsũ interrogauit: Quænã fuere quælo, aut qualia planè, quæcunq; apud te miracula facta ſunt? cui ille omnia à Deo ſibi collata beneficia ex ordine enarrauit; nec cęlitus immiſsũ flagellũ porcinę, ab ipſomet acceptæ, figuræ proferre palã erubuit; nec ſtrenuam ſanctarũ Martyrum tacuit patientiã, neq; beatæ Ripſimis, quam ex immani ipſius violentia, & feritate victoriã illa reportauerat: ſed omnia, quæcũque acciderãt, retulit adamuſſim. ac ſacroſanctum præcipuè conſtituens corã Imperatore Gregoriũ, iſthic, ait, vir ille eſt, per quẽ diuina nobis clementia innotuit; & poſteà diſtinctè narrare cæpit, quãta ille patiẽtia cruciatus, ac diutinã quindecim annorũ macerationẽ in puteo ſuſtinuerat, & omnia, quæ per eum ediderat Deus, miracula. Quamobrẽ magna obſtupefactus admiratione Cõſtantinus, flexis ante Gregorium genibus, benedictionẽ ab ipſo humiliter expetebat; illũque exinde pro ea, qua tãtus Chriſti Martyr commendabatur, dignitate, & merito, honorificè, liberaliſſimèque tractauit. Similia quoque erga Regem Tiridatem, non ſecus ac in fratrem ſuum chariſſimum, illa maximè de cauſa, quòd veri Dei cognitionem accepe-

Occurri
ſibi Co
ſtantinu
& Turid
tes, S. Sil
ſter, &
Gregor.

Cõſtãtin
Imper. b
nedictio
nem peti
à S. Greg
Armeniæ
Epiſcopo

rat, beneuolentiæ, & amoris indicia declarauit. Fœdus etiam inter se mutuum; Iesu Christi fide media, firmauere, inuicem promittentes, vnionem illam, inter vtramque initam Nationem, perpetuò stabilem à seipsis fore in posterum conseruandam, &c.] Hucusque volumen Armenum.

Proferunt etiá Armenij ex historijs suis * vetustissimum quoddã Diploma, in quo memoria extat fœderis huiusce, Romæ icti à Constantino, & Tiridate, Siluestro, & Gregorio, de concordia inter Romanos, & Armenios renouanda. Nam paulò ante Romanorũ Imperator Maximinus, bello aduersus Armenios in Oriente commisso, pristinã, qua olim iuncti fuerant, amicitiam dissoluerat; vt notauit Eusebius, dicẽs: *Bellum à Maximino contra Armenios cõcitatur, viros iam vsque ab antiquis seculis cũ Romanis amicitia, & societate coniũctos; quos quidem, quoniam Christiani erant, & veram in Deum pietatẽ magno studio, & diligentia colebant, iste Deo infestus Tyrannus ad hostias Idolis, & Dæmonijs immolandas cogere conatus, inimicos pro amicis, & hostes pro socijs effecit.* Eius autem Diplomatis Pater Grauina in libro suprà citato mentionem faciens, ait: *Omnes scriptores concordissimè narrant, inter Constantinum, Siluestrum, & Tiridatem, magnum amicitiæ, & familiaritatis vsũ intercessisse. quod insuper perspici potest ex veteri quodam Armeno exemplari, cuius inscriptio est: Epistola amoris, & concordiæ inter magnum Cæsarem Constantinum, sanctum Pontificẽ Siluestrum, Armeniorum Regem Tiridatem, & sanctum Gregorium illuminatorem; quod Romæ, ad petitionem Reuerendiss. Domini Leonardi Abel, Sidoniæ*

* Histor. Arm. in epist. Vnionis, quæ dicitur ab Armenijs Tughtaicians.

Eusebius hist. lib. 9. cap. 6.

Grau. in lib. cit. p. 1. cap. 8.

Եւ դարձեալ՝ պահին հայր սինք
և ցայս օր զՊատուհան դաշանց . զոր
հաստատեալ էին միմեանց ՚ի մեծ
հռոմի Լրսաւանդեանոս և Սիլուեստր,
սբն Սեղբեստրոս և սբն Գ֊բնիր
բնոս . սակս նորոգելոյ զմիաբանու֊
թին ՚ի մէջ երկուց ազգացս գրան
կաց և հայոց . քանզի առաջի՝ հռոմ
մայեցւոց կայսրն Մաքսիմինոս առ
նէր կռիւ յաթևէլս ընդ դէմ հա֊ Ե֊դ
յոց . քանիսիլ էր զբարեկամու֊թիւնն 54
առաջադոյն . որպէս և պրն Եւսե֊
բիոս ՚ի գիրքն . Ը . ՚ի գլուխն . ՂԵ . ա֊
նելով այսպէս : ՚ի նմին ժամանակի
Մաքսիմինոս կայսր կռիւ առնէր ՚ի
դէմ հայոց . որք ՚ի կանխաւ ժա֊
մանակաց բարեկամք էին ընդ հռոմ
մայեցիսն : եւ վա՛ն զի հայք էին քրիս
տոնեայք . և բաղում զգաստու֊թիւ
և ջանիւ հոգային մատուցանել պատ
ուոյ աստուածոյն ասյ. այս կռապաշտ
և անիծեա՛լ Մաքսիմոս բռնադա֊
տելով զնոսան զհին կրօնց և զիւ֊րց
արարեալ էր Գ֊ջնաւոր ուսոյմանակ բա֊ Ե֊Ե
րեկամաց :] Հաղորդ պատուակիան հա֊ 55
յոն Լրսաւինա՝ ՚ի վերոյգրեալ գիրքն
եւս . ՚ի գլուխն . Ը . յիշուածն առնէ
զատաղաւսացեալ Թղթոյն դաշանց .
և ասէ . Հաստատեալ պատուիրէք հա֊
մաձայն են ՚ի ձառնել . ԵՒԵ ՚ի մէջ
Լրսաւանդեանոսի , և Սիլեբեստրոսի ,
և Սրդատայ՝ եղև բարեկամու֊թի
և սէր մեծ . որ և յայտնի լինի ՚ի
հետն հին օրինակին ուրուք , գտեալ
՚ի մէջ հայոց . որ ասի Թուղթն սի֊
ղոյ և միաբանու֊թէ մեծ ՚ի կայսեր

նիւ Vrbis Episcopi, translatum fuit anno salutis 1596. die 29. Maij. Cuiusmodi autem illud exemplar fuerit, Grauina non refert, quia fortassis eius offendere translationem nequiuit. At quoniam prolixum admodum est, eius duntaxat initium, & partes aliquas, quæ ad rem nostram facere magis videntur, & in quibus nimium elucet contra ipsos Armenæ Nationis Hæreticos Pontificis Romani Primatus, ita prorsus nos hìc, sicut ex historijs Armenis extraximus, altera emissa denuò translatione, mox exponamus. ԺԶ 56 ԺԷ 57

Cõcordiæ fœdus Romæ initũ inter Latinos, & Armenios.

Authographum amoris, & concordiæ Fœdus inter Magnum Imperatorem Constantinum, sanctumque Siluestrum Papam, & Tiridatem Regem Armeniæ, diuumque Gregorium, Armeniorum illuminatorem.

VOluntate, atque Potentiâ consubstantialis sanctæ Trinitatis, Patris incomprehensibilis, & vnigeniti Filij eius, Domini, ac Redemptoris Nostri Iesu Christi, & viuificatoris, ac liberatoris Spiritus sancti, nostrum hoc Cæsareum, in Deo firmum, atque immutabile Testamentum litterarum monumentis relictum est potenti, ac independenti mandato nostro semper Victoris, & gloria Augusti, Constantini Magni, Regis Regum, atque Romanorum œcumenici, quòcunque terrarum ԺԸ 58

rarum Orbis extenti, & insuperabilis Principatus Imperatoris; qui potentia veri Dei, & gloriosæ Crucis Christi virtute, à finibus vasti Oceani vsque ad Solis ortũ Victores, vniuerso dominamur in Orbe: nec non iussu nostro Maximi Romanorum Põtificis Siluestri, Petri, & Pauli Principum Apostolorum Successoris; qui clauibus Regni Cælorum super omnes Christianorum Nationes ab Occasu ad Ortum ligandi, atque soluẽdi in Cælo, & in Terra potestatem habemus, vniuersæque Christi Ecclesiæ præsidemus. His igitur rabulis testatũ apud omnes relinquimus, quòd à Spiritu sãcto vocati, magnus Armeniorum Rex Ioannes, qui & Tiridates, atque viuus Christi martyr, ac strenuus Confessor, Domnus Gregorius, Orientalium, & Septẽtrionalium illuminator, nostri in Christo Fratres dilectissimi, præcipuique sublimis huius nostri Principatus Amici, & fidelissimi Duces, consiliorum nostrorum participes, ad nos huc peruenerunt, visendi studio Vrbem hanc Occidentis, & Oriẽtis Dominatricem, sanctorumque Principum Apostolorum Hæredem, illorum præterea Successorem, venerabilem Papam, atq; glorioſum Christianæ recèns fidei dicatum Imperatorem, Magnamque potentissimam Imperatricem Helenã. Qua de causa toto hoc nostro in Deo confirmato Imperio exultante, summaque perfuso lætitia, obuiam tantis Viris nobilissimo processimus comitatu: atque vltro citroque consalutati, & debito

Pontifex Romanus præsidere dicitur vniuersæ Ecclesiæ Christianæ.

S. Gregorius, & Tiridates Romã adeũt, ad Papam visendum.

ԴԲ 59

ԷԱ 60

ԷԹ 61

ԼԲ

ղաց Ռոմկեանոսի ահագին ծովու
մինչ և յելս յարեւու, յաղթօղ ղօ
րութիւ պարծանաց խաչիս քո: Եւ
և այսպէս սաղարթիցաւ հրոմայ
տարբ հրամանաւ մեծի Պետրոս
հովիւմայէցւոց Լիզբեանոսին, ա
Թոռականի գլխաւորաց Հաւաքելոցս
Պետրոսի և Պօղոսի. որ երկնաւոր
բանալիօք ունիմք զիշխանուԹիւն ի
յարեւմանից մինչ և յելս յարեւու ի վե
ամ աղգաց և ազանց քրիստոնէից.
կապօղ և արձակօղ ի յերկինս և յե
կրի. և հրամանահան հզօր յԱնդհա
նուր Եկեղեցիս քո: Ոտաւ ի հրամ
երմանէ հոգոյն սրբոյ հասին առ մեզ
հզօրք հայոց՝ մեծն Յոհաննէս, որ
և Մրդատաասն, Հաղբաց հայոց. և
կինդանի վկայն քո և մեծ խոստո
վանօղն առ ք-ինդոր լուսաւորչի
ամ յարեւելից և հիւսուսոյ. սիրելի
Եղբարք մեր ի քո. և բուն բարեկամք
բարձրագահ իշխանուԹեա մերոյ. և
հաճաւտարեամ հզօրապէսք խորին խոր
հրդոց մերոց, ժամանեցին ի առաւ
Թի տեղւոյս, տէրունական տանս որ
և համեան և արևելեան, ժառանգ
սրբոյ և գլխաւորացս Հաւաքելոցս.
և փոխանորդն սուրբ պետուենալ Պա
պիս. և պերձապատակ Հայսերանոր
ընձայ ի հաճաւս քո. և մեծ ի ղ-շխո
յիս Հեղինէի հզօր Թագուհուս: Հա
որոյ հրճակեալ բերկրեցաք մեծ-ահաս
տատ ԹագաւորուԹիս մեր. և մե
ծահանդէս հանդերձօք նշաք քրիս
առաջ այսպարատեան Թագաւորու
ԹեաՆ և ազգանազան գնաին: Եւ պա
ատեալք ի միմեանց՝ երկրպագուԹիւ
մատուցաք անմահ Հաղբայնն մերոյ
յիս քո. Եւ ողջունեալք զիմեանս
դարձաք ի վհայարան սբ Հաւաքե
ղեցի.

bito nos ipſos honore inuicem proſequuti, adorationem obtulimus noſtro immortali Regi Ieſu Chriſto. mox verò Eccleſiam ſanctorũ Apoſtolorum ingreſſi, ſacras ipſorum reliquias venerati ſumus, Chriſtum ſanctorum ſuorum glorificatorem benedicentes. *Tum poſt alia perplura, hæc ſequuntur:* Voluntate autem diuina, mediantibus Deigenitrice, ſanctis Apoſtolis, & omnibus Sanctis, Nos ſtrenuiſſimi Latini, & inſuperabiles Turcomanni, videlicet vterque Rex, vterque Pontifex, & vtraque Romanorum, & Armeniorũ Natio, in fraternam vnionem, concordiamque vnanimiter coniurauimus: hoc amicitiæ votum, ac fœdus inter nos ſempiternum corã gloriolo crucis Chriſti vexillo firmauimus; atque in fidẽ eiuſdem fœderis noſtri firmi, & indelebilis, hanc vtriuſque occidentalis, & orientalis Nationis Fraternitatem tremendo, ac pretioſiſſimo Ieſu Chriſti ſanguine conſcripſimus; quatenus fidem, amorem, & concordiã ita nobis ipſis inuicem debeamus, quemadmodum, & illi, qui frater noſter effectus eſt, Chriſto Deo; alterutros defendentes vſque ad mortem, & ſuper alterutros libentiſſimè morientes; alterutrorum amicorum exiſtentes amici, & inimicorum inimici: nullique ex duabus hiſce Nationibus audeant enſem aduerſus alterutrum ſtringere: quique hoc violabunt, gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Hoc autem fœdus, inter has duas initum Nationes, firmum vſque

Vnio inita ſtabilitur Religione.

Execratio-ni subijcitur quicũque ictum Cõcordiæ fœdus violauerit.

ad seculi consummationem permaneat. quicunque verò ab illo se subtraxerit, à Christiana sit sancta fide discissus, Cainique, Iudæ, & Christicidarum Sacerdotum maledictionem incurrat; dicant Angeli, & Homines, fiat, fiat. *Deinde hæc iterum habet*: Nos autem Siluester, supremus Romæ, & totius Mundi Pontifex, postquam vidimus, quòd ornatissimus filius noster Cõstantinus Imperator coronatum Armeniæ Regem Tiridatem, totamque Armeniorum Gentem, & Regionem pro viribus suis magnificauit, summisque affecit honoribus; & ipsi pariter animo lubentissimo inclinauimus ad honorem strenui Confessoris Iesu Christi, & Coëpiscopi nostri Gregorij amplificandum. *Et post alia subdit*: Vnde ipsum in nomine sanctissimæ Trinitatis benediximus, imponentes capiti eius venerando dexteram Diui Petri Apostoli, & sacrum linteum Iesu Christi; atque constituimus eũ, vnàque cum illo suos etiam Successores, summum Armeniorum omniũ Patriarcham. volumusque, vt in posterum Pontifex Armeniæ ordinet Patriarcham Georgianorum; & potestatem habeat alios instituẽdi Episcopos super illos Armenios, qui inter alias Christianorũ Nationes vbique dispersi reperiuntur: Tum quòd Albanensium Regio sub peculiaris Patriarchæ obedientiam redigatur, qui ex Albanensi Rege promotus, ab eodem Armeniorum Pontifice consecretur. Prætereà quãdo tres Patriarchæ, nimirùm Alexandrinus, Antio-

Papa, totius Mundi Põtifex vocatur,

Siluester Papa benedicit Gregorium Episcopũ, quem & Armeniæ consecrat Patriarcham,

Facultates, Patriarchis Armeniæ à Siluestro Papa concessæ.

63

66

67

ցին : առաջին հրեշտակը և մատեանը
եղեցի, եղեցի :] Եւ առա՛ւ ի միջի
Աղաւոյն դարձեալ ասէ. Ելո՛ւք ի հան
դէպ հրամանաց հզօրի մերոյ. Եւ ինք
նագլուխ պատասխան հատուսցեմ Մեղ
բեսատոս, և ամենայն աշխարհին. յորժամ
առնէն զարդու զա՛նակս նոր զկոստան
դեանոս կայսր. որ յա՛մ զօրու Թենէ
իւրմէ զօրացոյց և պատուեաց զպսա
կա՛ւորն հայոց մեծաց զարդաւ. և
փառա՛որեաց զաղգն հայոց և զա
խարհն. ոմն նման և նոյն հանդու
նակ ըստ այսմ սուրբն և էս յօժա
րեցայ ի պատուել զմեծ խոստովա
նօղն քի, զպահանջեցս նոր զէ՛ութ
րեոս :] Եւ յետ սակա՛ւ ասէ : Վ
րոյ օրհնեցաք զա՛ս սահա՛ղ անու
ամբ սբ երրորդու Թեն. դնելով ի վե
րայ արժանա՛ւոր գլխոյ զաթոռ սբոյն
Պետրոսի, և զվարշամակս քի : և ա
րարաք զա՛ս Պատրիարք հայոց մեծ ա
ղինէն, և զնա՛մ աԹոռաժառանգն սբ
բոյ Եկեղեցւոյն Եղեցին, առնելով ձեռ
նադրու Թի : Եւ հայոց հայրապետան
ձեռնադրեսցէ կաԹուղիկոսն զրաց ա
խարհին : Եւ ուր լինիցին հայ ազգ սիակ
ալք ի յընդհանուր ուխտարհս ի մէ
այլալեզու քրիստոնէից. իշխանու Թի
ունիցին հայոց Պատրիարքն ձեռնա
դրել նոցա կաԹուղիկոս : Եւ եւս ա
խարհս աղուանից եղիցին ընդ իշխա
նու Թ հայրապետին. և առաջնորդու
Թ աղուանից Թագա՛որին հայոց
պետն հայոց ձեռնադրեսցէ նոցա կա
Թուղիկոս : Է՛ւ պատրիարգունք ի
րէ՛ էրուսաղէմայ. անտիոքայ. և ա
ղէքսանդրեայ. յորժամ պատրիարգ
ձեռնադրեն. կամօք և ընտրու Թ հա
յոց հայրապետին լինիցին : Եւ որք նո
նացունք յաԹոռ պատրիարգու Թ

tiochenus, & Hieroſolymitanus nouum Patriarcham initiabunt, id fiat voluntate, & concurſu Pontificis Armeniæ; fideique profeſſionem, quã nouiter electus Patriarcha nobis ſignificare deberet, Pontifici Armeniorum ſignificet; illum etenim in Aſiæ media Regione illa noſtrũ Vicarium inſtituimus. *Poſt alia tandem his concludit idẽ S.Silueſter*: Quamobrem ex hoc ſublimi noſtro mandato poteſtas Pontifici Armeniorum tribuitur ligandi, atque ſoluendi in Cælo, & in Terra quemcunque iuxta Canones Apoſtolicos ipſe voluerit. ab eodem igitur Armeniorum Pontifice benedicti, ſint etiam à Chriſto Domino, à ſanctis Apoſtolis, cæteriſque Sanctis, & à Nobis ipſis benedicti: atque ab illo excommunicati, in eadem retineãtur excommunicatione, quouſque ad pœnitentiam cõuertantur.] Hactenus Armenicum diploma.

Idempapa vicem ſuã delegat Armeno Patriarchæ.

Virtute cuius ſæpè contra Græcos acriter contenderunt Armenij, quòd Eccleſiæ ſuæ Cathedra, & ſi ab Apoſtolis non immediatè fundata, omni tamen iure exiſtimanda fuerit Patriarchalis: eo quòd S. Gregorius primus fundator illius, qui à Leõtio ordinatus fuerat Epiſcopus, à Diuo poſteà Papa Silueſtro cõſecratus ſit Patriarcha, atque priuilegijs ampliſſimis locupletatus. quibus ſanè priuilegijs vti nõ omiſerunt Armenij adhuc poſt ſchiſma: nam ſummus eorũ Patriarcha plures ſub ſe Armenos Epiſcopos in alijs paſſim Regionibus frequenter inſtituit, tũ adhæc vſque

Armeni Patriarchæ adhuc poſt ſchiſma vtũtur facultatibus, à Papa ſibi cõceſſis.

tempora Albanenſium Patriarcham initiare ſolitus eſt; ac olim Patriarchã Giorgianorum, quo tempore hi cum Armenijs vniti fuerant, etiam ordinabat.

Nec prætereà mirum videatur, (ſuppoſita totius prædicti Armeni diplomatis veritate) quòd S. Silueſter vicariã Sedis Apoſtolicæ Præfecturam in Aſiatica Regione Armeno Patriarchæ committere voluerit; dũ Gregorius Papa I. Ioannem Epiſcopum, ſuum quoque Vicarium conſtituit in Illyrico; & Hormiſda * Papa Epiphanio Epiſcopo Cõſtantinopolitano vicem ſuam delegauit; ſimiliter & alij Romani Pontifices ſuũ Vicarium in Oriẽte habere conſueuerunt. (Quis ergo Armeniorum negare vnquam poterit Pontificis Romani Primatum, ac ſupremam eius Authoritatem in vniuerſam Eccleſiam? vtpote quæ ſibimetipſis vel in ſuis codicibus adeò manifeſtè innoteſcit, & à qua proprij ipſorum Patriarchæ authoritatem emanaſſe, ſponte ſua fatentur.)

Epiſt Gregor. Pap. I. lib. 4. Epiſt. 8.

* Tom. 1. Epiſt. decret. 77.

Tandem ſtrenuiſſimus Martyr, & ſeruus Dei Gregorius, poſtquam, tot perſecutionibus, & cruciatibus, pro fide Chriſti conſtantiſſimè toleratis, Armenios vniuerſos, & Albanenſes prædicatione, & prodigijs ab Idolatria ad verã amplexandam Religionem adduxerat; quibus & Epiſcopos dederat, & Sacerdotes, & Monachos: poſtquam, apertis vbique ſacrarum litterarum gymnaſijs, multiſque extructis Eccleſijs, ac Monaſterijs, Perſis, Aſſyrijs, Hunnis, & Medis

S. Gregorius Epiſc. Arm. migrat è vita in eremo.

Medis ad Christianam fidem adi-
74 tum patefecerat: postquam denique Armenam, ab ipsomet institutam, Ecclesiam annos 30. sanctissimè gubernauerat: vt spiritum suum silentio, & cælestis contemplationis dulcedine opportuniùs in solitudine recrearet, in secretiores Armeniæ montes secessit; vbi arctioris vitæ instituto, assiduo ieiunio, senioque confectus, obdormiuit in Domino supra montem Siepuh.

Eius obitus in Armeniorum Fratrum Ordinis Prædicatorum Breuiario his describitur verbis: *Beatus illuminator noster Gregorius, ab humanis oculis occultatus, asperam Eremitarum vitam per multos iam duxerat annos in recessu cuiusdam montis Daghanensis Prouinciæ; cuius transitus ad Christum sciri à Nemine potuit: nisi quòd Pastores nonnulli post aliquod tempus casu Corpus eius inuenientes, ibidem sepelierunt. Verùm tempore Zenonis Imperatoris apparuit Sanctus in somnis cuidam Eremitæ, eumque monuit, vt inde corpus ipsius abducens, in propinqua Ciuitate Tuordan sepeliret; quemadmodùm & ille continuò fecit. Sed posteà, cum Græcorum resciuisset hoc Imperator, iussit illud transferri ex eo loco Constantinopolim, quadam solummodò parte ibidem relicta.* Hæc in Armeno Breuiario. In hac verò sacrarum Reliquiarum apud Armenios relicta parte puto vtrumque fuisse lacertum, qui nunc auro, gemmisque pretiosis ornatus, pluris est apud eos, quàm omnes omnium

S. Gregorij cadauer casu inuenitur, & sepelitur à Pastoribus.

75

76

diui-

diuitiarum thelauri; & alter in Maioris Armeniæ Ciuitate Vagarſciabat, in Eccleſia Patriarchali, olim ſede eiuſdem Gregorij; alter verò Siſide in Cilicia, in Templo item Patriarchali ſanctæ Sophiæ, magna colitur Armeniorum frequentia, & deuotione.

77

Sed ex Reliquijs, primò delatis Conſtantinopolim, indeque poſteà in Italiam, Brachium, in Eccleſia Cathedrali Neritonenſi depoſitum, multis claret miraculis, præſertim in impetrandis à Domino pluuijs Ciuibus, qui propterea eundem Martyrem ſibi patronum elegerunt: Caput verò ſacroſanctum cum catenis, & fragmentis virgarum, quibus vir Dei pro Chriſto ligatus, & cæſus fuerat, religioſiſſimè aſſeruatur Neapoli in illuſtri quodam Cœnobio Monialium S. Benedicti, in quo Templum eſt antiquitate conſpicuum, ſacro eiuſdem beatiſſimi Patriarchæ nomini conſecratum, vulgo dictum, *ſanto Lighuor*, nomen corruptum ex Armeno vocabulo, Crichuor, quod interpretatur Gregorius. Huc ſolent interdum ad ſui Patriarchæ Caput venerandum, ex magna vſque Armenia accurrere Peregrini; quos & benignè ſuſcipere, & votis eorum plenè ſatisfacere, nunquam omiſerunt magnanimæ, ac pijſſimæ Moniales illæ: quarum profectò ſicuti præclari generis, animique nobilitas ſatis in ea eſt celebris Ciuitate; ita & per vniuerſam pariter Armeniam maximoperè celebratur ipſarum accurata in pretioſi illis Reliquijs excolendis, honorificèque tractandis, diligentia, pietas, religio immò & humanitas quoque in dictos Peregrinos Armenos.

78

79

Ciuſdē ſacræ reliquiæ primò Conſtantinopolim, deinde in Italiā trāſferuntur.

Caput S. Gregorij aſſeruatur Neapoli in Cœnobio Monialium S. Bened. quarū Pietas per vniuerſam Armeniā celebratur.

Meminit huius Diui Gregorij, Magnæ Armeniæ Epiſcopi, præter alia, Martyrologiū Romanū die 30.

աւուրն ի վերոյ յառաջեալ վանաւորս
կոյսանքն առնսախմբեն հանդիսապես
զուռնն նոր յատուկ երգիւք և աղօ-
թիւք: որպէս և ասեն և բովանդակ
քաղաքն Նեապօլիս. և քաղաքն Նէրն
տունացւոց: նակ հայք ասեն զինչուն
նորա երկոց անգամ յիւրաքանչիւր
ամի. նախ զնորա մուտն ի խորն վի-
ճակի. յորոյ միջն էիայ ամս. Ժդ: եր
կրորդ զելն ի վիճակէն: ի Հեռն որոյ
և նորա ելին ի խորին խաւարէն կա-
պաշտու-ԹԵ. և հասին ի լոյսն ուղղ-
դատաւ հաւատոյ: և երրորդ ասեն
հանդիսապէս, և ապահօք մերոյ Հայաս-
ԹԻ դիւա նշխարաց Սբոյն:

Հաստատք զայս ամ. վերոյիշ արարս
ցին հայոց սուտ ամբաստանանն հերձուա
ծողոց ոմանց. որք սիրելով զբաժա-
նու-մն նոցա ի հռոմայ սբ եկեղեցի-
ոյն. ոչ ամաչեն չար ամբաստանութ
հաւանեցու-ցանել հայոց ԹԻ գրանիք
ոչ ընդունին զՅԷ-րիգոր լուսաւո-
րիչ: վս որոյ բազում ի ժողովրդ-ն
նէ. մանաւանդ որք տգէտք և պար
զամիտք. հաւատալով բանից սրատա-
ԹԵց նոցա. զոյԹաղկին և հրաժարին
ի սիրոյն գրանիկաց: մինչ զի և մեք
բազում անգամ հարկաւորեցաք առ
նել վկայու-ԹԻ ի հայս. ԹԻ սբն Է- րի
գոր այնչափ պատու-ասիրեալ է և օր
հնաբանեալ ի գրանիկաց. որչափ և ի
հայոց խոկ. և ոչ պակաս:

Septembris: quo etiam die celebratur festum illius à prædictis sanctimonialibus, & ab Ecclesia Neritonensi solemniter duplex primæ Classis cum octaua, & Officio proprio; sed à Clero Neapolitano, die prima Octobris ad libitum duplex minus: ab Armenis autem singulis annis illius ter agitur Commemoratio; primùm eius Martyrij, & iniectionis in puteum, vbi quatuordecim delituerat annos: Secundò egressionis à puteo, cuius occasione & ipsi è profundis Idolatriæ tenebris egressi, ad fidei lumen peruenerant; Tertiò denique inuentionis Corporis eius, quam illi solemniùs, & præmisso quinque dierum ieiunio, celebrare solent.

Hæc vltima præcipuè dixerim, vt cunctis notum fiat Armenis, falsam omnino esse suorum Hæreticorum calumniam; qui vt eos ab obedientia Apostolicæ Sedis auertant, non cessant in vulgus iactare, nos Latinos sacrosanctum ipsorum Patriarcham Gregorium non recipere. quamobrem opus habui sæpissimè, plerosque ex incauta plebe, qui mecũ hac de re grauiter querebãtur, de calumniæ falsitate reddere certiores. Sed prosequamur seriẽ Patriarcharũ.

Calumnia Hæreticorum Arm. in Ecclesiã Latinam.

EX ARMENA

Historia:

Caput III.

II. Aristarces succedit Gregorio in Patriarchatu Ar.

DOmnus Aristarces, filius eiusdem sancti Gregorij, Sedit annos 7. Hic à nefario quodam Principe, quem diuino zelo redarguerat, interfectus est.

ANNOTATIO.

ARistarcem *, sub nomine Arostanis, fuisse D. Gregorij filium, eique in Armena Cathedra immediatè successisse, legimus etiã, in vita eiusdem S. Gregorij apud Surium; vbi hæc insuper de illo habentur: *Arostanes autem vitam solitariam, & cui cum nullo intercedit congressio, ab ipso lacte, & adhuc planè infans elegit. nam & vnica indutus tunica dicebatur versari in solitudine, cum algore, & calore decertans, & solis vesci oleribus: nocturnas autem stationes, & vigilias, & diurnas precationes, & cum diuinis scripturis familiaritatem ab ineunte ætate ei coaluisse.*

* Nomen huius corruptum in Latinis libris reperitur Arostanes, vel Aristæus.

Sur. tom. 5. die 30. sept. c. 38.

Eundem Baronius Magnum appellat, & Nicæno Concilio interfuisse tradit, & gloriantur quidem Armenij. Porrò si Gregorius obijt, vt omnes Historici Armeni fatentur, multò post Nicænum Concilium: quì potuit eius Successor Arostanes ad Synodum illam accedere? Hac fortasse difficultate victus Nicephorus,

Baron. t. 3. an. 325.

Niceph. lib 8. c. 14.

Տէր ՌՀ-ըսաւակէս. որդի սբբոյն ՀՂ-ինդորի լուսաւորչին. ասս. Է: Լաւ ոգւոյնաւ յիշխանէ ուսեցեալ զսանդխմանելոցն ի նմանէ:

ՍԵՒԿԻՈՒՍԻՆ

Վասդ ասելոյն.

Ի պատմագրութիւն Մովսիսի. որ է գրաւանկայց պատմիչ. ի հինգ գեսդից հաւաստի գտանի եւ աստուածալ ՀԲՒ ՌՀ-ըսաւակէսն որդի էր սբբոյն ՀՂ-ինդորի. եւ յետ սորա անմիջապէս նստաւել յաթոռն հայոց: զի անդի գրուխանութիւն ՌՀ-ըսաւակէսին այս պէս գրեալ եղեւ. ՄՈՒԽ ՌՀ-ըսաւակէսինն է. ի մանկութենէն իւրմէ ընտրեաց կենաց զՔրիստոս Յիսուս. ընդ որ զի միով սրտիւ զգեցեալ, ընակէր յաննպատոյ, ընդ պաղուցն եւ տաքութիւն պատեպատմելով. եւ միայն բան ձարս ուսեալով. նոյն հանապազ ի տուէ եւ ի գիշերի կայր յաղօթս, եւ ի պահս եւ յաշխատութիւնս զրոյց ընթերցուածս:]

Զայլ եւ Բարսղիոս պատմիչն ի կեսդրոյ հաւատոյն պատմագրութիւն իւրոյ յոյժ գովէ զնոյն ՌՀ-ըսաւակէս. եւ ան ուանէ զնա՝ զմիմն ՌՀ-ըսաւակէս ա սելով. Թէ Լաւ ասի եղեւ յետոյ հարսնութեան եւ ուր սբ հարցն նիկիոյ ժողովոյն:] Իսկ ՆԵՒ սբն ՀՂ-ինդորի լուսաւորչէն պոռնկացաւ յաստուն կինսացս յետ նիկիոյ ժողովոյն, որպէս եւ ասեն հայք. զինադր կարէր նորա հետեւօղն

rus, asserit, Gregorium ipsum, & non eius filium Arostanem, sacro illi Cœtui præsto fuisse. Sed falsum omnino est, & iurè ægrefertur à Baronio; qui tamen eam affert rationem, quæ quidem Armenijs arridere nequaquam potest; inquit enim: *Manifesti erroris arguitur Nicephorus, cum ait, interfuisse Nicenæ Synodo huius*, hoc est Arostanis, *Prædecessorem Gregorium, quem longè ante constat esse defunctum*. Nam si idem Gregorius in Armeno vixit Patriarchatu annos 30. vt legimus in omnibus Armenis scripturis; sed esto, solùm 20. vel etiam 15. saltem annos in eo vixerit; sique, vt ipse refert Baronius, initiatus fuit Episcopus Armeniæ anno Domini 311. certè defunctus esse non poterat ante Nicænum, quod anno *Salutis* 325. celebratum est.

Baron. in Annotat. Martyrol. die 30. Septemb. & in Annal. an. 325.

Idem. t. 3. an. 311.

Cessat verò omnis difficultatis occasio, si Armenæ traditionis ratio habeatur. aiunt enim, S. Gregorium, diuinæ contemplationis, & silentij amore illectum, ad altissimos Armeniæ montes secessisse; vtque ibi optata potiretur solitudine, Arostanem Episcopum consecrasse, & in sede Patriarchatus Coadiutorem adhibuisse, quem posteà ad Nicænam synodum opportuno misisse tempore. Id quod & Metaphrastes hisce verbis insinuat: *Rex Tiridates sacrosanctum per Nuncios obsecrat Gregorium, simul cum Populo, vt sui veluti quandam imaginem, & exemplar archetypum, Arostanem eis relinqueret, & eum in Sedem proueheret,*

Metaphr. apud Sur. loc. cit. cap. 38.

& ei Pontificalem traderet rectionem. ille autem non leuiter, & temerè hoc facit; sed quoniam sciebat, omnem virtutem plantaiam in anima illius, citò sacras illi manus imponit: cumque eum consecrasset, & vniuersam circumcirca Regionem cum eo obiuisset; in eam, quam iam olim parturierat, reuertitur solitudinem. Et inferiùs addit: *Accessit etiam*, ad Nicænum nempe Concilium, *Armeniæ Episcopus Aroslanes; cum Imperator Constantinus eum accersisset; qui ipse quoque fuit pars sacri Cœtus; & cum, quæ communi sententia fuerant scripta, dogmata accepisset, reuersus est in suam Ciuitatem, iucundissimè, & lubentissimè visus à suis post peregrinationem; religiosumque Regem Tiridatem, & omnem Armeniorum Regionem gaudio impleuit propter dogmatum consensionem.*

Ibidem, cap. 39.

Aristarces Arm. Patriarcha, interfuit Nicæno Concilio.

Quibus in verbis diligenter aduertendum est, quòd, & si referat Metaphrastes, Aroslanem, qui ad Nicænam iam venerat synodum, ab Imperatore accersitum venisse; (quod ansam fortè præbuit Aliquibus inferendi, viuum tunc non fuisse Gregorium; alioquin ipse, & non eius fuisset filius accersitus:) id tamen non est intelligendum personaliter, ac nominatim; sed illo loquendi modo vius est Metaphrastes, eo quòd ex accersitu Constantini, quo Armeniæ Patriarcham ad Synodum aduocabat, Aroslanes, qui tunc vicem illius gerebat, de facto accesserit. quòd autem nominatim non Aroslanes quidem, sed Gregorius ipse

ipſe fuerit à Cõſtantino vocatus, tra-
ditur communiter ab Armenis ſcri-
ptoribus, & præcipuè ab eorum Pa-
triarcha Ghelaienſi, cuius verba ſunt
hæc: *Ad Nicænum Concilium Grego-*
rius vocatus fuit, ad quod tamen ipſe,
ne amplius afficeretur honoribus, acce-
dere recuſauit; miſit autem loco ſui
filium ſuum Ariſtarcem.

Nierſes Ghelaien. Arm. Patr. in hiſtorico Carmine de Regibus Ar.

Cæterùm, quod attinet ad obitum Aroſtanis, aliàs Ariſtarcis, à nefario quodam Principe, quem diuino ille zelo redarguerat, interfecti, vt ſuprà in Armena hiſtoria dictum eſt; ſic eum memorat Pater Grauina: *Dein-*
de Aroſtanes, S. Gregorij filius, *gloria-*
ſo etiam fine curſum peregrinationis
huius vitæ confecit. nam, vt narrat
Sozomenus, ſub Iuliano Apoſtata mul-
ta paſſus pro Chriſto, & à Sapore Re-
ge Perſarum per inſidias captus, inclyta
morte interijt. Sed non video, quomodò hæc verè dici poſſint de Aroſtane Armeniæ Epiſcopo, (de quo fatur ibi Grauina) cuius obitus annos circiter triginta Imperium Iuliani præceſſit: nec Sozomenum inuenio, niſi talia ſolùm de Arſatio Armeniæ Rege, locutum eſſe. quare indubitanter puto, R. Patrẽ Grauinam (pace dixerim tanti Doctoris) per æquiuocationem nominis ea de Epiſcopo Aroſtane, ſeu Ariſtarce dixiſſe, quæ dicenda erant de Arſace, ſeu Arſatio, Armeniæ maioris Rege, qui vixit tempore Iuliani: præſertim cum ipſe de obitu Aroſtanis eadem vſurpauerit verba, quæ Baronius in hiſtoria Tiridatis, & Gregorij protulit de obitu eiuſdem Arſacis, in-

Grau. in lib. ſuprà cit. par. 1 cap. 8.

Sozom. lib. 6. c. 1.

Baron. t. 3. an. 311.

Baron. t. 3. an. 311.

quiens: *Sic igitur Eccleſia in maiori Armenia, facto iam Rege Chriſtiano, magnoperè eſt illuſtrata, propagataque Religio Chriſtiana ad eiuſdem, ſcilicet Regis, ſucceſſorem Arſacem; qui à Iuliano Apoſtata Chriſtianitatis cauſa (quod narrat Sozomenus) dirè exagitatus, demum à Sapore Rege Perſarum per inſidias captus, multa paſſus interiit.* Sed de hoc Arſace Rege infrà dicturi ſumus. Præſenti verò tempore Conſtantini, Rex erat minoris Armeniæ alter Arſaces, qui tributũ eidem Conſtantino Imperatori pendebat, à quo tamen eum abſoluit, ſic reſcribẽs ad Probianum *: *Præter priuatas res noſtras, & Eccleſias catholicas, & domum clari ſſimæ memoriæ Euſebii ex Conſule, & ex Magiſtro Equitum, & Peditum, & Arſacis Regis Armeniorum, nemo ex noſtra iuſſione præcipuis emolumentis familiaris iuuetur ſubſtantiæ. &c*

Sozomen. loc. cit & etiam Ammian°, lib. 27. & lib. 30.

*L. 1. de annon. & tribut. Cod. Theodoſ.

Ի 13

կրօնքին արար բազմաչխատութիւն ա-
նուանին. շինելով ընդ անուանն
Ռ-ըսաւակէսի զանուն հաշակայ
զորմէ սկզբանէն և մինչ ցառելոյ եմք
յեաղ՝ և աւելի ևս. Իսկ ասէ՝ ի յա-
ռաջնոյ ժամանակս մեծ-ին Լրուսան
դեհանոսն, և նիկիոյ ժողովոյն՝ տեսեալ
՝ի վերայ փոքրին հայոց միւս հաշակ
Թագաւոր. որ հարկս տայր Լրուսան
դեհանոսի կայսեր: Թեպետ և յեաղ
նոյն Լրուսանդեհանոս արձակեաց զնա
՝ի տալոյ. և դրեաց զԹուղթ առ Պրո-
բեհանոս որ հոգայր՝ ի հայս յաղագս այ-
սպեսի սրինն. հրամայելով նմա. մի
պահանջել այնու հետև զհարս զոյն
՝ի յարքայէն հայոց հաշակայ:

EX ARMENA

Hiſtoria.

Caput IV.

III. DOmnus Verthanes, annos 15.

ANNOTATIO.

Հետեւեալ

Հայոց Պատմութենէն.

Գլուխ. դ.

Տէր Վրթանէս. ամս հնգետասան

Մեկնութիւն

Վարդապետին:

VErthanes fuit alter Diui Gregorij filius, natuque maior; cuius meminit etiam Metaphraſtes, dicens: *Duo filij ex Gregorio, & legitima Coniuge in flore illius iuuentutis nati fuere; quorum vni quidem nomen erat Verthanes, Secundo autem Aroſianes, amboamici, & cuſtodes pietatis.* Is ergo ducta vxore, atque

Ա

Մետաֆր. apud Sur. loc. cit. cap. 38.

Ղնդ առաջ Վրթանէս՝ ամենաքաջն
եղբայրք Ռ-ըստակէսի. որպէս
ճառէ գնոմանէ Մետաֆրաստես ասե-
լով: Երկու որդիք ծնան՝ ի Գ-րիգո-
րէ՝ ի ժամանակին մանկութեան նոցին
և՝ ի հարազատ կնոջէ նորին. որոց մին
ամենաքաջն՝ Վրթանէս անուն ունէր
և միւսն Ռ-ըստակէս. երկոքեանն բա-
րեկամք և պահապանք առաքինու-

[Ի֊ Ը֊]

ԶԵ.] աշխ՝ վիճանէս գոլով ամուս նացեալ. ծնաւ զերիս որդիս. զՅու սեփն, և զԳրիգորիս. զորոյն առաս յաւքս յետոյ: և ձեռնադրեցաւն քա հանայ սինչ դեռ կենդանի էր սբն Գրիգոր հայր նորա: ապա յետ փոխ ման նորա Գրիգորի և եղբօրն Գր ոս առաքէսի՝ նստաւ յաթոռն նոցին և եղև յոյժ խոհեմ, սուրբ, և առաքինի հո վիւ: Ի նմին ամսս վաղճանեցաւ բարեպաշտ արքայն Մեծաց. զկնի որոյ Խոսրով որդին նո բայ՝ամբարիշտ Թգբ, և անխնայն բա րի հօրն իւրեանց, որ և յետ սակաւ ինչ մեռեալ՝ էթող ի յաթոռն իւր Ժառանգ զՄիհրդատ որդի:

F 2

atque duobus ex ea liberis procreatis, videlicet Heſychio, & Gregorio, de quibus infrà, Presbiter ordinatus fuit, viuentibus eius Patre Gregorio, & Fratre Aroſtane: poſt quorum mortem Patriarchatũ obtinuit, atque in eo regendo maximum prudentiæ, ſanctitatis, & innocentiæ ſpecimem dedit. Hoc tempore, defuncto Rege Tiridate, præficitur Armeno Regno filius eius Choſroës II. improbus ſanè Rex, qui, relicto Regni, ac ſuæ iniquitatis hærede Dirano filio, citò vitam finiuit.

Choſroës II. Rex Armeniæ.

ԹԳ. ՈՒ-ԶԵ և ամբաշխաւ-ՔԷն ևս-ոյ

ՀԱՅՈՑ

Հայոց Պատմութիւն:

Գ-լուխ. Է.

Տէր Յուսիկ, և Մոկս Գ-բնդ բնս. Թոռունք սբոյն Գ-բնդ բն. ամս. ջ: Զսամ բռանձն ածաբեալ արքայն Մեծաց՝ յաղագս ոչ Թողլոյ մուծանել զպատկերս կռոց յեկեղեցի. և վախճանի՝ ի ձեռաց նորա: նախ՝ սուրբն Գ-բնդրիս՝ առաքեալ կաթուղիկոս աղուանից. անդ կատարեցաւ նահատակութիւն:

F 1

EX ARMENA

Hiſtoria.

Caput V.

DOmnus Heſychius, & Domnus Gregorius, nepotes S. Gregorij, annos 6.. Heſychius cum Idolorum ſimulacra in Eccleſia permittere noluiſſet, fuit à Dirano Rege in exilium pulſus, ac demum iuſſu eiuſdem interemptus. Beatus verò Gregorius, miſſus Patriarcha in Albanenſem Prouinciam, ibi martyrio pariter coronatus eſt.

IV.

Diranus Rex Armeniæ.

ՄԵԿՆՈՒԹԻՒՆ

Վարդապետին:

Ղուանենցիքն՝ են ազգ մի հայոց. որ բնակէ ի հիւսիսային կողմն մեծ ին հայաստանեաց, մօտ կասբից ծովուն: Սոցա, ըստ պատմու

F 2

ANNOTATIO.

ALbanenſes, Populi ſunt in ea parte maioris Armeniæ, quæ ad Caſpium vergit. His Bartholomæus Apoſtolus, teſte Baronio, antea

Baron. an. 44.

prædicauerat; ad quos iam Domnus Gregorius, peculiaris Patriarcha, ex Armenia prin ò deſtinatur: (id quod Armenijs traditur præcepiſſe S. Silueſter Papa, cuius verba in fœdere vnionis ſupra relato extant) qui quidem Patriarcha in Albania vſque ad huc in Succeſſoribus durat, ac etiam Armenus eſt. Heſychius autem ſupremus totius Armeniæ Patriarcha conſtitutus, poſtquam ſedit annos ſex in Cathedra S. Gregorij, cuius ſucceſſio hìc ſolùm deſcribitur, ab impio Rege Dirano, eo quòd Idola quædam confregiſſet, in exilio vitâ priuatur. ipſe porrò Diranus non multò poſt debita ſuæ impietati animaduerſione plexus eſt: nam cæcus effectus, impatiẽter, ac miſerabiliter ſibi mortem conſciuit; eique ſucceſſit Arſaces eius filius, de quo iam ſuprà fecimus mentionem.

Heſychius Patriarcha iuſſu Diranì Regis occiſus.

Arſaces Rex Armeniæ.

ՔԲ բարձեալ , նախ քարոզեաց
գոհ եւ աւրհնեալն ՈՔ աշխարհին Բա-
Թուղիմեաց . եւ ապա ելիր գրել
զ-ընդորինն առաքեալ եղեւ անդ յա-
ռուկ պատուիրեալ . ըստ որում հայ
բաւ են Թէ հրամայեաց հայոյն սրբա-
զան պապն Սեղբեստրոս ՚ի Թուղին
դաշանց . եւ նոյն պատուիրեալքն հայ
անդ ՚ի յաԹոռաժառանգն եւ մինչ
եւ ՚ի ժամանակս այս . Բայց առ
Յուսիկն՝ եղեալ կԹա ամ հայոց .
յետ նստելոյ սմա վեց յաԹոռն սրբոյ
Լուսաւորչին . նախ աքսորեալ , և
յետոյ սպանեալ եղեւ յանօրէնս սրբա-
յէն Մերուժայ, վն խորտակելոյ զկուռ
պատկերս ոմանս . Ժառանգն նորին չար-
չար ազգայն՝ պահանջեալ յոչ զվրէժ
անօրէնութէն եւրոյ . և եղեալ յա-
չգին կոյր. յուսահատութ Ք ինքն զինքն
ըսպան . և յաԹոռն նորա նստաւ ազ-
գակ որդի եւրեան .

ՀԱՅՈՑ

Պատմութիւն.

Գլուխ. ՃԻ.

Տէր վիճակեցաւ, ոչ սահմանեալ. այլ այլոց ոմն՝ ի գահ՝ առնէր Մուշեղունոյ՝ ի գեղջէ աշտիշատայ. առն. Ե- ՃԻ
ւոիէր Նշխոյս, որդի Հաթանակինէ, Թոռն Յուսիկան, Թոռին սրբոյն Գրիգորի դրբ. առն. ՃԲ. Սա վախճանի՝ ի ձեռն անէծ սրբոյն Պատուոյ յաղագս յանդգնանեալոյ՝ ի նմանէ. դեղ մահու սրբոյ ցեալնման.

ANNOTATIO

Historia.

Caput VI.

DOmnus Parnierſeh, non quidem Bahlau, ſed alius quidam ex Oppido Aſcdiſciad Prouinciæ Darunenſis, annos 5. V.

Dominus Nierſes, filius Athenogenis, & nepos Heſychij, nepotis S. Gregorij, annos 34. Hic Pabæ Regis iniquitati aduerſatus, ab eodem veneno interfectus, oppetijt. VI.

ՄԵԿՆՈՒԹԻՒՆ

Վարդապետին.

Սա էր մեծն Նշխոյս. ցեղէ ալ՝ ի զաւմէ սրբոյ Լուսաւորչին. և մեծն իրաւ՝ արար կոչիլ. վասն զի լրումբ՝ ամ՝ ընդհատ մեծ-արքայ եղև ի յոյն. և ծաղկեցաւ՝ ի մէջ աշխարհին հայոց առաքինութիւբ մեծաւ՝ ։ Սա սպառնալիօք և սաստիւբ յանդիմանեաց չարապարծութեան՝ արքային՝ և Պատուոյ հայոց սրբոյն ։ առանձնացաւ ի վանսն՝ զորով եբբեմն սաստող բա նեի՝ կշտամբեալ՝ ի նմանէ վասն հնդմանն անպատուս արեանն՝ զոր ինքն սպանեալ էր. ապաթեաց զհայրապետեան Նշխոյս՝ ի կղզին ու-յորում հանգուցեալ էին, Թէ ծովեայ ինչ ինչ անգնահատ սպանելապարտ բերեալ էր նմա Աստուած՝ ի կերակուր. և ի ծագաւոտ կղզոյն բղխեալ էր նոր հասակ ջուրն առ՝ ի չհոգուցանել զծարաւն՝ նոցա ։ Ետուն ժամ՝ կեցոյ վասն այսր սրբոյ՝ սպասաւորասեալ էզև յոյն ըստ սրբոյն. զի կալցի՝ ի

Ca-

Nierſes Magnus, ſanctiſſimus Patriarcha.

Idé ab Arſace proijcitur in exilium.

captus à Sapore Persarum Rege, & multa passus, miserrimam mortem obiuit. & hæc dixerim ex Armenis historijs. 4

Verùm enimuerò, etsi de Arsace Rege suo improba, quantum ad mores attinet, referunt Armenij: illum tamen Latini scriptores maximoperè laudant, tum quòd Christianæ Religionis gratia sub Iuliano Apostata, & Sapore Rege Persarum diriſſima passus sit; tum etiam quòd Romanis semper fidelissimus fuerit, adeòque societate coniunctus, vt Constantius Imperator coniugem ei copulare voluerit Olympiada, sponsam fratris sui Constantis; quod Ammianus, sic loquutus, enarrat: *Constantius in Cappadocia degens, accitum Arsacem Armeniæ Regem, summaque liberalitate susceptum, præmonebat, & hortabatur, vt nobis amicus esse perseueraret, & fidus; (audiebat enim, sæpius eum tentatum à Rege Persarum fallacijs, & minis, & dolis, vt, Romanorum societate posthabita, suis rationibus iungeretur) qui crebrò adiurans, animam priùs posse amittere, quàm sententiam, muneratus cum Comitibus, quos duxerat, redijt ad Regnum, nihil ausus temerare posteà promissorum, obligatus gratiarum multiplici nexu Constantio; inter quas illud potiùs excellebat, quòd Olympiada Ablabij filiam, præfecti quondam Prætorio, ei copulauerat coniugem, sponsam fratris sui Constantis.* 5 6

Arsaces x Arme , Ro- norum cus fi- lissimus

mmia- , lib.

Rex niæ, iam tatij r. ac- con- .

Ասպհոյ արքայն պարսից. և յոյժ չարչարեալ. մեռաւ Թշուառականն մահուամբ. եսկ զայս ասեմք ըստ պատմուԹեան հայոց.

Բայց Թեպէտ հայոց պատմիչքն պարսաւանօք չարախօսեն զարբայէն նենգանց ազգակոյ՝ յաղագս անեղութեան գործոցն նորին. սակայն պատմիչքն գրանկոց յոյժ գովաբանեն զնոյն ազգ շահն վս պատճառեն հաւատոյ. քանզի զյաղագս անուանն քրիստոնէից էր զհալածումն ունէր, և զչարչարանս յոլովս՝ ի նմանէ Յուլիանոսի ուրացող Թգրի. և չասկոյ անհաւատ արքայն պարսից. և առաքել զնմա յոյժ էղեւ հաւատարիմ և սիրելի բարեկամ հռովմայեցւոց. մինչ զի Լիոստանդեոս կայսր առաքեաց զնմա զԱլիմպիադա դուստր Աբլաբեայ՝ որ յառաջ հարսնացեալ էր ընդ Լիոստանդեոսի եղբօրն նոյն Լիոստանդեոսի և պատուի ազգի ի գերդն. ի. այսպիսի բանիւք Լիոստանդեոս կայսր առաքեաց և կոչեաց առ ինքն ի՛ Կապադովկեա զարբայն հայոց ազգակ. և ընկալեալ զնմա մեծաւ պատուով. յորդորեաց ճար հաստատ ի բարեկամուԹիւն հռովմայեցւոց. քանզի լուեալ էր. Թէ պարսից Թգրն բազում անգամ փորձեալ էր ի ձեռն խաբէուԹեաց և ոսոխանալեաց քարշել զնմա առ նա՛ ի հրաժարիլ ի բարեկամուԹենէն հռովմայեցւոց. եսկ ազգակ պատասխանեալ երդմամբ. Թէ առաքել կամեր առնել զկորուստ անձինն իւրոյ. քան Թէ փոփոխել զառաքինադոյն դիտաւորուԹիւն. վս սոյն պարգեւս առեալ ի կայսերէն, դարձաւ հայրենեացն իւրում ի ԹագաւորուԹիւն. ոչ յանդգնեալ այնուհետև պակաս լինել ի խոստմանցն. զի բազում կապս ազգակցուԹեան կապեալ էր ընդ Լիոստանդեոսի. մանաւանդ զի Լիա ամուսնացոյց

At խը ցնալ

ցնալ էր ինձ ընդ Օրինակատայ, որ էր դուստր մեծի սպարապետին Աբլաբեայ, և եղեալ էր հարսն Կրաստանդեայ եղբօրն նորա։]

Իսկ արդ արդեւս արբայն Աղշակ ընկալեալ էր զբազում պարգեւս և բազում պատուոյ ի Կրաստանդեայէ կայսրէ. այսպէս և յետոյ անպակաս եղեւ և հաւատեալ ի Յուլիանոսէ ուրացողէն, որ հետեւեցաւ Թագրու Թէն Կրաստանդեայն։ զոր ասեմ ի վերոյ գրեալ Սօզոմենոս, ասելով ի գիրքն. Զ. ի գլուխն. ԻԲ. այսպէս։ Յուլիանոս գրեաց ինքն ինքեան առ Աղշակ հայոց Թագր, և բազում հռոմայեցւոց. զի հանդերձ զօրօք նորովք եկեսցէ տալ օգնութիւն ինքեան։ և ի Թուղթն այնմիկ ոչ սակաւ ցնծայր հպարտութեամբ փառաւորել և բարձրացուցանել զանձն նորա. ասելով. զոլ զինքն յոյժ յարմար ի կառավարութիւն Թագրու Թէ և բարեկամ ածոցն նորոցնայ և բազում սպառնալիօք և պարսաւանօք չարախօսէր ի վերայ նոյն Աղշակ հայոց։ և քանզի լուեալ էր զնմա զոլ զբաւ տառնեայ. վճռ ածեցուցանել զպարսաւանս ի վերայ նորին. քանզի ինքն ամբարտաւանութեամբ ուրացեալ ի հաւատոյ քրիստոնէից յոյժ ի դէմ էին։ և գրեաց առ Աղշակն. զի եթէ ոչ կատարէր զհրամանս նորա. ածցէ պատերազմ ի յինքեանէ՝ ոչ լինելոց էր օգնական նմա։] Մինչ և գայր Սօզոմենոս։

Աղշակ յաղագս մահուան նորին Աղշակայ. որ եղեւ խաբէութեամբ կալեալ և չարչարեալ ի պարսից Շապհոյ. այս պէս ասէ Ամմիանոս ի գիրքն. Ի. Աղշն ծերացեալ Շապուհ արբայն պարսից. որ ի սկզբանէ Մաքսիմոսէ Թագրու Թէն նենգեան զինքն ի յափշտակութիւնս ախտաժեալ էր. յետ սատակմանն ուրացօղ Յուլիանոսի. և յետ արարողութեան Թէն ամենայնի խաղաղութեան, երկ

խն. էրայ

ԶԷ At verò quantum honoris, & beneficij apud Conſtantium Imperatorem aſſecutus Arſaces fuerat, tantundem poſteà deſpectus, & vexationis illatum ei fuit à Iuliano Apoſtata, ſucceſſore Conſtantij; ſi Sozomeno credimus: *Porrò*, ait ille, *litteras ad Arſacem Regem Armeniæ, & Romanorum ſocium ſcripſit* Iulianus, *vt in hac expeditione ſubſidio ſibi veniret; quibus quidem in litteris de ſe extra modum gloriosè prædicare, ſe vt valde ad imperium gerendum idoneum inſolenter extollere, & vt amicum illis, quos ipſe pro Dijs habuit, arroganter efferre, ipſi denique Arſaci verbis admodùm contumelioſis minitari, non veritus eſt; & quoniam eum Chriſtianum eſſe acceperat; quò ſuam in eum augeret contumeliam, etiam nefandas in Chriſtum blaſphemias loqui, cum ſuperba quadam iactatione contendit: cui etiam ſignificauit, Deum, quem coleret, nequaquam eum defenſurum, ſi imperata negligeret.* Hæc Sozomenus. Sozom. lib. 6. c. 1.

ԸԸ De miſerando autem eiuſdem Arſacis obitu, qui dolo pacis captus à Sapore, extrema pati coactus fuit, hæc alia proſequitur Ammianus: *Rex vero Perſidis longæuus ille Sapor, & ab ipſis imperitandi exordijs dulcedini rapinarum addictus, poſt Imperatoris Iuliani exceſſum, & pudendæ pacis icta fœdera, cum ſuis paulìſper nobis viſus amicus, calcata fide ſub Iouiniano pactorum, iniectabat Armeniæ manum, vt eam, velut* Idem Rex Arſaces Chriſtianitatis causâ vexatur à Iuliano Apoſtata. Ammianus, lib. 27.

placitorum abolita firmitate, ditioni iungeret ſuæ. Et primò per artes fallendo diuerſas, Nationem omnem renitentem diſpendijs leuibus afflictabat, ſolicitans quoſdam Optimatum, & Satrapas; alios excurſibus occupans improuiſis. Deinde per exquiſitas, periurijſque mixtas illecebras captum Regem ipſum Arſacem, adhibitumque in conuiuium, iuſſit ad latentem trahi poſticam; cum, effoſſis oculis, vinctum catenis argenteis (quod apud eos honoratis vanum ſuppliciorum æſtimatur eſſe ſolatium) exterminauit ad Caſtellum Agabana nomine, vbi diſcruciatus cecidit ferro pœnali.

Sed quis non inſuper admiretur firmiſſimam Armeniorum conſtantiam in cruciatibus ſtrenuè toleratis pro Chriſto ſub hoc Rege Perſarum? haud enim Regem Arſacem ſolùm, ſed & innumerabiles ex Armenia Chriſtianos pro fide Chriſti diriſſimè excruciauit, & neci tradidit Sapor diuerſis temporibus. Legatur Armenicum Giarrentir, quod pluribus hoc teſtatur in locis, & præcipuè in Narratione 46. vbi ſic habetur: *Anno trigeſimo ſecundo Regni Saporis, exijt aduerſus Chriſtianos crudele eiuſdem Perſarum Regis Edictum; quo iam gladius diſtrictus erat, vt quemlibet, qui ſe Chriſtianum diceret, obtruncaret; iam Acuentes mucrones defatigati fuerant, delaſſataque brachia Trucidantium; nec propterea à veritatis vnquam defecit confeſſio; neque, vti in animum ſibi Tyrannus induxerat, ita factum eſt. pro certo planè exiſtimabat, centum dun-*

Sapor Rex Perſarũ, catum Arſac em Re gem Arm. diriſſimè cruciat, & perimit.

Giarrentir Arm. hoc eſt, liber Narrationũ, in Narrat. 46.

Եւ ընդ ամենայն ազգս Հայոց ի ներքս ի Վրաստան, եւ ի Կողբս, եւ ի Սամսոնս, եւ ի Տարաւն, եւ ի Մոկս, եւ ի Վասպուրական, եւ ի Գողթն, եւ ի Տուրուբերան, եւ ի Կորդուք, եւ ի Մոկաց գաւառս, եւ ի Վանանդ, եւ ի Բասենս, եւ ի Տայս, եւ ի Կոգովիտ, եւ ի Տարոն, եւ ի Մանազկերտ, եւ ի Խոյթ, եւ ի Սպերկունի

ան ձրագ սպանանիցէ, առնիցէ կա-
տարումն սրեանն. մեռանն հազարք
հազարաց. և դեռ սկիզբն էր։] Եւ
բանիցս այսոցիկ համաձայնին եւ ա-
ռաքելոյն Կրասիոդորի. որ՝ ի պատմու-
ձին նորա՝ ի գիրքն. Գ. այս
պէս ասէ. Հաղորդ՝ ի հետեւեալ ամի. ՚ի
յաւուրն յորում լինէր յիշատակ ըն-
ծայման քո, և սպասեաց ամէն յա-
րուԹէ, եկ ընդ ամ երկիր պարսից ա-
նողորմ հրամանն շատոհոյ սրբոյն. որ
ի-աստուածարուէր՝ ի մահ զամենայնսն որ դաւ-
անէր զհաւատն քո։ յորում ժամանա-
կի անԹիւ բազմուԹիւն քրիստոնէից
սրով սպանանէին։]

Ետուն յետ Հաղորդ սրբոյն հա-
յոց՝ հետեւեցաւ Պասք որդի նորա. որ
և ինքն ըստ նմանուԹեան հօրն եղև
հալածող Քրիստ. եւ ըստ որում գրէ
Նէորէս կրօնէին՝ ի նահանջեաց վիճա-
կաւորն նոր. մինչ դեռ այս Պասք
սրբոյ՝ պահանջեալ զվրէժ հօրն նորա
ան, խառնի առնէր ընդ շապուհ
սերձ՝ ի Նպատ լերինն. մեծ և նոր հայ
բանակաւ Նէորսէս ել՝ ի վէմ նոյն լերինն,
որպէս մուսէ Հօրմէս, աղաչէր զնա մ-
յաղթուԹիւ հայոց. և մինչ՝ ի վերկոյս
առաւօտ եալ ուներ զձեռն. զօրէն հա-
յոց յաղթօղ լինէին. և յորժամ խոնարհ
հնէր գլուխ՝ ի վարկոյս. զօրանային
զօրէն պարսից. խոկ՝ ապա մ ի նոյն
Պասքն օր ըստ օրէ յահ էլանայր՝ ի չո-
րուԹենն. և ոչ կարէր հաւէրել զհայ
բանակն խրատուն հոգեւորականին նորոյ.
խորհեցաւ սպանել զնա. ուստի և
մահու դէմն արբուցեալ նմին. էհան
՚ի կենացս առանց զօրբազան կամու-
ղինկոսն Նէորսէս. ոչ դարձեալ յայնքան
սրբասիրեղծ հայրապետանալ Թնդէն.
զորոյ մահն յորժամ լուաւ մեծն Թէ-

dunt axat homines occidendo, ſe finem vltro ſanguinem effundendi facturum; verumtamen millium millibus iam mortem attulerat, & adhuc in principio erat. Quibus etiam verbis concordant illa, quæ Caſſiodorus ex Sozomeno refert in hiſtoria tripartita, dicens: *Sequenti verò anno, die quo paſſionis Chriſti memoria celebrabatur, & expectabatur Reſurrectionis feſtiuitas, crudeliſſima Saporis præceptio per omnem Perſarum cucurrit terram; morte condemnans eos, qui ſe profiterentur eſſe Chriſtianos. quo tempore fertur vltra numerum multitudinem Chriſtianorum gladio cecidiſſe.* Caſſiod. in Trip. lib. 3. c. 2.

Succeſſit autem Arſaci Regi Paba filius eius, Rex itidem flagitioſus; qui (vt ea hìc memorem, quæ Armenis hiſtorijs * prodita ſunt) cum, ſtructo agmine ad mortem Patris vlciſcendam, manus conſereret cum eodem Sapore Rege Perſarum, obuiam illi veniente cum exercitu prope Nebath montem Armeniæ; dilectus Dei famulus, Nierſes Patriarcha, eundem tunc dicitur conſcendiſſe montem, Deum pro Armeniorum victoria precaturus: vbi dum Moyſis inſtar manus ſuas modò in altum eleuaret, modò deorſum inflecteret; ſic & varius erat euentus belli, modò felicet pro Armenijs, modò pro Perſis. Porrò denique cum idem Rex Paba prauior in dies efficeretur, nec poſſet crebras ſacri Præſulis Nierſeſis obiurgationes æquo animo ferre, ipſum Paſtorem ſuum, vita innocentiſſimum, vene-

Paba, Rex Armeniæ.

* Nierſes Ghelaienſis, in Carmine de Regibus Armeniæ.

Nierſes Magnus, Arm. Patriarcha, interficitur veneno.

no necauit, nequaquam horrens, nefando fœdari scelere parricidam. Cuius deinde necem molestè accipiens Imperator Theodosius, illam crudeliter eiusdem sacrilegi Regis internicione vindicauit: tradiditque Regnum Armenum Ardauasti, viro ex illustri quoque Arsacidarum genere strenuissimo; qui tamen, cum nec Theodosij voluntati responderet, adhuc interficitur; ac duo filij Pabæ, nimirùm Arsaces, et Vaghàrsaces, alter quidem Græcorum, alter verò Persarum patrocinio fulti, Reges constituuntur Armeniæ. His vltro successit Chosroës III. quem comprehendentes Persæ Regno priuant, inque locum eius sufficiunt Verramum; et post hunc, Saporem quendam Persam; cui tandem succeſſit Ardasciras, qui vltimus fuit Arsacidarum, vt infrà dicetur.

Ardauasfes, Rex Armeniæ.

Arsaces, & Vagarsaces, Armeniæ Reges.

Chsroës III. Verramus, & Sapor, Armeniæ Reges.

Ardasciras, Rex Arm. vltimus ex Arsacidarum progenie.

At verò Ammianus de Paba filio Arsacis, quem ipse Param, corrupto vocabulo, nuncupat, verba faciens, in eo discrepat ab Armenis Historicis, quòd cum isti Pabæ necem ex mandato Theodosij senioris accidisse dicant; ipse tamen iussu Valentis, qui Theodosium in Orientis Imperio immediatè præcesserat, eam illi asserit fuisse allatam; et hoc sanè modo. Sapor Rex Persarum, Arsace Armeniæ Rege capto, sublatoque de medio, Cylaci spadoni, et Artabani, quos olim susceperat perfugas, committit Armeniam; ijsdemque mandarat, vt Artogerassam, arcem validissimam, quæ thesauros, et vxorem cum filio Arsacis tuebatur,

Ammian. lib. 27.

ՃԶ 16 ոդոս կայսր, յոյժ տրտմեցաւ. և խնդրեալ վրէժ առնուն ծառային նորա. եւ սպանեալ զանիրաւն Պապաւն, և նստոյց յաթոռն նորա զԱրշակ որդի. որ էր այր ղօրեղ, և յոյժ դովաբանեալ ի քաջութենէ. ցեղեալ և ինքն ի զօրս մեծ հաշտակռնեայց: Բայց՝ ի նմանէ տեսեալ վարելոյ, նմա և ի վերջն պատահեցաւ մահուամբ ի Թ-էոդոսէ. և էրկու որդիքն Պապայ՝ Արշակ, և Վաղարշակ նստան յաթոռ Թագուհեն հօրեղբարց. որոց սիրեն հնազանդեղեալ յունացն. և միւսն պարսիցն: Եւ զինեն առցայ եղեալ Պապաւ որ հայոց Խոսրով. որ և զնա պարսիկք ըմբռնեալ ընկենին յաթոռն, և ի տեղի նորա կացուցին զԱրշակ: նմա և յետ սորա Պապաւորեաց ի վեր հայոց պարսիկ Շապուհ: և ապա ի վերջն նստաւ ի նոյն աթոռն Արշակ. որ եղև յետին Թագաւոր հայոց ի ցեղէ Արշակունեաց. զորմէ և յետոյ ճառեսցուք.

ՃԷ 17

Բայց՝ Արմիանոս պատմիչն ի գերբն·եբ. խօսելով յղէս Պապայ որ քայլ, զորդոյն Արշակայ, բացառայր ի պատմութենէն հայոց ըստ այնմ, զոր հայքն ասեն, Թէ նոյն Պապն սպանանել եղև հրամանաւ մեծին Թ-էոդոսի: քանզի ասէ ինքն. Եթէ սպանանել եղև հրամանաւ կայսերն Վաղէնտեայ, որ նստաւ անմիջապէս առաջ քան զԹ-էոդոսն: Եւ պատմէ զոպանութիւն նորին գոլ այսպէս: Շապուհ արքայն պարսից՝ կալեալ զԹագն հայոց Արշակ. և բարձեալ զնայ ի միջոյ. անձն նեայց զաշխարհն հայոց Քիղակեայ Նեբդինոյ, և Արտաւանայ. զորս և ինքն ընկալեալ էր երբեմն բարեկեցութեամբ մեծաւ, յորժամ կային առնմ փախստականք: Նա և զհրամայ-

ՃԸ

նաց

նայ նոցայ գնալ և առնել զամուր քաղաքն զԱրթոգերաս . որ պահէր զդանձն , և զամուսինն ընդ որդւոյն ազգականայ · Եւ սատն գնացեալ Օրթայ պետէն այնորինի . և պաշարելով զքաղաքն . Թոյլ եառնուն զնովսիկ կալնել զիաւն զաղտաբար · որով եղեալ յամուր քաղաքէն անտի . և հասեալ առ կայսրն Վաղէնս . ընկալեալ եղև ի նմանէ սիրով . և հրամանաւ նորին ճոյց ի Նէոկեսարիա . գտեալ անդ բազում հպատակութիւն և պատիւ · Արդ՝ երբև լուան Արիոգակես և Արտաւանն զայնպիսի մեծ բարեսիրութիւն կայսերն Վաղէնսեայ . առաքեցին առ նա զհրեշտակս . և խնդրէ ցին ի նմանէ օգնութիւն զօրաց , և ընդ նմին հատուցանել ինքեանց զիւաւն երբև Թագաւոր · վասն որոյ բերեալ եղև նոյն Պարն ի հայս ի Մոկբինեաւոսէ զօրաւ արշ , եակ առանց Թագաւորա հան նշանն , և առանց օգնութիւն զօրաց . զի մի կարծ եցէն պարսիկք , Թե կայսրն՝ ուխտադրուժ լինէր առաջա գոյն դաշանց և միաբանութիւն : Բայց յորժամ լուր եղև այս առ պարսից ար քայն Շապուհ . առ յոյժ բորբոքեալ բարկութիւն . եկեալ հանդերձ զօրօք բազմօք . առպառակէր զամ աշխարհն հայոց · որով գալստեամբն ահաբեկեալ Պարն ընդ Արիոգակեայ և ազգա նայ . և ոչ առնեալ ինքեանց զօգնութիւն յումեքէ . փախեան յոմանս բարձ րադոյն լերինս . ուր և ծածկելով զին քեանս ի մէջ խորոց անտառից աւիւա հինկ , աղաւնեցան ի ձեռաց արքային Շապհոյ · եակ՝ սա պաշարելով ամ զօրութիւն զօրացն զբաղաքն ազգը գերաս . յետ զանազան պատերազմի՝ էառ զնա և այրեաց . և տարեալ յան

tur , inuaderent, excinderentque. Hinc Para , ſeu Paba , conſcijs Ducibus illis , ac diſſimulantibus, clam è Munimento digreſſus , ad Valentem fugit Imperatorem . illum Valens benignè ſuſceptum apud Neocæſaream morari præcepit,liberali victu curandum , & cultu; qua quidem humanitate Cylaces , & Artabanes illecti , miſſis Oratoribus , à Valente auxilium , eundemque Param Regem ſibi tribui popoſcerunt . Sed pro tempore adiumentis negatis , per Terentium Ducem Para reducitur in Armeniam , interim Gentem illam recturus ſine vllis inſignibus , ne Imperator à Perſis fracti fœderis argueretur , & pacis . Hoc comperto textu geſtorum , Sapor , vltra hominem efferatus , Armenias aperta prædatione vaſtabat ; cuius aduentu territus Para , itidemque Cylaces , & Artabanes , nulla circumſpectantes auxilia , celſorum montium petiuere ſeceſſus ; vbi per ſyluarum profunda , & flexuoſos colles menſibus quinque deliteſcentes , Regis multiformes luſere conatus . qui cum omni pondere multitudinis Artogeraſſam circumſeptam , & poſt varios certaminum caſus , laſſatis defenſoribus , patefactam , incendit : Arſacis vxorem eruta inde cum theſauris abduxit . Quam obrem ad eas Regiones Arintheus cum exercitu mittitur Comes ab Imperatore , ſuppetias laturus Armenijs , ſi eos exagitare procinctu gemino tentauerint Perſæ . inter quæ Sapor immenſum quantum aſtutus ,

Sapor, Perſarũ Rex , depopulatur Armenias .

& cum

& cum ſibi conduceret, humilis, aut elatus, ſocietatis futuræ ſpecie Param, vt incurioſum ſui, per latentes Nuncios increpat, quòd Maieſtatis Regiæ velamento Cylaci ſeruiret, & Artabani; quos ille præceps blanditiarum illecebris interfecit; capitaque cæſorum ad Saporem, vt ei morigerus, miſit.

Ex codē Ammiano, lib. 30.

Has igitur ob cauſas diuerſis Para criminibus apud Valentem exoneratur à multis; inter quos & Terentius Dux per aſſiduas litteras Cylacis necem replicabat, & Artabanis. addens, eundem Param, ad ſuperbos actus elatum, nimis eſſe in ſubiectos immanem: vnde propediem alterum Armeniæ Regem ſuadebat eſſe mittendum, ne odio Paræ Natio illa, Romanis opportuna, deficeret ad iura Perſarum, eam rapere vi, vel metu, vel adulatione flagrantium. Hinc in illum inexplicabile auctum Cæſaris odium; & doli ſtruebantur in dies, vt per vim ei vel clam vita adimeretur; agentique tunc in Armenia Traiano, & rem militarem curanti, id ſecretis committitur ſcriptis; qui illecebroſis Regem inſidijs ambiens, & modò ſerenæ mentis Valentis indices litteras tradens, modò ipſe ſeſe eius conuiuijs ingerens, ad vltimum compoſita fraude ad prandium verecundiùs inuitauit: qui nihil aduerſum metuens, venit, conceſſoque honoratione diſcubuit loco. cumque apponerentur exquiſitæ cupediæ, & ædes pulſu neruorum, & articulato, flatiliquè

ան զդանձն ամ, և զամուսինն հՀՁ
Հակայ-զարձամ՝ Ի յաշխարհն Ի բեանու-
22 Ռասան վա այսոքիկ առաքեալ եղե-
անդ՝ Ի կայանէն զօրագլուխն հՀՁ-
ան՝ ոս ընդ զօրաց բազմու-ՁԷ, տալ հա-
յոց զօդնու-Ձն, յորժամ պատանիկն վոս
Ձեցն մե ան զամ առպատանիլ զա-
Հաարհս նոցին Իսկ՝ Շապու-հն խա-
բեբայ, ոս եբբեան հպատա եղե-ե-
և եբբեան խոնարհ, քան ոսու-ի ընել
ընբեան օգու-ա կեղծ-աՀոս-ՁԷ բազ-
կանու-ՁԷ առաքեալ խրատել զՊատն
Ի պաղանես. առելով. Ձէ յոյժ անպա-
ան՝ն ես արբանեան մեծ-ու-ՁԷ նորին,
հնազանդել Ի կիզակեայ և հՀրաման-
նայ՝ զորոյ խրատան նա ընդունելով.
23 վաղվաղակի նա սպանանել զերկոսեան.
և յղեալ զդլուխն Ի բեանց առ Շա-
պու-հն։

Եւ ասդ՝ սակս այդպիսի պատճառ-
անաց ՍՊերճ՝ատես, և այլք բազում
դրճին զՁու-ղՁս մեղադրանաց և զան-
կատու զաբքայէն Պատայ առ կայսրն
ՀՀաղեսա. ասելով. Ձէ սա յոյժ հպարտ
տացեալ եղե. և անողորմա-ՁԷ մե-
ծա՝ վասն ընդ հնազանդելոյն նո-ա.
մի որոյ պատա Ի կացու-ցանել՝ Ի վէ հա-
յոց զայլ ոք Ձազա՝ա. զի մի դու-ցէ
վատ առելու-ՁԷ Պատայ՝ հպարտա-
բեացին հայս Ի հու-ովմայեցւոց. և
դնասցեն Ի միաբանու-Ձէ պատերազմ։
Օոր երբն Կիսոյն լու՝ա զայս. զի
եղե բարկու-Ձէ և ծա-ա-ոկ դրոյ հրա
մայեաց ՍՊերճ՝ատեսն սպարապետին
սպանանել զՀՀայոց։ Ռասան
նա զմտա՝ ած-եալ զկորճու-ւդն, և
հանապազորդ հնարիւք խնդրէր զան
զի սպանմանն այնորիկ. ապա՝ Ի միտ-ս
ա՝ու-ս հղա՝ Իրեաց զոմն Պատն գոլ
Ի պատե՝ եւ ։ նա նա ոչ զկամելով

զնեն

ջնջնգրուածի մասանց ընդունէր. Եկին առանց
եղկելոյն. և բազմեցուա՛ւ ի պատուա-
կանադոյն առաջոջ: և մինչ դեռ ու-
մեքինն և ըմպելին ուրախութիւն մեծաւ.
և առնէին զուարճանալով ցեծութիւն ևր
գոյ. մատեալ ոմն բարբարոս. և հա-
րեալ սուսերաւ՛ ի վէր ուղղեալն Պա-
պայ. խոցեաց զկուրծս նորա. և Հանն
ինա՛ ի կենացս ասեն:] Ապա ամ
պատառէ վերոյգրեալ ազմիանոսն:

Եւ դարձեալ՝ ի ժամանակս այսո-
ցիկ սբն Ա՛ մատենոս Եպիսկոպոսն կե-
սարիոյ գնաց տեսանել զԵկեղեցիսն
փոքրին Հայոց. յորում զի, զոլով ունայք
Եկեղեցիք առանց հովուաց, կացու-
ցէ՛ ի նոսա զԵպիսկոպոսունս, և ձեռ
նադրեսցէ զքահանայս. և հաստա-
տեսցէ զուղղափառսն ի հաւատսն
ճշմարիտ. դա՛ և զա ածցէ զհերձուա-
ծօղսն ի նոյն հաւատսն, և ի միաբա-
նու[թ]իւն ընդ կաթուղիկէ սբ Եկեղեց-
ոյն քի: Յորոյ աղագա՛ մատեալ և ինքն
ի ժողովն. զոր առնէին յայնժամ եպիս
կոպոսունքն Հայոց ի քաղաքն Նիկո-
պօլիս. դարձոյց ի հերձուածողու-
[թ]ենէ զԵ՛ւսեւսեոս եպիսկոպոսն Սե
բաստիոյ. որ արար զդա՛ւանս[թ]իւնն
ուղղափառ հաւատոյ առաջի սրբոյն:
Եւ քանզի սբն Ա՛ մասկ առնոյր զնա՛ ի
հաղորդու[թ]իւն նո. յոյժ գայթակղե-
ցան ոմանք յեպիսկոպոսացն, և մանա՛
ւանդ [թ]էոդոսիոս եպիսկոպոսն Ան
կիւրացոյ, [թ]ե և սբն միաբանհաւ[թ]իւ
ևր ընդ հերձուածողսդ: սակս այ
սորիկ հարկաւ[թ]իւնս նոյն Ա՛ մասկ
լնոյս գրել զ[թ]ուղթ առ հազարապետն
Մ[ա]էրէնտիոս, որ յայնժամ կայր ի հա
յս ընդ Ա՛ րշաւիրոսի վս յանդիմանելոյ
պարսկաստան զօրացն յորում[թ]ուին
սբքազան վարդապետն զերծ է զինքն

que ſonitu reſultarent, iam vino in-
caleſcente, Barbarus quidam gla-
dium diſtrictum intentãs accedit, Pa
ram confoſſurus, ne exilire poſſet,
etiam tum præpeditum. quo viſo
Regulus, expedito dolo adſurgens,
vt vitam omni ratione defenderet,
perforato pectore deformis procu-
buit victima, ictibus multiplicatis
fœdè conciſa. Et hæc de Rege Para,
ſeu Paba, filio Arſacis, dicta ſuffi-
ciant; quæ nos ex prolixo Ammiani
contextu ſummatim extraximus.

Hoc eodem tempore S. Baſilius
Cæſarienſis Epiſcopus minorem vi-
ſitauit Armeniam, vt in Eccleſijs il-
lis, Paſtoribus deſtitutis, crearet Epi-
ſcopos, Sacerdotes conſecraret, con-
firmaret in orthodoxa fide Catholi-
cos; Hæreticos tandem, ad rectum
eiuſdem fidei tramitẽ adductos, Apo
ſtolicæ conciliaret Eccleſiæ. quocir-
ca in Nicopolitano, ab Armenis Epi-
ſcopis celebrato, Concilio Euſtathiũ
Epiſcopum Sebaſtenum ab hæreſi
reuocauit: cumque illum, fidem
Catholicam profitentem, ac ſubſcri-
bentem, in communionem recepiſ-
ſet, apud Theodotum Nicopolitanæ
Ciuitatis Epiſcopum, atque apud
alios etiam grauiter offendit, in ſu-
ſpicionem adductus, quòd cum hæ-
retico conſenſiſſet. quamobrem idẽ
poſteà Baſilius opus habuit, apolo-
geticam, in qua totam hanc narrat
hiſtoriam, pro ſe epiſtolam ſcribere
ad Terentium Comitem, qui ijſdem
temporibus, vt ſuprà diximus, vnà
cum Arintheo in Armenia ad Per-
ſas cohibendos in aſſiduo ſtabat pro-
cinctu.

S. Baſilius viſitat minorem Armeniam.

S. Baſil. epiſt. 6. ad Terent. in addit.

cinctu. Posthæc verò videns idem Eustathius, quòd ex ea à se subscripta fidei professione nullam fuerat gloriam assecutus, sed æquè ac priùs à Theodoto, Cæterisque reijciebatur; quòd sua fuisset spe frustratus, impudenter in priorem recidit peruicaciam; atque in ipsum quoquè Basilium, tũ verbis iactare cõuicia, tum scriptis etiam disseminare calumnias, quasi de fide haud rectè Diuus ille sentiret, aggressus est. à quibus sanè calumnijs statim ipsemet Basilius suam parauit defensionem in epistola ad eundem Eustathium, & in altera ad Theodotum. Quomodò autem præfati Duces Terentius, & Arintheus fuerint adiumento Catholicis, in minori Armenia persecutione Arianorum vexatis, qui scire desiderat, adeat Cardinalem Baronium.

S. Basil. epist. 97. ad Eustat. & epist. 15. ad Theod. in addit.

Baron. t. 4. an 470.

Verùm vt ad Patriarcham Nierlesem nostram rursus conuertamus historiam: paulò ante quàm hac ille excessisset vitâ, traditur ab Armenijs, quòd accersitus ab Imperatore Theodosio, qui nuncium de illius fama sanctitatis à multis acceperat, profectus esset Constantinopolim, vbi &, ab eodem Theodosio benignè susceptus, Concilio Constantinopolitano primo interfuisset. quòd si res ita se habet, vt illi* satis sibi esse compertam, & veteri scripturarum suarum traditione acceptam, ostendunt; personam huius Patriarchæ sub alio certè nomine inter centum quinquaginta Patres illos recensitam putamus; cum nullus in ea sacra Synodo,

* Nerses Ghel. Ar. Patriar. in Carmine de Reg. Arm. Alijque complures.

ԻԲ 28

ԻԳ 29

Լ 30

աշխարհին յոյժ նախատնչեալ մեղօք և
անհրաւիրօք ըստ օրինակի Ցարու-
թեան Թագաւորին Իւրեանց: Ուստի
հուսկ ետուղի տյնն ալ՝ ի վաղձանն իւր.
մարդապետական հոգւով նախատեսչու-
թեամբ զբազում խորհուրդս ապագայ
ից ժամանակաց յաղագս անցմանն
Թագաւորութեանն յաշակերտեանս ազ
գին. և յաղագս աւերմանն հայոց.
մի Թուլորէ՛ ի Հյմաստիս հասու-
ցանն ոմանց միաւորմամբ և սուտ վար
դապետաց: նոքա՛ ամ բանքն մար
գարէութեանն նոյն հայրապետին Ներ
սէսի՝ ևս գրեալք՝ ի ճառ ընտրեցն հայոց.
յորմէ և մեք փոխեցաք ոստ գհետա-
նալ բանս զայսոսիկ: մի որոյ ասէ
մեծն Ներսէս այսպէս:

ՀԱՐՑ՝ ձեղնացն Թագաւորութիւնդ
ձեր խորտակեսցի. և ցրուեսցին սահ
մանք ձեր՝ ի ձեռս օտար Թշնամեաց.
և սանեսցիք՝ ի գերս Թե՝, ի սուր և
՝ի սուր. և մի պահասեսցին լուծ ծա
ռայութեանդ՝ ի պարանոցէ ձերմէ: զպաշ
խարհն ձեր, և զվաստակ ձեր առ
ջի ձեր օտարք կերիցեն. և՝ ի խարխա
փիլ սերեալ Թափիսջիք դուք. և ա
նապրեսջիք իբրև զջուր հեղեալ. և՝ ի
լալել աղէտից սփարատջիք:] Եւ
դարձեալ ասէ: Բարձցի Թագաւորու
թիւն ձեր. ընդնմին և բահանայութիւն.
և անտէրունջք շրջեսջիք յաշխարհի, որ
պէս հօտ յորում մ՚ն ի՛ հովիւ: Եւ
փոխանակ զի մ՚ն լուար դու ինձ. մի
լուիցէ քեզ ած յաւուր նեղութեան
քոյ: որպէս ոչ ողորմեցար աստուածա
ւոր և անաւանդաւորդ աշխարհիս հա
յոց՝ ի հեռանալն իմմէ՝ ի յունս. և
որպէս բարձեր զիրաւունս յաշխար
հէս հայոց. բարձցի Թագաւորու
թիւն յաղգէդ ձերմէ. և լինիցի ըստ

ձէ բան-

nodo, qui Nierſes nominetur, interueniſſe legatur. Inde reuerſus iterum in Armeniam, Regionem illam ſummoperè morjbus deprauatam inuenit, facinoroſi eius Regis exemplo. quapropter nimio dolore correptus, plurima fertur de Regiæ Arſacidarum ſtirpis extinctione, ac de excidio Regni, Eccleſiæque Armeniorum, ob ſuperuenturas hæreſes futura, tunc ille prænunciaſſe. quæ quidem omnia in actibus ipſius leguntur; & ex quibus nonnulla noratu digniſſima hic iam exponentur. Hæc ſunt igitur verba ipſa Nierſeſis:

Armeniorũ Reges ab Arſace Parthorũ Rege ſunt oriundi.

Deſtruetur Regnum veſtrum quemadmodum Iſraelis, & diſſipabuntur confinia veſtra per manus exterorum inimicorum; trademini in captiuitatem, in famem, in gladium, nec deficiet iugum ſeruitutis à collo veſtro. Regionem veſtram, & labores veſtros, deuorabunt coram vobis Alienigenæ, & ſicut diſperguntur frondes, diſpergemini: negleeti eritis ſicut aqua effuſa, & ab intenſione arcus infirmabimini.] *Et iterum poſteà:* Auferetur Regnum veſtrum, & Sacerdotium; atque ſine Domino veſtro circuibitis ſuper Terram, ſicut Grex abſque Paſtore. Pro eo quòd tu non audiſti me; nec te exaudiet Deus in die tribulationis tuæ; ſicut tu non miſertus fuiſti afflictæ Regionis Armeniæ, ſine Duce relictæ in diſceſſione mea ad Græcos; & ſicut abſtuliſti iuſtificationes à Regione Armeniorum; ſic auferetur Regnum à tua Arſaci-

Vaticiniũ Nierſeſis Magni, Arm. Patriarchæ, apud Armenicum Giarrentir, vbi de actibus ipſius.

Armenios Regno, & Sacerdotio ſoie priuãdos, longè ante prædicitur.

darum progenie, Armeniæque humiliabuntur Primates; à vobis fraudati, vos defraudabunt; & auertet Creator vultum ſuum à vobis vſque ad appropinquationē Immundi * in deſerto; ac ſpecioſum Regionis veſtræ extranei comedent coram vobis.] *Et rurſus infrà*: Poſtquam impleti fuerint anni quinquaginta, auferetur à Gente noſtra Sacerdotium, quale fuerat Sancti Gregorij mei Prædeceſſoris, nec non vnà cum illo Regnum à tua Arſacidarū progenie, vſque ad appropinquationem Immundi. (*hoc eſt, Antichriſti.*) *In Suormach ſceleſtiſſimo Patriarcha, & falſo ſacerdote, atque in Rege Ardaſcira hæc adimpleta ſunt, vt conſtabit inferiùs. Tum poſt alia ſequitur*: Poſt hæc egredientur omnes de patria ſua, & cadent ſub Græcorum dominiū in humiliationem, & ſeruitutem. deficient à fide *; quare & deficiet Principatus ipſorum: ſilebitque Armeniorum Patriarchatus annos multos. extirpabuntur Armeni à fundamentis; euellentur muri inſuperabiles à gente Tartarorum: & comedet generatio illa carnes brachiorum ipſorum, & loca ſancta Armenorum Pontificum euadent habitationes generationum infidelium.] *Mirum ſanè multum eſt, quomodò quæcunque hucuſque prædixerat, omninò acciderint. tanàdem ſubdit*: Poſt hæc fiet Redemptio omnium Regionum, & Chriſtianorum à Potenti Romanorum Gente, qui Franchi nominantur. & poſteà in greſſibus bonis requieſcet terra quam-

* Hoc eſt: Antichriſti.

* Armeniorū Principatū propter hæreſes defecturū, prophetauit Magnus Nierſes Armenus.

Hæc prædictio, de Armenijs libertati reſtituendis ope Romanorū, citatur etiā, & confirmatur à Nierſete Ghel. Armen. Patriarcha, in Carm. de Reg. arm. n. 460.

ՀԴ 34

ՀԵ 35

ՀԶ 36

ռու-կք նախաթաթրքն հայոց եւ գրկեալքն ի ձէնջ գրկեսցին զձեզ. եւ դարձուսցէ զերեսս իւր ի ձէնջ, մինչ եւ ի մերձենալ պղծոյն անապատի. եւ զվայելուչ աշխարհ ձեր առաջի ձեր օտարք կերիցեն.] Եւ յետոյ դարձեալ ասէ. Բայց յետ կատարման ամաց հնից բարձցի քահանայութիւն յազգէս մերմէ, որպէս սկզբոյ նախնոյն իմոյ Գրիգորի. ընդ նմին եւ թագաւորութիւն յազգէդ Հրշակունեաց, մինչ եւ ի մերձենալ պղծոյն.] Հայոցին կատարիցին ի վեր Սորմակայ, իսառասէր կաթուղիկոսին, եւ սուտ անուն քահանային. եւ ի վեր հայոց թագին հրաժարեսցի. որպէս գինն ցուցուաք. Եւ դարձեալ յետ այսոցիկ ասէ. Յետ այսորիկ ելցեն խուժադանձք ի հայրենեացդ. եւ անկցին ընդ իշխանութիւն յունաց ի սորիկս եւ ի ծառայութիւն. Թուլասցին ի հասարակաց. եւ այն պէս պահասցի իշխանութիւն նոցա. եւ լռեսցէ քահանայապետութիւն հայոց զամս բազումս. տապալեսցին հայք ի հիմանէ. առցին եւ պարիսպք անմատոյցք յազգէ նեռազաց. եւ կիրեսցեն ազգն այն զմարմինս բազկաց իւրեանց. եւ սուրբ տեղիք քահանայապետացն հայոց եղիցին օթեւանք ազնաստուածոց ազգացն.] Այլ զգուշանալ նախ բան է. Եւ զոր ինչ մարգարէացան մինչ եւ յայս. մի զսա միաբէ հանդիպեսցի հայոց. հաստ ի վերջն ասէ. Յետ այսորիկ փրկութիւն ամ աշխարհս եւ քրիստոնէից ի յարեւելեան ազգէն հռոմայեցւոց եղիցի. որ էն գրանիկ. եւ առաւ խաղաղանայ երկիր ի բարւոք դնացս ժամանակս յոլով. եւ հեբրէին հաստ. եւ անկանին ընդ լուծով ծառայութեան հռոմայեցւոց.

ՆԸ որ և

որ և ասիցին. Թէ ահաւադ զանցեալս. որ ոչ հասցէ՛ի ժամանակս այս բարւոյ. և՛ի հանդիստ այս մեծ։] մինչ և յայսմ մեծն Ներսէս։

քաղ՝ զի այսօրիկ հայք հանապազաղ խնդրեն ապահանջէն՛ի գոանկացն. ասելով. Թէ երբ գայցեն հռովմայեցիքն առ՛ի վրկել Թէ ազգիս և աշխարհ հիս մերոյ։ Եւ սրդ՝ նիկղիկեն հայոց առնելով զնեքատակ զմեծ-ին Ներսէսէ. այսպէս երդէ։ ՈՂ զծ-ած-իեալ խորհուրդ ապագայիդ ժամանակաց յայտնեցեր սրբոյն Ներսէսի. սոքին աղաչանօք խնամեա՛ի մեզ քո. և այլ։

quampluribus annis : & expellentur Infideles,& cadēt ſub iugum ſeruitutis Romanorum. & dicetur illa die: Væ mortuis, qui ad hæc fœlicia tempora, & requiem hanc magnam non peruenere.] Hactenus Nierſes Patriarcha.

Hinc quotidiè ſolent Armenij, duro infidelium iugo depreſſi, à nobis Italis preces expetere, dicentes : *Ecquando venient Romani, ad redimendum noſtrum locum, & Gentem* ? Huius autem Patriarchæ diem commemorationis Armena celebrans Eccleſia, ſic inter alia canit: * *Protege nos Chriſte, precibus ſancti Nierſeſis, cui occulta temporis futuri ſecreta reuelaſti. &c.*

* In Armeniorum Breuiario.

EX ARMENA Hiſtoria.

Caput VII.

VII. Domnus Iſaac, ex progenie Alpiani, Harchenſis Epiſcopi; annos 4.

VIII. Domnus Zauen, frater ipſius; annos 4.

IX. Domnus Asburaches, frater eorundem; annos 5.

X. Domnus ſanctus Iſaac, filius magni Nierſeſis, nepotis Heſychij, nepotis ſancti Gregorij; annos 51. Petierunt ab iſto Armeniorum Primates, vt in maleuolentiſſimis obtrectationibus, quibus ſuo Regi Ardaſciræ apud Regem Perſarum officere volebant, ſecum ipſis conſpiraret; cumque ille renuiſſet, ex eorum throno, & Patriarcham, & Regem ipſum deturbarunt, inque Ardauaſenſem Prouinciam propulere. tum in ſede Patriarchali Suormach virum ambitioſum, falſumque Sacerdotem conſtituunt, Regiſque Perſarum patrocinio firmant. Hiſce temporibus, dum non nulli in Aſia feſtiuitates dominicæ Natiuitatis, atque Baptiſmatis vnico ſimul die, nempe ſexto Ianuarij celebrare ſolerent; omnes aliæ Regiones, iuxta magnæ Eccleſiæ Romanæ ritum, feſtum Natiuitatis 25. Decembris, & Baptiſmatis 6. Ianuarij peragere, concordiſſimè ſtatuerunt. idque, Ioanne Chryſoſtomo adhuc ſuperſtite, per omnes Eccleſias diuulgarunt. Scriptum deinde fuit etiam diuo Iſaac, vt

Iſaac Armeniorum ſanctiſsimus Patriarcha.

Eccleſiæ Romanæ ritus in celebratione feſtorum, proponitur exemplũ, quod imitari debeant omnes Eccleſiæ.

Հատուած

Հայոց Պատմութենէն.

Գլուխ. Է.

Տէր Սահակ, զոմանք Հայրենասէր Նահապետ հարցայ եպիսկոպոսն։ ամս. Դ.

Տէր Օհան, եղբայր նորին. ամս. Դ։

Տէր Հաղբատակեցի, եղբայր նոցունց. ամս. Է։

Տէր սբ Սահակ, սորինեան սրբազան հայր. որդի մեծին Նեբրսէսի, թոռն յուսկանն, թոռն սբոյն Գրիգորի. ամս. Ճա; Զոր ընդ այն եկեալ Հայաստարքն հայոց, խնդրէին մատնել ի չարախօսութիւն թագին եւ ընկեցին յաթոռն զկաթուղիկոսն և զթագն. արքունիւք ինոսա յարուցանել զոմանս եւ զոճն Սորմակ փառասէր, և սուտ անուն քահանայ կացուցին ի տեղի նոր, ի նոյն սրբոյն հաստատեալ։ եւ յայնմ ժամանակի ի կողմն Հաշոց, զոր անանք սովորեալ ծնունդն զոճն Ջնջնդեան և զմկրտութիւն ի մուտ աւուր ի յունուարի ի վեցն. մատանելոյ ընդ միմեանս ազգային տեղեաց, ըստ հնումն մեծ եկեղեցւոյն, սահմանեցին ծնունդ զոճն Ջնջնդեանն դեկտեմբերի ամսոյ ի. ին։ և զոճն մկրտութիւն ի յունուարի վեցն։ եւ ի ժամանակս Յոհաննու ոսկէբերանին գրեն առ նմա եկեղեցիս այսպէս. և առ սբն Սահակ այսպէս կատարել. և գալ ի

հաստատեալ կաթողիկէ եկե-
ղեցւոյն : եւ նա ազատեալ զա-
մուսինն յարատեւապէս զաւետն . անկա-
րանայր ղնեքն : դ 4

ԱՆԴՐԱՆԻԿ ԱՐՁԱԿԵՑԻՆ ԱՂԱՐԴԱՍԱՆԻՆ։

Սահակ եղեւ որդի մեծին Նեղ
սէսի . որ սկսանեալ բարի վարուց-
եւ գիեւտ նըմանեալ վարուց սրբակրօն
հօրն իւրոյ . եղեւ առ ամենեսեան յոյժ
ընդունելի մանաւանդ վասն ազգին
սրբութեան եւ նմանատութեանն ի-
րեան : վասն որոյ ընտրեաւ յաթո-
ռապարհապրութեամբ . եւ առաջնորդ ե 5
եղեւ հոգեւորապետական հայ-
յոց եկեղեցւոյն յերկար ժամանակ : ո-
ւս ոչ ծերացեալ ի սրբութեանէ . եւ մար
դարեկան հոգով լցեալ ի մեջ չար
չարչարանաց ազգարոյն վիճակեաւ առ
աջ . եւ ի նոյն աւուրս յորում ծնեալ
էր յաշխարս առաւելս մահու ի նմին
ծնաւ անմահ ի վերին աշխարհն կեն
դանեաց : յիշեաւ սէ հայրապետին
Սահակայ այնչափ պատուական եղե-
ւյազգէն հայոց . վասն զի հանապազ ի
մեջ սէյ պատարագին ի բերանս յիշո-
ւսանկեն ընտ , որպէս եւ գմեծն Նեղսէս , եւ
զայլ ջուրս նախնիսպատոյն հայրապետսն
որ են ի ցեղէ սրբոյն Լուսա ը 7
ւաւորչին : 6

Տիշատակի եւս սրբոյդան կաթո-
ղիկոսն Սահակ ի պատմութեան
Աղուանոյ սէ ժողովոյն , որ ագատեալ
եղե ի հայոց հատոյն հրամանաւ Օշոյ
ագբային խուժանց , վի միաբանութե
եկեղեցւոյն հայոց ընդ առաքելական
սէ աթոռոյն հռոմայեցւոյ . յամի ՈՒՆ . ՀԲ .
որպէս ցուցաք ի վերջն հատորիս այ

կա սոյնիք

ut & ipſe ſimiliter faciens , cum catholica Eccleſia conformaretur ; cumque hic in Ardauaſenſi tunc Prouincia exularet , exitum res habere non potuit.

ANNOTATIO.

ISaac Patriarcha , huius nominis ſecundus , ex magno Nierſeſe , ac eius legitima coniuge , quam hic habuit antequam Sacerdos , & Armeniæ Patriarcha initiaretur , progenitus fuit . vir poſteà fere quinquagenarius effectus , & eximiæ virtutis laude coſpicuus , Armenæ præficitur Eccleſiæ , quam diu ſanctiſſimè gubernauit . tandem ſenio confectus , odore ſanctitatis , & ſpiritu prophetiæ clarus , inter afflictationes exilij , eodem quo natus erat die , ab hominibus demigrauit . vſque adeò apud Armenos in honore habitus fuit ; vt ipſius , ſicuti etiam magni Nierſeſis , & aliorum quatuor priorum Patriarcharum , à ſanguine diui Gregorij deſcendentium , in ſua ſemper liturgia memoriam celebrent .

In actibus Concilij Adanenſis ; quod ad vniendum Armenam Eccleſiam cum Romana , ab Armenis Epiſcopis in Cilicia celebratum fuit anno Domini , 1309. vt in calce huius primæ Partis latè videbitur ; ſimiliter legimus , quòd idem Iſaac Patriarcha , & ſi vellet , Armenam Eccleſiam conformari cum alijs Chriſtianorum Eccleſijs , celebrando Natiuitatem Domini die 25. Decembris ; & non , vti illa

Conciliũ Adanenſe Armenũ.

ſo-

ſolebat, 6. Ianuarij, ſimul cum Baptiſmo eiuſdem: nequiuit tamen ſui causà exilij ad exitum rem perducere. propria illius Concilij verba damus:

Vide, quãtum in alias Orbis Eccleſias imperium olim etiam habuit Eccleſia Romana.

Poſtquam, ait, dominicæ tempus Natiuitatis cunctis iſto examine innotuerat; dirigitur hac de re vniuerſale mandatum ex alma Vrbe Roma in Eccleſiam Conſtantinopolitanam, & ad Ioannem Patriarcham Hieroſolymorum, & ad Flauianum Antiochiæ Patriarcham. omneſque, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ adhærentes, vnanimiter decreuerunt, vt eiuſdem Natiuitatis feſtiuitas 25. Decembris ſolemniter in vniuerſa celebraretur Eccleſia, feſtumque Baptiſmatis 6. Ianuarij; eratque tunc temporis Eccleſiæ Romanorum Patriarcha, Anaſtaſius. Scripſerunt autem, ex Vrbe Byzantia, ſicut ad alias Eccleſias, ſic & ad magnum Iſaac epiſtolam, vt vel ipſe cum tota Eccleſia conueniret. Hic interim, cum noluiſſet in perniciem Armeni Regis Ardaſciræ vnà cum Armeniorum Primatibus conſpirare, eumque apud Regem Perſarum falſis impetere calumnijs, fuerat ab ijſdem Magnatibus, ac præſertim ab ambitioſo quodam calumniatore, falloque ſacerdote, Suormach nuncupato apud ipſum Perſarum Regem de falſo hoc crimine accuſatus: Rex noſter Ardaſciras, inquiunt, & Iſaac Patriarcha, cum Græcorum Imperatore fœderati, rebellionem à tuo cœptare Dominio machinantur.

Anaſtaſius PF. I.

Satrapæ Armeniorum Regẽ ſuum, & Patrjarchã calumniatur apud Regẽ Perſarum.

ա. 7

ոսկի։ Եւ ասի անդ-նմանապէս. Թէ կամիցաւ այս սէ հայրապետս ոմանք զոծն Տնբնդեան և զիկոսոս ՕՀ ան բամբանաբար ի յայլ և յայլ աշխարս, քան որում հանդիպին նոքա, և նշ ի մի չմոռանալ։ և գնալ ի համաձայնութեն այլ եկեղեցեացն քն. բայց նշ կարացաք վն զոլոյն աջսորհալ։ Բանքն հայոցս ժողովոյն էն այսոքիկ։

Ի բերն այսոցիսի քննու-Թէ ուսանել Տանեան զի ամանակ Տնբնդեան ան։ յայնժամ հրաման արձակեալ ի մեծ էն հռոմէայ ի կոստանդնու-պօլիս և ատ յոհան պատրիարգն նմ. և ատ միաբեռ նոյն պատրիարգն անդիոքայ։ և ամ նեքեան հաւ անեցան եկեղեցոյն հռոմ մայ։ և բոլորիդ համաձայնու-Թէն հաս տատեցին յընդհանուր եկեղեցի այսոյ ի դեկեմբեր. ին. կատարել զոծն Տնբնդեանն։ և զիկոսոս ՕԷն յոանն. ա։ և էր ի ժամանակին այնմիկ պատրիարգն եկեղեցոյն հռոմայեցոց ՀՀատատասիոս։ զ-բերեն և ատ մեծն Մահակ Թուղթ, որպէս և ատ այլ եկեղեցիս. գալ ի համաձայնու-Թի ընդ հանրսկան եկեղեցոյն։ նոքա նոյն ևս ոչ միաբանեցաւ ընդ նախատ բարան հայոց. և ոչ չարախօսեաց յան դու-մն Թագաւորին ՀՀատատ։ Թագաւորն պատրիարգ. մանաւանդ ի չարամբասանէ ումեմն փառատոյ և սուտ անուն քահանայի Մորմակ կոչեցելոյ՝ պնատպոյն ամբաստանեալ էր ատ արբայն պարսից։ և ասէին. Թէ Թագաւորն ՀՀատատ, և հայ Թուղիկոսն Մահակ դաշինս ուխտից առնեալ ատ Հայոսն յունաց՝ որպէս տատեցաք Թէ խորհին ի տէրու-Թենէդ քումմէ։ որոյ համաստատել արբայն պարսից՝ ընկենու յանդուտյն զՀՀատ

գաւ՛ոյն , և զոր կամ՛ուրկոմն ։ և
զկոչեցեալն Մորմակ կացուցանէ յա-
Թոռն , որպ պարգև մատուցեալ ։
էլ՛ն որոյ՛ն հատանել հրովարտակին՝
նորա արտօնեալ զոլով յարտաքս
դաւառին , ոչ դարձեալ պատասխա-
նի տրջոյն առ Թագաւո՛ն էձրկա-
դէս , և առ պատրիարքն Յոհան
նէս ։ և այսպիսի պատճառաւ մեաց
համառձեալ՛ն Հայաստանեայց է-
կեղեցւոյ ընդ մեծ Եկեղեցւոյն հռով
մայ , և այլ ևս քրիստոնէից , ՛ի
ծննդեան տէրունական ծննդոց
այսպիսի կարգաւո՛րութ ։] մինչ
և ցայսմ՝ հայոց էձատանա- տէ ժո
ղովն ։

Եւ սոյն՝ ՛ի նոյն ա՛ուրս մահկա-
նայ , բնակէր և յաշխարհին հայոց
անուն Մեհրուժ՛ն և հռչակաւո՛ր վար
դապետ՝ էմնորոյ անուն , այր նիւս
տուն , խելամուտ , և հմտագիտ ,
որ գեղեցկայարմար հնարեալ էստեղծ
զրոյն հայոց և վրաց ։ և առաջինն ևԹող հեաեղողոյն նուրոյ
գբարեբարուԹի՛ւն զայս ունի , որ յա-
յնչափ անցեալ ժամանակս ոչ գոյր
շնորհեալ նախնեացն ։ Սա՛ , և Սա-
հակ կաԹուղիկոսն՝ ուսուցին զո-
շանէրսս ոմանս , զոր և առաքեցին
յաԹենացւոց քաղաքն ուսանել գյու-
նաց բարբառ , և զայլ մանկացու-
Թի՛ւս . զորոց վարժուԹի՛ւն ընդալան
մանաւանդ երիք՝ Մովսէս բէրԹող,
Դաւի՛Թ փիլիսոփայ , և Մամ
բրէ ։ Մովսէ յեռոյ Թարգմանեցին
զրուսաց գիրս յոլով՛ն ի հայս . և
մանաւանդ զնա՛ծաշունչսն հին և նոր
կաւակարանացն ։ և սբանչելագոյն
փոխԹամացու՛ցին հռեաորտկան ծաղ
կոց և զարդուն՛ էլեղուն հայոց . առ

կգ նելով

tur · quibus fidem adhibens Perſa, & Regem, & Patriarcham ex eorum throno dereuerat : ipſumque Suormach, tanquam in mercedem proditionis, Patriarchali remunerauerat dignitate. Ea propter, dum in aduentu generalis illius mandati Rex Ardaſciras, & Iſaac Patriarcha in Ardauaſenſi Prouincia exularent, nullum ex eodem beato Iſaac reſponſum ad Archadium Imperatorem, ac diuum Ioannem Chryſoſtomum, Conſtantinopolis Patriarcham, redire potuit. vnde & illa conſequenter Eccleſiæ Armenicæ cum Magna Romanorum, alijſque Chriſtianorum Eccleſijs conformatio in feſtis Dominicis celebrandis ad exitum tunc perduci nequiuit.] Hucuſque acta Concilij Adanenſis Armeni.

Hac eadem tempeſtate floruit etiam in Armenia celeber quidam Heremita, dictus Mieſrobus, vir planè eruditiſſimus, & ingenio perſpicax; qui cùm Armenarum, tum Iberarum quoque literarum characteres accuratiſſimè Primus expreſſit; ac Poſteris ſingulare hoc beneficium, quo tot tranſactis ſæculis eorum Maiores expertes fuerant, dereliquit. Is igitur, & Iſaac Patriarcha, plures in Armenia erudierunt Diſcipulos; quos & Athenas ad Græcam linguam, aliaſque facultates adipiſcendas miſerũt. inter eos autem maximè omnium profecerunt tres, videlicet Moyſes, cognominatus Grammaticus, Dauid Philoſophus, & Mampræus:

Ex hiſtorico Carmine Nierſeſis Ghel de Regibus Armeniæ. nu. 490.

Armenarũ, & Iberarum literarum Inuentor.

qui

Interpretes Armeni ſacram Scripturã, aliosque libros ex Græco in ſuum conuertunt idioma.

qui poſteà plerosque libros, ac præſertim Bibliorum veteris, & noui Teſtamenti, ex Græco idiomate in Armenum transferendo, ſuam ipſorum linguam mirum in modum locupletarunt, atque inſtar Græcæ, vocibus compoſitis affluentem, efflorescentemque reddiderunt: adeò vt, quas noſtra adhuc latina deſiderans, ex Græca lingua voces vſurpat, & ijs quoque omnibus de proprio ſumptis Armena nunc ſcateat.

ձեռով զնա յոյժ դեղեցկաշար և առատաբուխ բարդեալ բառից ըստ նմին

ՃԻԳ 13 նուիրէ յուսոյ լիզուին։

In lib. Reuel. Iſaac Patriarc. Arm.

Extat pretereà eiuſdem Iſaac Patriarchæ liber quidam reuelationũ, in Armenæ hiſtoriæ codice inſertus: in quo præcipuè legitur, quòd dum hic Dei Famulus exularet, pœnitentia ducti Primates Armeniæ, venerunt ad ipſum, vt erroris ſui veniam peterent: quibus ille viſionem quandam, diuinitùs ſibi reuelatam, aperuit; quam & Angelus explanans, ſimile quid, quod antea de Regni, & Eccleſiæ Armeniorum ruinis Nierſes Magnus prædixerat, his ei verbis vaticinatus fuerat:

Եւ դարձեալ կայ ի մէջ ճառին տրուն հայոց գերջն տեսլեան, որում հայրապետին լայտնակայ. յորում դրեալ է. Եւ մինչ կայր արտորեալ այս ծառայս քն. Նահապարքն հայոց գղջացեալք եկին առ նա. և ա

ՃԻԴ յաղերական հանիւք խնդրեցին ի նմանէ զթողուած մեղաց, և չարախոսութեցն խրնամց։ և յայնժամ ետես պատուհաս նոցա գհրաշալն տե

14 սին, յուրեալ նմա ի հրեշտակէն. և մարգարէացաւ. Եւ նոցանէրոց էին յաղտս սրբոյն էդ-բնդոյն մոլորեալ քահանայապետք ոմանք, որ ոչ ըստ կանոնի աբ ժողովին. յիջ. հարցն առաքելոցդ էին գիւղեղեցին հայոց. որոյ և առաջն նախագուշակեալ էր սնձն Նէրսէս. խոկ առաց հրեշտակին լայտնակայ ասէ.

Եւ զի երևեցաւ քեզ ծովափին սառնամանեաց տեսիլ աղտոյն. նշանակեալ յուցանէ գծփուածս ալեկոծութիւն հայոց։ քանզի գթխադոյն Թանձր կատարն ծածկուածս զօրինակ բերէ գթանձրամած ծադոյն որ ունելոց է զաշխարհս այնոցիկ. վա՛ գի տեսլիւ վաղճան է։

ՃԼ 15 Եւ նահապետն բնհեղեալ. և զգուշդն, զոր տեսանէիր ի վեր սկըսանելին. նշանակէ մինն զքահանայութիւնն, խոկ միւսն զթագաւորութիւն։ Եւ զի ոչըզ ունէր արկնալ գնշանակն գնաւիտեան. և ոչըզ այն էր, որ զգուշդն ունէր ի ձեռին. լուր առաւդապէս. զի լինելոցն մերձ ընդ մերձ Թագաւորութիւն յազգէն արշակունեաց. և քահանայապետութիւն ի ցեխէ արժանաւորդ

ՃԼԱ 16 քա-

Regni, & Eccleſiæ Armeniorũ, Euerſio futura. Iſaac Patriarchæ diuinitus reuelatur.

Throni viſio, quæ tibi apparuit, ſimilis fluctui maris glaciati, ſignificat fluctus agitationum Regionis Armenicæ. Nam abſconditum illud ſub nigro, & denſo velo, oſtendit flagellum, quod ſubitura eſt Regio tota. Veſtis autem Pontificia ex purpura, & globus, quæ poſita ſupra diſcum vidiſti, altera Sacerdotium, alter verò indicat Regnum. At quia nemo erat, qui veſtem indueretur; nec qui globum manu geſtaret; audi rectè: ſilebit iam iam Regnum à progenie Arſacidarum, & Patriarchatus

քահանայապետի սրբոյն Հ-բնծորի. ԺԶ
եւ մագաղաթն հաստուածանէւ, որ 16
ցուցաւ քեզ. դրեալ ի սկզբանն կարգա
ոսկեղէն գրով զձեռն արդարութեան
Domnus Nierſes Pacrieuantanus ex Oppido Aſcdarachenſi, annos 5. XXI.

Hic iuſſu Regis Perſarum, vt Armenos ſepararet à Græcis, Synodum coegit in Ciuitate Theuin; cuius ſuffragio decreuit, feſtiuitates dominicæ Natiuitatis, & Baptiſmi eſſe ſimul vna die concelebrandas; eo quòd ſicut Chriſtus erat ſimul coniunctim Deus & homo; ita pariter Natiuitatem & Baptiſmum ipſius coniunctè vno die, & non pluribus diuiſim celebrari, fas eſſet. Prætereà quoque ſuperaddidit Triſagio verba illa, qui crucifixus es pro nobis; Prohibuit Armenis, ne Hieruſalem ampliùs proficiſcerentur: eoſque à Græcis ſegregauit. Occaſione huius Synodi, Georgiani, Siunienſes, & quatuor Armeni ab vnione cum cæteris Armenis ſeipſos retraxerunt; quanquàm cum ijſdem poſteà iterum reconciliati ſunt.

Armeniorum Theuinēſe Cōciliabulū, in quo ſchiſma inter Armenam & Catholicā Eccleſiam primò cōpletur.

ANNOTATIO.

Nierſes Aſcdarachenſis, primus Patriarcha fuit, qui ſanctam Synodum Chalcedonenſem deteſtatus, inter Armenam, & Vniuerſalem Eccleſiam apertum ſchiſma molitus ſit. etenim poſt annum Chriſtianũ 500. Conciliabulo Theuinenſi decem Epiſcoporum in Armenia conuocato, iuſſu infidelis Perſarum Regis, qui Chriſtianorum diuiſionem, ad Armeniam ſibi omnimodè ſubijciendam, vehementer exoptabat, vnam in Chriſto naturã, pleraſque eidem ſacræ Synodo Chalcedonenſi repugnantes conſtitutiones ſtabiliuit: manſeruntque in hoc Schiſmate ſex alij ſucceſſores Patriarchæ vſque ad Ieſerem Parraſnachiertenſem excluſiuè. Huius Conciliabuli mentionem faciens Gregorius Siſenſis, Armeniorum Patriarcha, in epiſtola ad Haytonem Regẽ Armeniæ, ſic ait: *Interroga denique Cœnobitas iſtos; quid narret Albanenſis hiſtoricus? id planè, quod vniuerſo notum eſt Orienti; decem nimirum Epiſcopos in Theuinenſi Concilio permutaſſe totam penè legem, quę à Duo vſque Gregorio in nobis inuiolata perſtiterat: vnam quippe naturam in Chriſto conſtituerunt; & Trifagium illud, ſanctus Deus, &c. quod ſacrum* * *Concilium erga ſanctiſſimam Trinitatem decantandum, decreuerat, ſuperaddentes, qui crucifixus es pro nobis, erga Filium direxerunt.* Hæc ad Haytonem Gregorius.

Nierſes Aſcdarachenſis Armeniorũ primus Patriarcha, ſchyſmaticus, & hæreticus.

Gregor. Siſen. in Epiſtola ad Haytonem Regẽ Arm.

Albania, Prouincia maioris Armeniæ.

* Concil. Chalced. in fine primæ actionis.

Per-

ՄԵԿՆՈՒԹԻՒՆ
Վարդապետին:

Ներսէս աշտարակեցին հայոց Կաթուղիկոսն՝ եղեւ այն որ առաջապէս բաժանեաց զեկեղեցին հայոց ի յընդհանրական եկեղեցւոյն այլոց ուղղափառ քրիստոնէից: զոր ի սա ջինսն Թվին վեցհարիւր. ի քաղաքն դվին ազատ ժողով առան եպիսկոպոսաց, հրամանաւ անօրէն Պարսից պատճոյ. որ յայժ սիրէր զբաժանումն քրիստոնէից վն հաստատուԹԵ եւ ամ ման ԹագաւորուԹեն նւբնան: եւ ի նմին սահմանեաց հաւատալ ի քս մի բնուԹի: եւ զայլ բազում նոր կանոնս հաստատեաց, որք հակառակք էին կանոնաց սրբոյն մեծ ժողովոյն քաղ կեդոնի: եւ ճեպեցին ի նոյն բաժանուԹիւն վեց այլ հետեւող կաԹուղիկոսունք մինչ եւ ի յԵզր փառաւորեալն աեղին: Այլ ասէ Ղ-բնդոս ի սպասոյ կԹղան հայոց յիշուածն առնէ զբ-վնայ ժողովոյն ի Թուղէն, զոր գրեաց առ Հ-ԼԵուս Թագաւորն. եւ ասէ այսպէս Հայոց ի վանեցւոյ. Թէ սրպէս կուռանէն դիրքն զոր յուղարկեմք ի ժողովն. եւ կուռասէ աղաւնոյ պատուիրէն ի հոգեւ յաւիէն արեւելք: Թէ եւ պարսից Թագաւորն հրամանաւ տուն Նախնեաց ի դվին վտանգեցին զսրբոյն օրէնք Եկեալ էր ի սբ Ղ-բնդոսէ ի վեր. եւ դվին զմիմ բնուԹին: եւ զնոր ածն՝ զոր ժողովն ի սբ ԵրրորդուԹեն էր սահմանեալ. նա դվին զհաւչեցան ի դէմս սրդուց] զայս գրեալ էր առ Հ-ԼԵուս հայոց Թագաւորն՝ Ղ-բնդոս կաԹուղիկոսն:

Եղ ՈՒԵ

Peruaſerat itaque in Armeniam temporibus iſtis nefandiſſima Acephalorum hæreſis, bellua inquam illa ſine capite; quæ pluribus tamen in Oriente prodierat armata capitibus, inter ſe quidem pugnantibus, ſed in ſuſcipiendis ſacrilegi Dioſcori partibus poſt infœlicem eius interitum, atque in Chalcedonenſi ſacra Synodo oppugnanda, iniquiſſimè fœderatis. nec ſolùm inferiorem Syriam, Aegyptumque exiciali, peſtiferoque plurimarum hæreſum flatu iam illa corruperat per Seuerum Antiochenum Epiſcopum, hominem execrabilem, caput immanis huius Hydræ primarium, ex quo denominati ſunt Seueriani; qui * poſtquàm Antiochiæ in Religionem impiè debaccatus fuerat, infectatus à Iuſtino Imperatore, vt inficeret pari morbo Aegyptios, fugerat Alexandriam: verùm etiam alia plurima, ex hoc pullulantia, capita proferens monſtrum illud horribile, * nempe Iulianum, ex quo Iulianiſtæ, Gaianum, ex quo Gaianitæ, Theodoſium, ex quo Theodoſiani, Berſanium, ex quo Berſaniani, ac denique aliorum omnium peſſimum, Iacobum Syrum, ex quo Iacobitæ, maximam Orientis partem ſordidiorum errorum fæce conſpurcauerat. Turpis enim Iacobus *, eiuſque Sectarij, mortiferum impietatis ſuæ venenũ apud Armenios euomentes, & Syros ſuperiores, illud eorum animis virus infixerant, Chalcedonenſe Cõcilium fuiſſe Neſtorianorum Conuentum, ab eoque deſtrui quæcũque

Acephalorum Monophyſitarum hæreſis in Armeniam introducitur.

* Ex Libro in Breuiar. cap. 9.

* Vide Eutym in Panopl. parte 2. tit. 16. & 17. & Io. Damaſc. lib. de hæreſ.

* Niceph lib. 18. cap. 52.

SS. Pa-

SS. Patres, præsertim Cyrillus Alexãdrinus, contra Nestorianam hæresim conscripsissent, & in tertio vniuersali Concilio, Ephesino videlicet, decreuissent. quibus, aliisque huiusmodi dolosis artibus, calumnijs, atque mẽdacijs perditissimi impostores illi incautos Armeniorum, Syrorumque Populos adeò dementauerant, vt plures obsequium se præstare Deo putarent, si aduersus fidem catholicam fortes, immobilesque consisterent, eamque vitæ quoque dispendio oppugnarent. Hinc Armenij vniuersi, tum ipsius Iacobi, tũ posteà* Euchanij cuiusdam Mãdacunis falsis dogmatibus eruditi, Dioscorum, Eutychis collegam, vti martyrem acclamare cœperunt, maledictis verò insectari Synodum Chalcedonensem, quæ illum damnauerat; mox præterea, cum omnibus Acephalis monophysitis concordes, vnã in Christo naturam ex duabus factã esse post vnionem, prædicare; cum Theodosianis Theopatcitis, passibilem filij Diuinitatem asserere; atque cum Iulianistis, & Gaianistis Aphthardocitis, corpus Christi omnino incorruptibile, naturæque legibus minimè obnoxiũ fuisse, fateri; quamobrem* laudantes Seuerũ quoad cætera, in eo autem quòd Christi corpus corruptibile dixerit, ipsum reprobarunt.

Eutym. in panopl. part. 2. tit. 20.

* Vide Catalogũ hæreticorũ, apud Armenios manuscriptum.

ՀԱյոց. եւառն նոցայ հաւանաւալ. Թէ սբ սինհոդոսն քաղկեդոնի ընդունել էր ժողովարան ինչ նեստորականացն. և Թէ ամենայն էր զոր ինչ ամհնան հաստատեալ էին սբ հարքն երրորդ ժողովոյն ի վերոսի. և զորինչ վարդապետեսն Թէ գրեալ էր սբն Կիւրեղ աղէքսանդրացին ընդ դեմ աղանդոցն Նեստորի. ևայլ որոյ ի նմանէ այդպիսի խաբէութեանց, և ամբաստանեցին, և սրտոՒԹեցին՝ այնչափ մոլորեցուցին զժողովուրդսն հայոց և ասորոց. մինչ զի բազումք էին ի նոցանէ որք համարէին մատուցանել այ զպատարագս. եԹէ քալծադէս զինէին ընդ դեմ ոչ զարիսա համաւորն, և ընդ դեմ քաղկեդոնի ժողովոյն մինչ և ի մահս ՐՈմաեւ հայք այժմ համաւորացին չարսխաւսութեանց նոցայ և մանաւանդ բայ նէյ սրտոՒԹեցն Եւտիանէսի որպէս մանդակուհոյ որ, քան որս զրէ Եւտիխիոսն, խաբեայ գիտայ: և այնմհետև սկսան ընդունել և գովաբանել զՂեւոսկորոսն. և ի բաց մերժել ընդ վերջ զժողովն քաղկեդոնի, որ դատապարտեալ էր զնա: և ապա միաբանել լով ընդ միաբնակ Տակովբականացն. սկսան քարոզել. եԹէ երկու հաւատք եալ բնութեանն չի զարձեալ էին մի բնութի չեւս միաՀրութեն: և ընդ այն աշարչար Թէոդոսականացն՝ չար չարեալ ասէին զորդոյ այն այլն բնութեն: և ընդ անսպասիարհաւան Յուլիանոսականացն՝ ասէին, Թէ մարդկութեն չի եղեալ էր ամենևին ինն անապական, և եւս մերկացեալ ի բնական կրեցն այսոցիկ զոհանին բնութես մեր առանց մեղաց: զոր որոյ գովելով զՅեւէբոսն ըստ ինացեալ աղանդուԹեցն. մերժել ին զնա միայն զոր այսոցիկ, զի ասացեալ էր, Թէ մարդկութեն չի ապականելի էր երբեւ զիարս բայ ի մեղաց:

Enimuerò celebris eo tẽpore fuerat quæſtio illa, Alexandriæ inter Seuerum, & Iulianum, tametſi in impietate etiam tum cõcordes, exorta de corruptibili, & incorruptibili: quam Liberatus enarrans, hæc ait: *Requiſiuit quidam Monachus Seuerum, quid oporteret dicere, corpus Domini Noſtri IESV Chriſti corruptibile, an incorruptibile? ille reſpondit, ſanctos Patres corruptibile illud dixiſſe. Hæc audientes quidam Alexandrinorum, cum requiſiſſent Iulianum, in alio loco ſedentem, quid ipſe diceret de eadem quæſtione? ille dixit, ſanctos Patres contraria dicere. Horum itaque ſinguli ſtatuere proprium reſponſum volentes, ſcripſerunt libros aduerſus alterutrum: qui venientes in multitudine Ciuitatis, Eccleſiam illam diuiſerunt; & alios quidem fecerunt Corrupticolas appellari; verùm incorruptibilitatis aſſertores, Phantaſiaſtas. Timotheus verò*, Epiſcopus Alexandriæ, *magis ſententiam Seueri ſequutus eſt.* Libe. in Breuiar. cap. 19. Diſſentio inter Seuerum, & Iulianum.

Et ſanè quæſtio iſta, nullius licet ponderis, inter eos tamẽ Armenios, qui catholicæ fidei adhærere ſtudent, adhuc videtur irreſoluta; vtpote qui æquè timẽt aſſerere, Chriſti corpus fuiſſe corruptibile; cum ſcriptum ſit, *non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*; quare adhuc poſt mortem perſtitit incorruptum: ac fuiſſe incorruptibile; cum famem, ſitim, cruciatus, & ipſam quoque veriſſimam mortem, illud iam perpeſſum, fateantur. adeòque in ea hinc inde Pſal. 15.

hæſitantes, implicitoſque, eos ſæpenumerò reperire, expertus ſum ego ipſe; vt multis rationibus vix potuerim, expulſa perplexitate, ipſorum intellectum in ſani dogmatis certitudine confirmare. Non grauabor idcirco, ad ſolatium eorundē, S. Ioannis Damaſceni germanam huius rei ſolutionem obiter huc afferre: nam grauiores aliæ quæſtiones opportuniorem à nobis diſcuſſionis locum poſtulant in ſecunda Parte.

Damaſc. apud Eutym. in panopl. p. 2. tit. 16.

Corruptionis nomen, *inquit Damaſcenus*, duplicem habet ſignificationem. Significat enim humanas has affectiones, famem, ſitim, laborem, clauorum ictus, mortem, ſeu animæ à corpore ſeiunctionem, & alia eiuſdē generis: qua quidem ſignificatione corpus Domini dicimus corruptibile; hæc enim omnia ſponte ſuſcepit. Significat etiam corruptio perfectam corporis in elemēta, ex quibus compoſitum eſt, diſſolutionem, & interitum. hanc Domini corpus non eſt expertum; vt ait Propheta Dauid: Quoniam non relinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Priore ſignificatione dicere Chriſti Corpus ante reſurrectionem incorruptibile, vt ſtulti homines, Iulianus, Gaianuſque ſentiunt, impium eſt. Nam ſi eſt incorruptibile, non eſt eiuſdem eſſentiæ, qua nos ſumus; & opinione, non veritate facta ſunt, quæ narrat Euangeliū, nempe famem, ſitim, clauos, lateris vulnus, & mortem; quæ ſi opinione facta ſunt, fictio & ſimulatio

Chriſti corpus corruptibile fuiſſe, quo ſenſu intelligendum ſit.

ՃԼ
15
ՃԽ
16
ՃԾ
17

ջնաթատակէս , այլ առաչօք գործեալ
էր զրկինչ ասէ աւետարանն. յր. զկոր-
ծեաւ քաղցին. և ծարաւ՝ին. և բէ՛ էուաց
և խոցն կողմանն . և զմահուանն : եւ
ԷԹԷ սրբոյ առաչօք էին • ապա խոր
հուրդ մարդկային փրկու-ԹԷն սուտ
լինէր և կէղծաւորու-Թի : և ոչ ջնմար
տու-Թ , այլ կարծեօք բանն էղեալ էր
ամբդ : և ոչ ջնմարտանալէս , այլ կար
ծեօք փրկեալ էաք : խակ գնացէն ա-
ռաղէն այսպիսեացս , և՝ի փրկու-Թենէ
զրկեացին : Բայց՝ ըստ յետագոյն նշա-
նակու-ԹԷն և մեք և ս խոստովանիմք
զմարմինն քի անապականն , և զերծե-
ալ՝ի կորուստենէ . ոյզ և սբ հայրն աւ-
անդեցին մեզ : Թևպէտ և յետ յարու-
ԹԷն և ս ըստ առաքելոյն նշանակու-
ԹԷս ասելով զմարմինն քի առնեւին
անապականս բանզի առէրն մեր՝ի ձեռն
մարմնոյն Ի-ու յՀոգհեաց մարմնոյս մե
ռու մ ոչ յարու-Թի , և յետ սրբոյ զանա-
պականու-Թի . վ զի և ինքն էղև մեզ
առաջին պտու-ղ յարու-Թէ , և անա-
պականու-Թէ , և անչարչարելու-Թէ :
զի որպէս ասէ առաքեալն Պօղոս .
պարտ է՛ ապականսս-Թէս այսմիկ զգե
նու-լ զանապականու-Թի :] Հ՚Ղսպէս
Ղ-ամասկացին :

Եւ սրդ՝ Թևպէտ՝ի յաո՛ու-ս չարա
միտս Հ՚Ղտարակեցոյն օրհնեալ ազգն
հայոց անկաո՛ ՚ի վերոյգրեալ հեր
ձուա-ծողու-Թենն . սակայն յետոյ ՚ի
յաո՛ու-ս ուղղափառ կ՚Ըանն էզեն միւս
անգամ կանխնեցան հայք ՚ի նոցանէ .

est humanæ salutis mysterium ; & opinione , non veritate factus est homo ; & opinione , non veritate seruati sumus . Sed abeant , qui hæc dicunt , & salute spolientur . Altera verò corruptionis significatione Domini corpus incorruptibile , & ab interitu liberum confitemur ; quemadmodum diuini nobis Patres tradiderunt . quanquam post resurrectionem priore etiam significatione Domini corpus incorruptibile dicimus . Dominus enim per corpus proprium nostro etiam corpori resurrectionem , & posthæc incorruptionem largitus est : ipse resurrectionis , & incorruptionis , & impatibilitatis primitiæ nobis factus . oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem , vt diuus ait Apostolus .] Hucusque Damascenus . 1.Cor.15

Et hæ quidem tunc temporis erant hæreses Armenorum ; qui eadem vnà cum prædicto Theuinensi Conciliabulo haud multò post in sua Charnensi Synodo detestati , ad pristinam vnionem cum Ecclesia Catholica rediere ; quamuis deinde in hos , & peiores errores iterum relabi , iterumque resipiscere , frequenter consueuerint ; vt suo loco , & tempore dicendum occurret .

քանզի՚ի ժողովէն կարծեց սրաբեռնու-Թի ընդ կաԹու-ղիկէ եկեղեց-ոյն . և նզովէցին ղՀաբաժողովէն Ղ-վեայ : և այսպէս ըստ առաքինու-Թեան , կամ Թէ չարու-ԹԷ կաԹու-ղիկոսացն եւ-բեանց՝ բազում անգամ բաժանեցան , և միաբանեցան : ըստ սրում և յետոյ պատմելոց եմք ՚ի դ-իպուկ տեղի և ժամանակի :

Armenij, Concilium Chalced. repudiantes, à Deo puniuntur.

Illud verò præ cæteris animaduertendum hic arbitror: nimirùm post tempora Chalcedonensis Concilij, quod planè sicut Ecclesiæ Catholicæ contra pestiferos Eutychetis errores antidotum tunc præbuerat saluris, ita posteà è contrario incautis Armenijs perniciosissimi fuit occasio schismatis; tunc, inquam, ad vltimum penè excidium peruenisse non modò Regnum, verùm etiam Ecclesiam eorundem Armeniorum, quæ adhuc quoad spiritualia, & Conciliorum celebrationes, Persis obtemperare miserrimè cogebatur; manifestum profectò diuinæ vltionis indicium: quod non solùm sacrosancti Armeniæ Præsules*, magnus Nierses, & religiosissimus Isaac, longè ante prænunciauerant; sed & sanctus ipse Gregorius, Apostolus eiusdem Armeniæ, in fœdere vnionis Romæ inito, iuxta traditionem Armenam, cum Beato Papa Siluestro, imprecatus fuerat illis verbis: *Hoc autem fœdus, inter has duas initum Nationes, firmum vsque ad seculi consummationem persistat; quicunque verò ab illo se subtraxerit, sit à sancta Christiana fide discissus; Cainique, Iudæ, & Christicidarum Sacerdotum maledictionem incurrat.*

Porrò quid de præsenti Ascdarachensis, peruersi Patriarchæ, tempore proferemus? Vix propemodùm ab execrabili eius Conciliabulo iniquæ damnationis sententia in Chalcedonense Concilium lata

* Vide supra, in pag. 57. 64. & 33.

իա 21

Եւ ասա պիտի է՛, զի որպէս այն ընդդէմ սրբոց հարցն՝ արարեալ էր ընդարմատուն կաթուղիկէ եկեղեցւոյն քրիստոսանուէր հաւատոյ՝ զերծ եղեալ վնաս ի չար աղանդոյն Եւտիքեայ և Դիոսկորոսի. այսպէս և պատճառաւ նորին եղև բաժանումն և հերձիք հայոցն ի նոյն կաթուղիկէ եկեղեցւոյնէ. ոչ կամելով հայք ընդունել զայն ժողովն. անկան այնուհետև ի բնաւ ին կորուստ. և ամենայն պատուհասեցանէին, և կորեաւ ամենեին թագուհին երեանց. այլ և ի նիկղեցին հայոց այնուհետև բռնադատեցաւ հնազանդել անօրէն սէրուբէին պարսից ըստ յառնելոյ զնկեղեցական ժողովս, և ըստ այլ հոգևոր երկայնաժամ լռեան կատարելագործ մարդոյ բնուհիք սրբոց նախահարցն հայոց, մեծին Նէրսէսի, և երանելոյն Սահակայ. զգեաց անկման թագուհիք և քրիստոսանուէն հայոց: և մանաւանդ անդրադարձեալ հայք զմիաբանուհին, ընկալան զանէծս սրբոց լուսաւորչին իւրեանց զբնիկսն որ ի Թուղքն ոչ շանց առացեալ էր այսպէս: Ձայս ուխտագրուհի միաբանուհէս հաստատուն կացցէ ի մէջ երկուց ազգացս մինչև ի կէտ կատարած ի աշխարհիս. որ քակէ զերկայնայիս յայսմ վճռէս, որ շնալք լինիցի ի քրիստոսանէական հաւատոց. և զանէծս կալցեն, յուդայի և դատաստան քահանայիցն Հրէից:]

Ձայդ՝ զինչ առասպուհս Ղազարաւանական ժամանակին Նէրսէսի ոչ առարկեցոյն: զի յորժամ ի դիմայ չարաժողովնորին դատապարտեալ էր սրբազան ժողովն քաղկեդոնի. և մեռեալ էր յաշխարհին հայոց հերձուղ

ած-

ած-ողոՔԵՆ Եւ-ութիւեայ յղգս միոյ
քսոՔԵՆ ։ Ի նմին ժամանակի . Ի յա՛ր- խդ
ուրս ՀԱՀաստատեսոյն կայսերն . ՇԷնի 24
տացիքն , որ է՛ ազգ ինչ ՀԱրաբացւոց ,
Ելին զօրօք բազմօք և տապատակէցին
զմիջագետս , և զհայաստանս ։ որպէս
գրէ Նիկեփորոն Ի.գԺ.անՔԸ գ-գիրսն.
և Ի յ. Լ. և . Է.ԼՔԸ գ. գլուխն ։ Նոյա և
Ի յա՛ր-ուրս նոյն Կայսերն . որ էր Ի Թվ
ին փրկչին շ . և Է Ժ . անին . ասէ ՀՄարկէ-
լինոս Ի պատմագիրքն իւր . Թէ զօրքն
Հնոյց մտեալք Ի յաշխարհն Հայոց ,
և և կապադովկացւոցն , որոց մետրո-
պօլիտանն Էպիկոպոս կի
ւրացին Հաստատեին Եւ-ութիւեայ . ան
պատահեցին զերկոքին աշխարհն զայն . իե
և Հասին մինչ և Ի Լիկաւնեաւ : Եւ ոչ 25
Թէ Հայք միայն և կապադովկացիքն
յոյժ ամ պատժեցան չար մի այսպիսի
մոլորուԹեան ; այլ և ա՛ մինչ դեռ նորա
կրէին զչարչարանս յօրում Ի ձեռն Հո-
նոց . ասէ Լիւդրէնոս պատմիչն Ի Ժո-
ամանակագրուԹեն իւրում . Թէ քան
կնչէր աղէքսանդրեայ քաղաքին , մի ոչ
Թողոյ Հաչել երբեք զշուն ընդ դէմ
քաղկեդոնի ժողովոյն , անկան և նոքա
Ի պատուհասն , գրեալ Ի նմանէ այս
պիսի բանիւ ։ Ի նմին ժամանակին .
ասէ . այրք բազումք , և կանայք , և
տղայք աղէքսանդրեայ քաղաքին՝ սաստ
կապէս այսահարեցան . և Հանապազ իզ
Հաչէին որպէս շուն՝ և ահա՛ որ մարդ 26
ինչ երևեցա՛ ումեմն Ի տեսլեան . և
ասաց . Թէ այս պատուհաս Հանդէպ
սէբեայ քաղաքացւոցդ . մի ղի դասուց
պարտեցին զԺողովն քաղկեդոնի ։]

Եւ զսոյն այս գրէ և ՀՎռաստա-
սիոս գրատուՀնապանն Ի ժամանակա-
գիրքն իւր ։ որ և դարձեալ ասէ . Թէ այն
պիսի պատուհասն ոչ էղև առաջ

ղէ յաղգս

lata fuerat , & obrepere cœperat in Armeniam hæreſis Acephalorum ; cum , ijſdem ferè temporibus , Anaſtaſio 1. Orientis Imperium obtinente , *Scenitæ barbari* , inquit Nicephorus , *incurſionem in Meſopotamiam fecerunt ; Armeniam quoque , & vtramque Phœniciam populati ſunt* . Sed & anno ſalutis 515. eodem Anaſtaſio Imperante , Hunni , vt teſtatur Marcellinus , Armeniam iplam iterum affligentes ; & Cappadociam , cuius Eccleſiæ Metropolitanus Epiſcopus erat Sotericus Cæſarienſis , Eutychianorum Princeps , deuaſtantes ; vſque ad Lychaoniam peruenerunt . Nec pro ſcelere tanto ſoli Armenij , atque Cappadoces , meritis pœnas tunc luère ſupplicijs ; ſed donec illi , refert Cedrenus , per Hunnos affligerentur , Alexandrinis , qui canum inſtar oblatrare contra eandem ſacram Synodum minimè deſiſtebant , hæc itidem mala diuinitùs accidiſſe : *Eodem anno* , ait , *Alexandriæ viri plurimi , itemque mulieres , & pueri , grauiter à dæmonibus verberati , aſſiduè latrabant . in ſomnis autem cuidam terribilis quidam apparuit , dicens , Ciuibus hæc ob damnationes , in Chalcedonenſe Concilium editas , accidere .*

Scenitæ. Gens vaga in Arabia deſerta. Vide Plin. lib. 6. c. 18. & lib. 5. cap. 11. Niceph. lib. 16. cap. 35.

Marcell. in Chronico apud Baron. t. 6 an. 515.

Cedrenus in Annal.

Similia quoque tradit Anaſtaſius ; qui inſuper addit , hæc non ſine fructu contigiſſe ; ſiquidem eodem tempore Monachos hæreticos , recantantes palinodiam , ſcripſiſſe quatuor libellos conteſtationis ; quo-

Anaſtaſius bibliothecarius in Chronico .

rum

rum duos Anastasio Imperatori, tertium Præfectis Prouinciæ, quartum verò Ioanni Episcopo Hierosolymorum obtulere; contestati, se Chalcedonensem sanctam Synodum amplexari, detestari verò Seuerum cum suis Sectarijs, & in promptu habere, mortem oppetere pro fide Catholica. Sed & Illyrici Episcopos, subdit, misisse Romam Catholicæ fidei confessionem ad Romanum Pontificem.

ԻԵ 27

պատուիրն ժամանակաւքն զղէբասանուեալ
որք էին հերձուածողաց ոչխժամ եղեալ
ուղղափառաց. գրեցին ընդ Յոհաննէս.
յորում վկայեցին ընդունել այնուհետև
և ղժողովն քաղկեդոնի. և մերժել զԱն
էթեոն ընդ հետևակսն նորին. և պատ
րաստ լինել առ ի մեռանել վասն ճշմարիտ
հաւատոյն. ի նոցանէ Յոհաննէս առաք
քեցին զերկուս առ կայսրն Հռոմայեցւոց
սիոս. և զերրորդն առ Եպիսկոպոսն
այնր գահաւորին. և զչորրորդն առ Յո
հաննէս, եպիսկոպոսն Երուսաղէմի. ես ի նմանէ ժո
ամանակի. ասէ նոյն պատմիչն. Եպիսկոպոս
դարձեալ ասացեալ աշխարհին առաքե
ցին զդահ անուն ի ուղղափառ հաւա
տոյ առ պատն Հռոմայեցւոց:

Nierses Ghel. in elegiaco Carmine, n. 540. deplorat Armeniorum calamitates.

ԻԶ 28

Եւ արդ՝ զինչ տակաւին աշխատեա
ցուք երկարել զբանս մեր. ի վերոյ պա
տմեցաքն հայկազեան ազգի՝ զոր ոչ
կամելոյ ընդունել զչորրորդ տիեզերա
կան սբ. Սինհոդոսն քաղկեդոնի. էր
ետ բանս կաթուղիկոսն Հեբեդա կոչե
ցին արտասուաթոր աչօք յիշեցուցա
նէ ինքն զնոսա ասմ, մի ըստ միոջէ.
և ի վիպասանութեանն իւր ասէ այս
պէս:

Ողբ տեսութեան գուշակեալ.
հարցըն մերոց նախատացեալ:
Ըզբարկութեն անտի սկանալ.
և մինչ առ մեզ ոչ կատարեալ:
Քանզի պատուոյ յայնժամ տկրեալ.
տանըս հայոց Թագաւորեալ:
Մակաբ իշխանք ինչ ատրացեալ.
յատուր տեղիս ըմբռնացեալ:
Եկեղեցիք հրձիք եղեալ.
մանկունք նորա ողբալք ցրուեալ:
Պայծառ զարդ ուրբն խորհնացեալ.
կատարն Թուխ նշանակեալ:
Էտկ յետ ատաց այն ինչ անցեալ.
ժամանակացըն երկարեալ:

Nierses Ghelaiensis Armenus, sexagesimus tertius Patriarcha, atque in iplorum liturgia inter sanctos quoque commemoratus; qui ea omnia, singulisque illata temporibus, in suo elegiaco Carmine enumerauit, amaroque deplorauit animo, versibus hisce:

ԻԷ 29

Hæc nobis mala primi Patres nostri præsagientes vaticinati sunt:
Diuinam scilicet indignationē, quæ sub inde exorsa, ad hęc vsq. tēpora durat.
Nam statim Persarū Reges Armenis domibus dominati fuere,
Quique pauci manserant Principes, munitis in montibus concluſi.
Ecclesiæ nostrę igne consumptæ sunt; iuuenes earum in luctu dissipate:
Decor ornamēti sui deperijt, vt abscōditū illud sub nigro velo significabat.*
Tandē post multos annos imminuta sūt mala, Armeni spiritum resumpserunt;

* Innuit visionem, Isaac Patriarchæ diuinitus reuelatā, vt superiùs dictū est.

փոքր ինչ չարչն աղօտացեալ.
հայոց ոգն և շունչ առեալ.
Բարբառունեաց Թագաւորեալ.
և մանաւանդ հայոց տիրեալ.
Ոգւոյ արձնեալ մեղայ մեր զարթուցեալ.
զհարուածն այնն աղգըն շարժեալ.
Որոց էմահմետեանն մոլորեալ.
կոյր և կուրաց առաջնորդեալ.
Նախ ըզպարսից աթոռն առեալ.
արևելից տիրապետեալ.
Ձապա՛ի մեզ հուր այն վառեալ.
և զընդանուրըս ճարակեալ.
Եւ յետ սոցա այլ ազգ ելեալ.
յանապատէ ինչ հեռացեալ.
Զրծնից նորին հաճասացեալ.
մոլորչացն ըզհետ եղեալ.
Համայն ազգին Թուրք անուանեալ.
՚ի քսան և չորս ցեղ տրոշեալ.
Օխմանու-Թի՛ տաճկաց առեալ.
Թէ և կրծնեալ հաճասարեալ.
Եւ ընդ աշխարհս սատրածեալ.
Ծովու յայսկոյս հանուրց տէրեալ.
Զոսկերըս մեր ըզտրցայեալ.
զոր էր նախկին յապստյ ծըծեալ.
Զ՚Կոստաթըն սոցա կլեալ.
և Զռհոմ-ուչ նման մանրեալ.
Զի՛ և հասոյր Թէ՛ ոչ անկեալ.
անապատս յարևանցըն զոր հեղեալ.
Զյաւ ծառայեցն անպին գերեալ.
և կամ յայտնին որ վաճառեալ.
Զյաւ ըզգոյից յարիշտասկեալ.
որք ընդ Ձեռամբ Նորին անկեալ.
Որոց այնպան աղբատացեալ.
որպէս յերկաթ դոլով կապեալ.
Թ-ողից ըզչարն մեծ-ացեալ.
զհոգոց կորուստըն գործ եղեալ.
՚Ի հաւատոյն ուրացուցեալ.
կամ չար գործ-ովք ապականեալ.
Զրդ այսպիսի սրօք ասնջեալ.
զանն մեղայ մեր դառնացեալ.

ղէ. ՚Ի էմ

Cum Regem habuerunt Pacratidem,
qui in vna Armeniæ Parte dominabatur.
Sed iterum scelera nostra emerserunt,
ac Gentem Meridionalem concitarunt.
Surrexit cum suis erroribus Mahometes, cæcus, & dux cæcorum factus:
Qui primùm Persarum occupans Imperium, Orientales subegit;
Deinde tanquam vorax ignis in nostram perniciem exarsit.
Post hæc è remotis, desertisque locis alia egressa est Natio:
Gens, inquam, Turcarum, eiusdem seductoris sectam secuta.
Hæc in viginti quatuor diuisa soboles,
Sarracenorum, quorum Religionem profitebatur, potita est Imperio;
Mox diffusa per Orbem, quicquid citra mare fuit, sub se subiecit ditioni.
Atque ossa nostra, à priori Gente illà pressa, & exhausta,
Veluti Draco vorauit, quasi Leo contriuit.
Innumeri namque fuerunt, innocens quorum sanguis effusus est;
Quique seruituti addicti, aut venditione dati sunt mancipio;
Vel quorum opes direptę in potestatem peruenere raponum;
Vel qui omnino depauperati, ferreis sue catenis obstricti sunt.
Omittam; quod malum peius, animarum inde iacturam consequutam,
Quæ aut à fide * desciuerant, aut prauis operibus inquinatæ sunt.
Ob nostra sanè crimina hac fuimus clade afflictati,

* Armenij à fide defciuisse dicuntur.

Quæ

Quæ à ſancto vſque Iſaac ſuborta, non dum nobis fine clauſa eſt.
Quoniam de Terra, vbi nati ſumus, eiecti, è Patria noſtra propulſati,
In Oris peregrinamur alienis, omnium rerum noſtrarum obliti.
Regionem noſtram Exteri deuorant in conſpectu oculorum noſtorum.
Ab inſana diuexamur Gente, nec dum tamen à peccatis erigimur.
Sedes Pontificia, ex qua lux oriebatur, iam offunditur tenebris:
Procul ab ea facti ſunt Rectores, per extraneas Regiones errantes.
Gens, quæ Regali priùs gloriabatur corona, nunc plebeijs poſtponitur.
Qui pluribus dominabantur Prouincijs, panẽ ab eſuriẽtibus queritãt. &c.]

Patriarcha lem Armeniorũ Sedem tenebris offuſam eſſe poſt ſchiſma, ait Ghelaienſis, Arm. Patriarcha.

Hæc Patriarcha Ghelaienſis Armenus. Atque poſt illum, & quidem noſtram magis ad rem, eaſdem Armeniorum miſerãdas calamitates, fructus hæreſis amariſſimos, inconſolabiliter iterum deplorauit ſanctiſſimus Epiſcopus, Nierſes Lampronenſis, Oſcini Principis Armeniorum filius, & ipſe quoque in eorum Mænologio celebratus; qui in oratione ad Patres Armenos Tarſenſis Concilij, poſtquam catholicos Armeniæ Patres recenſuit, ſummiſque laudibus celebrauit; ſermonem conuertens ad hæreticos, hæc alia proſequutus eſt:

Mænol. Arm. die 17. Iulij. Nierſes Lampronenſis, in oratione ad Patres Armenos Tarſenſis Concilij.

At quòd alij rurſus fuerint, qui aduerſum hos contenderunt: & ipſe quidem ſcio, & verborum eorũ virtutem agnoſco, nec ſum ignarus. quapropter & illos deprehendo, ſiue ſanctos dicant, ſiue doctos, in charitatis

ritatis tamen lege, veritate minimè
decoratos: qui haud ſibi aſcripſere
pro culpa, Eccleſiæ Chriſti vnitatẽ
animo peruerſo deſtruere; vnde & in
hoc ipſum ſeſe merſerunt impuden-
ter. quibus parcat Deus veſtris ora-
tionibus ſecundum hanc magnam
peccatorum partem, & errorum; nec
amplius peſſimum huius illuuiei ma
lum augeſcere ſinat; cuius non alium
inſpicimus fructum, niſi ſo um no-
minis Chriſti contemptum; & quo
plures iam inquinatos intueor, & la-
crymis ingemiſco; quia ex frequen-
tiori vſu natura iplorum odium facta
eſt aduerſus alias Chriſtianorũ Gen-
tes, & Eccleſias. quapropter prauũ
inimicitiæ fomitem iniquis blaſphe-
miarum verbis exaturantes, Chri-
ſto fieri videntur exigentia vindictæ.
O miſeriæ calamitatem. quin & ſi ac
ceptabilem articulorum fidei confeſ-
ſionem ab alijs audiant; nolunt ta-
men in charitate humiliari; ſed po-
tiùs ad alias verſi opiniones, ſi illi, in-
quiunt, noſtra odio habent, idcir-
co & à nobis ipſi quoque odio ha-
beantur. Et quidem ab illis fortaſſe
ſeſe abduxit Tentator, & apud vos
ſolummodò ſtruit dolos, maximè,
quia vos ab illis, non illi à vobis ſcin-
ſi ſunt; vos illos, non illi vos ab ini-
tio dimiſere: atque, vt Apoſtoli ver-
bis vtar, vos oleaſter ſylueſtris con-
tra naturam exciſi eſtis à bona oliua.
non enim vos illos, ſed illi potiùs,
radix cum ſint, vos olim portabant
ſufferendo; at nunc, cum non ſimus
tales, quales antea, infirmati ſunt &
illi ad legem amoris, hæc pro mate-

Armenorũ hæreticorum pertinacia; & odium in Catholicos.

ria accipientes. *Et inferiùs item.* Reijcite procul à cordibus prauum theſaurum, qui nobis diuerſas peperit calamitates. Sed quas? Ecquiſnã eas valeat recenſere? Hinc cœpimus eſſe ſine Rege, ſine Principatu, miſerè ſub Gentilium redacti dominiũ. Conſtitutiones noſtræ, ſub ſchiſmate exiſtentes, prauæ radicis germina peiora eſſe cœperũt. Populi noſtri, inſipientes; Principes, locij, furũ; Eccleſiæ, ſpeluncæ, atque alienigenarũ tabernæ; aliaque permulta, quæ quidẽ percurrere verbis, menteque recolere, difficile admodùm eſt. *Et poſt alia demum.* Prætereà & alijs cauſis; quandoquidem illi Chriſtianæ fidei, & conſtitutionum Eccleſiaſticarum, ipſorumque Apoſtolorũ fundamentum, ac principium præſeferunt, idque throno imperturbabili; nos autẽ quodcunque habemus, ab illis mutuatum accepimus. ij ſapientiæ culmen adepti ſunt, atque à Paulo Apoſtolo irrigati, floruere: ſacri etiam libri, qui apud nos, ipſorum ſunt, & ſcripta, Patrum eorum. illis thronũ Regni, fidei Chriſtianæ robur, & columnam, Chriſtus largitus eſt: Apoſtolo atteſtante, quòd cum ipſorum Principatus occiderit, Chriſti Regnum ſempiternum dominabitur: non dum, inquit, Romanorum auferetur dominiũ; non dum aduenier homo iniquitatis, filius perditionis, qui à Domino IESV Chriſto diſperdetur. vides iam, quantum teſtimonium perhibeat Patriarcharũ Apoſtolus, hæc dicens. non quòd ipſe inter ſpiritualia, ac de Chriſti imperio glo-

Pœnæ Armenijs à Deo inflictæ propter ſchiſma.

Beneficia à Deo collata Catholicis.

xiſtimo, Gregoũ Armeæ Epiſc. c Apoſtolum ap llari.

ասաի սկսաք լինել առանց Թադաւորն, և իշխանութե: յայսմհետէ էղաք ստրուկ հեթանոսաց առբուքե. կարգք մեր ի բաց հատեալ, ազբիւրք չարին արմատոյն սկսան սին սաղարթիւքն լինել: ժողովուրդք անիմաստք. իշխանք դողակիցք գողոց. եկեղեցիք պանդոկք և մաքսատունք օտարաց: և այլ բազումս, զորս դժուարն բանս Թուել, և ընդ անձին ոգորել.] Եւ ի վերջն վերատին ասէ: Դարձեալ և այլ պատճառս, զի հինն, և սկիզբն հաստատուց բրիստոնէից, և կարգաց, և նոյն աշխարհն նորա են. և զայս ունին անշարժ ամուրիք: և մեք զորս ունիմք. ի նոցանէ ունիմք: մայր ս նուաճեցան խնամութե. և յետ այսորիկ ի գործոյ ոտիկեալ ծաղիկեցան: Դարբք որ առ մեզ ամաչուչք նոցա են սէպհական. և հարց նոցին ասացեալ: նեցուկ և սիւն հաստատուց բրիստոնէից զամենայն Թագաւորութե նոցա եւս քս. ըստ վկայութե աշուաքելոյն. Թէ յորժամ նոցա վարձանելն իշխանութիւն դադարի: քն մշանչենաւորս արբայութի տեսի: ամենչ չե. ասէ. բարձցի հոսով մայնչուց առբութիւն. ոչ եկեսցէ մարդն անօրէնութեան. որմէն կոր առեան, որ ի մէջ չէ քէ ոչ առնէ: տեսանես. Թէ որքան վկայ է աշուաքեան նահատակաւորն Թեոդ զոյս ասելով: ոչ Թէ զմարմնաւոր իշխանութիւնն յարգեմ ի մէջ հոգեւորացս, և քն առբութէն սարսռելոցս. այլ ցուցանեմ խնամն անոց. Թէ և զմարմնական ամենայն ընդ հոգեւորին կատարէն այ: սակս այսորիկ և զկարգս նոցա եկեղե-

յոյժ վայելչութիւնք անխափան . և պինդ հաստատուն ի փառս այլ : Իսկ մեք թէ արդեան յանխնամատ Թագաւորացդ վիճակեցաք. կամ օրպէս յան միտս իշխանացդ տապալեցան կարգք մերոյ Եկեղեցւոյ . անդուստ ի սկզբանէ տեղեակ էք ի պատմութեանցն : և չէ ամօթ զգրեալսն՝ առ ի պէտս ուղղութեան : և այլն :]

Զայդպիսի ոսկեբաման խօսք արտաբերեաց առաջի տարօնն Ժողովոյն՝ այն երջանկափառ և աճապարն սբ այրն Հռիփսէս լամբրոնացին, փառք և պարծանք Եկեղեցւոյն հայոց : և ջօրութիւն բանիցն նորա այնչափ շաւիղ եղև նոյն սիւնհոդոսին առ ի ակն միաբանութիւն , և յաւելութիւն առաջադոյն բաժանմանն . մինչ զի յօժարական կամօք և մեծ աճապարանօք ընդունեցին զայն ինչ բան ուղղափառ հաւատոյ , մանաւանդ զի ոտքն քաղկեդոնի՝ յր. ղէոդորոսի առնեղեսացւոյն սիւնհոդոսն , որպէս և յոյնք խնդրեալ էին ի հայոց : բայց յետոյ սակս վաղ ձանման կայսերն Մանուէլի՝ ոչ հաստատեալ ճառդ այն միաբանութեին : զսա որոմ և մեք պատմելոց եմք ածա խապէս ի տեղի նը :

Եւ դարձեալ՝ պատշ է մեզ այժմ գնանել զայլ մոլորեալսն սահմանն հաստատեալ ի չարաժողովն դվինայ . յոր ղարս տէրունական ծննդեան , և յաղագս խաչելոյնն : վասն որոյ դիտելի է. զի Հոթան վրիսնձեցին գրանկայ և պնակոպան զրէ ի յ. Է. երդ գիրսն . և . լիւ. գլուխն . Թէ Եկին առ սբ պապն Հռոմայ Եւգենիոս երջանիկք ոմանք առաքեալ ի հայոց . և պատմեցին նմա . Թէ յայնժամ որ վայ էին հայք ածնախմբել զոծն ծնընդեան

ղԹ պեան

gloriantes , ſecularem magnificiam principatum; ſed vt ſapientibus oſtendam , quòd illi & ſeculari potiuntur throno vnà cum ſpirituali , voluntate diuina . quamobrem in Eccleſiæ iplorũ ordinibus decora eſt immutabilitas, ac mutationes quidẽ ad maiorem gloriã Dei . Nos autem quot Reges inſipientes ſortiti ſimus , aut quomodò fuerint Eccleſiæ noſtræ leges à ſtultis Principibus confuſæ , iã in hiſtoriarũ libris eruditi eſtis : nec erubeſcere ſcripta debemus , ad finem correctionis . &c.]

Hactenus diuinus ille , perpetuoque laudum præconio celebrandus , Lampronenſis , totius Armeniæ decus , & corona . Cuius quidem verbis vniuerſa Armeniorum Synodus illa ad ſchiſma deteſtandum ãdeò permota fuit ; vt , vnionis cum Eccleſia Catholica perficiendæ deſiderio , ſingula rectæ fidei dogmata , à Manuele , pijſſimo Imperatore , ſibi propoſita , lubenti , alacrique animo ſuſceperit , & amplexata fuerit . quanam verò de cauſa ad perfectum finem tunc res illa perducta non ſit : vbi hæc omnia maiori fulcientur teſtimonio , ſuo loco * dicetur .

Cæterùm , quod attinet ad reliquas illius Pſeudoconcilij Theuinẽſis nugatorias ſanctiones , de dominicis feſtis celebrandis , ſtultèque appoſita Triſagio appendice , & id quodammodò diſcutiendum hìc erit . Otto Friſingenſis Epiſcopus tradit , ab Armenis quoque Legatis Eugenium III . Romanum Pont . monitũ fuiſſe , feſtiuitates Natiuitatis , & Epi-

* Vide infrà in actibus Conc. Tarſenſis circa finẽ .

Otto Friſ. Epiſc. lib. 7. cap. 31.

phaniæ Domini in Armenia, vna ſimul die, nempè 6. Ianuarij celebrari ſolere: qui ſanè abuſus in hodiernum vſque diem ibi firmiter retinetur: nec obſtat, quòd in quatuor Armenis Concilijs generalibus eorum Eccleſiam ſemper aduertiſſe deprehenderim, ſe in harum celebratione feſtiuitatum errare, emendationemque ſuſcipere ſtatuiſſe: & primò quidem in Concilio Charnenſi, ſecundò in Tarſenſi, tertiò in Siſenſi, quartò demum in Adanenſi, vt infrà in hiſtorijs, actibuſque horum Conciliorum videri poterit, triumprælertim poſtremorum, quorum acta afferentur integra.

Appendicem inſuper illam, *Qui crucifixus es pro nobis*, Triſagio primùm ſuperaddidit, teſte Nicephoro, Petrus Cnaphæus, & poſt illum deinde Seuerus, vterque Antiochenus Epiſcopus, à quibus Theopaſcitæ, aſſertores ſcilicet paſſæ diuinitatis, duxerunt originem. vnde ter illud Sanctum Trinitati diuinæ adapratum, ita deinceps decantare maluerunt: *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miſerere noſtri.* Hoc ipſum poſteà Iacobus Syrus deriuauit in Armenos, vt idem Nicephorus auctor eſt; ait enim: *Iacobus, Syrus genere, Petri Cnaphæi, atque Seuери dogmata apud Syros, & Armenos propagare cœpit.* additque inferiùs*: *Cnaphæi Petri Appendicem Terſancto hymno annexam amplectuntur.* Vnde Nierſes iſte Aſcdarachenſis, Armenus Patriarcha, quem, vt

Niceph. lib. 18. cap. 51.

ibidem cap. 52.

cap. 53.

ex Ba-

խէ 45

խզ 46

խէ 47

դեան և գիտուրեալ ան՝ ի միում աւուրի
ուրբաթաբար վինն: իսկ մեք յոյժ զարմանամք, վս միասին սովորութեան այսպիսի՝ ի մէջ եղոյս միտել և ցայս օր: վս զի պատճառ ի դնեան եղեալ, որ հայր՝ ի ջրոս ուղղափառ ժողովս եղոյց միշտ դիտողացան, մէ այնպիսին ան անդորձին է՝ սուտ ուսան և բարուք անպատահանելին բառնալ զնա՝ ի մէջոյ եղբեանց. և նախ՝ ի կարնոյ ժողովն: և երկրորդ՝ ի ժողովն տարսոնի: և երրորդ՝ ի սրսոյ ժողովն և չորրորդ՝ ի ժողովն սամոսա. զոր ամ ժողովն մեք պատահաբար գտեալ՝ ի ամէնին եղբեանց

Եւ դարձեալ գիտելի է վս խաչելոյն, որ վերաբերեալ էղև երկիր սրբոյ անուն, մէ ըստ որում պատմէ Եվեկեփորոսն՝ ի յոյն. երրորդ գիրսն. և՝ ի յոն. գրոխն. զվերաբերութիս զայս առեալ հաստատուն Եվեկեփորոս և զվերջ սորայ զնոյն հաստատեալ Եվեկեփորոսն և երկրորդին սորայ էին անդիտաբար պատրաստք և հին բնակիչք. յորոյ բառսան հնդնոսց ծողք սխանք որք ամ աշարշար անուանեցան. զի ազանդէին մէ ոչ միայն քրիստոս մարմնով չարչարեալ էր մէ նայն իսկ ամ ս մէնին չարչարեալ, սուտ ան, և այլ ս սուտ և երկիր սրբոսացոյցին այն, որ անվհատական էր երկոյ անհանգիս աաճնասէր երրորդութենն. և երդեալ լինէր՝ ի սկզբանէ անառն՝ ի սրբոյ հոգոյն այսպէս. սբ ամ, սբ և հզօր սբ և անմահ, որդեաձա մեզնորդ վերաբերեալն՝ ի մէջ սր խաչելեալ էր մերոց սրբոյ՝ ի սոյն մարդեղացան սուրբ Յակոբէն. և եհաս զայս՝ ի միասիրա ազգն հայոց՝ սրբ Եվեկեփորոսի բանէն ևս այսպէս Յակոբէն սուրբ սկսաւ մուծանել՝ ի հայս զաղանդն Պետրոսի Կնաթիւղացոյն, և մեք եղոսմեն] և զինք դարձեալ ասէ՝

Հայք զՊիեռոսեան հնարիկութիւն վերստ
բերութեան յերեք սրբասացութեան ընդ
կալան։] եւ զայս ասացեալ . զի Հռիփսիմեանցն
աշխարհակեցին , որ Յունականակից էր
Սենեքրոսին , եւ Յակովբայն , նախ
քան զայլ ոչ՝ կանացեալ էր չարաժողովն
վանիլ եւ զոմն հաստատել՝ի հայս զայս
սիրոյ չար տղանդս։

Էր Թևկիւնդեան վերաբերութեամբ յն
ասոյ մերժեալ եղեւ յերեք սրբենէն՝ի
հայոց հարցն Լիմնոյ Ժողովոյն . յոր
ժամ անդ միաբանեցան հայք ընդ կա
թուղիկէ եկեղեցւոյն, որպէս յայտ լի
նիցի՝ի յետագայ պատմութեան Հզրն
հայրապետին . որ արար զկարնոյ Ժո
ղովն։ Եւ ապա յետ Յունականակից ինչ
հայոց եկեղեցին դարձեալ լնկալաւ
զնոյն վերաբերութեամբն ։ եւ յորժամ
յոյնք խնդրեցին՝ի հայոց հարցն ասել
սոյն Ժողովոյն զվերատուն մերժութեամբ
զվերաբերութեանն այնոցիկ . ասելով՝ի
յերրորդ զկատարութեամբն ։ Լսեմք . զի
ասացեք զերեք սրբասացութեամբն բայ՝ի
խառնելոյն վասն մեր ։] յայնժամ
պատասխանեան եառնն հայք . Թէ ինք
նանքն երդին զերեք սրբասացութեամբ
խառնելոյն՝ ոչ՝ի դէմ բոլոր երրոր
դութեանն . այլ միայն՝ի դէմս անձին որ
դոյ մարմնացելոյ ։ եւ նոցիկան պա
տասխանին եբեւնոյ եղեւ այս ։

փոքր է՝ եւ չնչին այս կարծեաց գոյ
ութիւնդ զերեսակատար ձեր խնամ
տութեանդ ։ զի ԵՒԷ ասէաք սուրբ քո . սէ
ուած , սէ եւ հզօր . սէ եւ անմահ , ողոր
մեաց մեզ . պարտ էր գոյ Թագիկել . նոր
Թէ զնդարձին մատուցեալ Թէ վասն
մեր չարչարանացն զլացեալ աստի հա
մարիմք : Իսկ՝ ասպա Թէ պարծանօք
զնոյն դառն անհնիմք ըստ խրատուին Պօղո
սի. որ ասէ. այլ ինձ բաւ՝ լինի պարծել.

ex Baronio conijcere valeo, prædicti Seueri, atque etiam Iacobi tempora attigisse, non dubitandum est, in sua Natione hoc item malum Conciliabuli auctoritate primò confirmauit. Baron. t. 7 ann. 514. & 535.

Eadem deinde additio, quamuis Patres Armeni Charnensis Concilij, vnionem cum Græcis coeuntes, illã à Trisagio remouissent, vt patebit ex actibus Ieseris Patriarchæ *, qui eiusdem Concilij auctor fuit, iterũ nihilominùs processu temporis ab Armena Ecclesia recepta est; adeò vt, quando Græci ab Armenis Episcopis Concilij Tarsensis, propter vnionem denuo recollecti, petierunt, vt eam è medio Trisagij rursus auferrent: *volumus*, inquiunt *, *vt sacrum Trisagium sine additione illa, qui crucifixus es pro nobis, concinatis*; Responderint Armeni, seipsos Tersanctum illud non quidem erga sanctissimam Trinitatem, sed in secundam duntaxat Personam filij incarnati dirigere. propria autem ipsorum responsio hæc est.

* Vide infrà in actibus vigesimi octaui Patriarchæ.

* In actibus Concilij Tarsensis Armeni propos. 3.

Vix vllius momenti, & minor quidem, quàm vt perfectissimæ vestræ sapientiæ scandalum parere possit, suspicio ista est. quin si in Christum diceremus, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, miserere nobis; scandalum fortè sumere, potiùs conueniret; quasi humanationis gratiam, & quam pro nobis ille subijt, passionem erubescentes abiuraremus. verùm cum & hoc confiteamur gloriantes, vt inquit Paulus, mihi autem absit gloriari,

Armenij additionẽ Trisagio factam defendunt.

Ad Gal. 6.

riari, niſi in cruce Domini Noſtri IESV Chriſti; cur mendaces exiſtimamur à fratribus? Anne quia Deum crucifixum aſſerimus, & non Chriſtum? ſed quæſumus, ne in hoc offendatis: nam crucem adieciſſe, ſufficit ad illius humanitatem, quam mente concipimus; explicandam, & ad ſeruandum nos ab omni paſſionis Diuinitatis opinione remotos. *Et poſt alia rurſum*: At quia exoptamus vel in hoc ſumma noſtra voluntate Dilectionem veſtram ædificare, proceſſimus, & iuſto ſanè modo, ad medendum in hac parte iſti fratrum noſtrorum ſuſpicioni; ita in poſterum erga Chriſtum canentes Triſagium: ſanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis, qui incarnatus, & crucifixus es pro nobis, miſerere noſtri. ſicque veſtræ Charitatis opinio dirigi poterit, ne additio illa, qui crucifixus es, in ipſam videatur Trinitatem, aut in Chriſtum ſecundum Diuinitatem acceptum, à nobis referri.] Hucuſque Patres Armeni.

Verumenimverò, fratres chariſſimi, eſſò contueri hoc modo valeatis veſtram appendicem, abſtinere adhuc ab ea nihilom nus deberetis; primò, quia Triſagium illud, *Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth*, non modò ante Chriſti paſſionem Iſaiæ 6. verùm etiam poſt illam Apocalypſis 4. in honorem totius ſanctiſſimæ Trinitatis, & non ſolius tantùm filij, ſine additione illa cantatum eſt, & in æternum can-

Eandē additionē ad catholicū ſenſū trahere ſtudent.

Id turò fieri nō poſſe, oſtenditur.

ե՛ բայց միայն՝ ի խաչն առեառն մերոյ յի-
ս՛ ք՛ն. ընդէ՞ր սուտ դաւանիմք յեղբարցդ։
51 Թէ՛ևս զի՞ ած ասեմք խաչեալ, և ոչ
քրիստոսն եմք ասեմք զայս տկարանալոյ.
զի զիսաչն յա՛ւելումն՝ բաւական է՛ մարդ
ճանչն առաքելոյն առ՛ի միտս գնաս-
թէ. և ճշդագոյնս յայտ-արարութիւն
կարծեաց։] և դարձեալ յետ սակաւ
ոց ասէն։ Եւ զի կամիմք ի վէրայ այ-
սորիկ յօժարութիւնս բաղձանօք զսէրդ
ձեր ընդունիլ. բժշկել երա՛ռնս վար
կաք և յայտմ մասին զկարծիս եղբարցդ
և առնել զերթիք արբեանս առ քրիստոսի
օրինակաւ՛. սբ ած, սբ և հզօր, սբ
և անմահ յոր մարմնացար և խաչեցար
ս՛ բ վասն մեր, ողորմեա մեզ։ զի մի Թուի-
52 ցուք երբորդու-թէն յայտմ վայրն առ-
նել կամ զքո սուրբ ըստ ած ու-թեան
առնել խաչեցեալ. բանդ ուղղեսցէ զան
բոյդ-ձեր կարծիս։] ա՛ղէտ եղև հայոց
պատասխանին առ յոյնս։

Բայց արդ՝ ով հայք, եղբարք սի-
րելիք, Թեպէտ և այդպիսի կեղծաւո՛
կարելիք ուղղել զխաչեցարդ ձեր. ա՛ռ
կայն պարտ էր ձեզ տակաւ՛ին հրաժա-
րել ի՛ նմանէ։ Նախ, զի ամենևին ոչ
դիւրաւ զերթիք սրբասացու-թեան զայն ի յեր
կինս առանց խաչեցարկին. և առ՛ի
պատահ՛ ոչ Թէ որպ՛ոյ միայնոյ, այլ
ամ՛ երից անձանցն ամենասբ երրորդու-
ս՛ բ թե՛ն. ասելով. սբ, սբ, սբ, առ ած
53 զօրու-թեաց։ և այսպէս երդեցին ոչ
Թէ միայն նախ քան զչարչարանս քն.
որպէս՛ և. ղ՛. երբ՛ դ գլու-խն Տեսա-
լեայ. այլ և յետ չարչարանացն նորին.
որպէս՛ և. ղ. գլու-խ առաքելոյն Յովհան
նու։ վա՛ որպ՛ այսպա՛ երկրային ևկե
ղեցոյս մերոյ ո՛չ բացաձայնել յերկինս
յին եկեղեցւոյն։ և նոյն իսկ վկայ է՛
մեզ սբ՛ն հ՛ Թանասա. որ՛ և ներբողեան

ձբ յղ՛ս

յՀԳս երրորդութեն ասէ. Յորժամ ամենութեն փառաբանեն զնա, երից անդամ ասելով. սբ, սբ, սբ, ուր նա զօրութեց. յայնժամ ՀԳայր, և զոր դի, և ՀԳոգին սբ փառաւորեն.] Նոյն և սբն Յոհաննէս դամասկացին ՚ի յերրորդ դիրն յՀԳս երեք սրբասացութեն. և ՚ի Ի. երրդ գլուխն, գրէ այս պէս. Եւ զի ոչ զորդւոյ միայնոյ. այլ զնմանսբ երրորդութենէն ասացեալ եղև երեք սրբասացութին. վկայ ևն սբն, ԱղԹանաս, և ասել, Հ-րէ գոր, և բովանդակ նա-աշնչեալ դաս հարցն սրբոց.]

Երկրորդ՝ զի սոյնպիսի մտօք դնտութեն երգեալ լինի երեք սրբերգութի՛ն ՚ի յընԹհանուր եկեղեցոյն քի. յորմէ ան պատշաճ է՝ ձեզ բացառնախել մտօք և նմացողութեբ. Երրորդ՝ զի այն վերջաբերութենն նախ հնարեցան ՚ի հերձ ածիկոսաց, ըմ հաստատելոյ զհերձուածն Թի աՂճաչարչարութ. ոյզ պատուճառ ցաբ ՚ի վերոյ. Զորրորդ՝ զի դու՛ք ասէք զերեք սրբենին խաչէցարնե՛ն հանդերձ, ո՛չ ՚ի դէմս որպ՛ւոյ միայն, այլ և ՚ի դէմս ամենասբ երրորդութեն որ կ՛մեծ հայ հոյութի՛ և զայս առնէք ՚ի մէջ պատարագին. յորժամ քահանայն յետ ասելոյ ՚ի ծած-ո՛կ զսբ ածն ընդ խաչէցարնն, անմիջապէս շուտով ասէ զաղաչանս զայս. ՀԳ սբ, և ՚ի սբս բնակեալ ես, և երեք սրբեանն Նոյնի՛ սերսբեք զդ՛ ՚ի ձեզ զբէզ. և քերուբէք փառաբանեն և ամ երկնային զօրութենէն քեզ երկիր պագանեն. որ ՚ի չգոյէ ՚ի գոյ ածեր զամ արարած. որ արարեր զմարդն ըստ պատկերի քում և ըստ նմանութե՛ն: և այլ: Հ-ոս ուր ընկալ ՚ի բերանոյ մեզ աւ՛րացս զերեք սրբեանն օրհնութենն: Ստենս ոյզ ՚ի դէմս երրորդութե՛ն ասէն

cantabitur in triumphanti Eccleſia, cui Eccleſia militans debet concordare. Huius autem rei teſtimonium perhibet ſanctus Athanaſius; qui, *Cum Seraphini*, ait, *glorificant tertiò dicentes, ſanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum gloria afficiunt.* Et Damaſcenus hæc fatur: *Quòd non de Filio duntaxat, ſed de ſancta Trinitate dictus ſit ille ter ſanctus hymnus, teſtantur diuus, & ſacer Athanaſius, Baſilius, Gregorius, ac totus diuino numine afflatorum Patrum chorus.*

Athan. in orat. de Incarn. & Trin. cuius inirium eſt: qui mal[illegible]ne.

Damaſc. de Terſancto hymno. lib. 3. cap. 10.

Secundò, quia hoc eodem ſenſu acceptum, concinit etiam ſacrum eũ hymnum vniuerſalis Eccleſia, à qua minimè vobis diſſentire licet. Tertiò, quia adiectio illa inſtituta primò fuit ab hæreticis viris, vt ſuprà dictum eſt, & ad hæreſim Theopaſcitarum comprobãdam. Quartò, quia vos ipſi percinitis interdum ſacrum Triſagium cum eadem additione, non erga Filium modò, verùm & vniuerſam ſanctiſſimam Trinitatẽ: quod ſanè maximum eſt inconueniens. vt cum Sacerdos inter Miſſarum ſolennia, poſtquam dixit: *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus & immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miſerere noſtri*; immediatè proſequitur: *Deus ſancte, qui in ſanctis habitas, & voce ter ſanctus à Seraphim celebraris, & à Cherubim glorificaris, atque ab omni cæleſti Virtute adoraris; qui creaturas omnes ex non eſſe ad eſſe produxiſti; qui creaſti hominem ad imaginem, & ſimili-*

In Armena Liturgia.

tudinem tuam: tu Domine ſuſcipe ex ore noſtro, qui peccatores ſumus, ter ſanctum hymnum. &c. Quintò demum, quia idem hymnus ſine præfata adiectione nobis diuinitus confirmatus fuit eo miraculo, quod Nicephorus fusè deſcribit: atque ante illum S. Ioannes Damaſcenus, quem Armena Eccleſia præcipuo honore veneratur, breuiter his retulit verbis.

Niceph. lib. 14. c. 46.

Damaſc. oc. cit.

Cum Plebs Conſtantinopolitana ob minas quaſdam, Proclo Archiepiſcopatum obtinente, diuinitus intentatas, ſupplex Deo preces adhiberet; puer quidam è Plebe in ſublime raptus fuit, atque Angelis quibuſdã magiſtris, ter ſanctum hunc hymnum didicit: ſanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere nobis. cumque ad ſe redijſſet, atque id, quod didicerat, retuliſſet; multitudo vniuerſa hunc hymnum cecinit; atque hoc pacto impẽdes periculum conquieuit. Quin in ſancto, & magno, ac vniuerſali quarto Concilio, quod Chalcedone coactum eſt, ita cantatus fuiſſe hic hymnus traditur: ſic enim inter huiuſce ſancti Cõcilij acta refertur. Quamobrem ridiculum ſanè fuerit, illum, ab Angelis proditum, & incumbentium malorum depulſione confirmatum, & tot ſanctorum Patrum Concilio comprobatum, ac priùs etiam à Seraphim decantatum, ter ſanctum hymnum, vtpote quo tres Deitatis Perſonæ declarẽtur; Cnaphæi ſtulta, ac nulla ratione nixa opinione, tanquam ſcilicet ille Seraphim antecellat, obteri, ac (ſi ſuperis placet) emendari.

Concil. Chalc. in fine primæ actionis.

ԵՒ հինգերորդ՝ զի նոյն սրբերգու-
Թիւն առանց խռչեցարկին աւանդեալ
57 եղև մեզ՝ ի յերկնից սքանչելաբար. ոյր
պրկ Նիկեփորոս պատմիչն յաճախաձայ
՝ի դ. անգլուդ գերան. և՝ ի. Ս. և. ՀՈՐ
ԴՈՐԴ գրոհան։ և նախ քան զնա. սբն
Յոհաննէս դամասկացին պատմէ զնո
յն հաստատօտապէս՝ ի վերայդրեալ տեղ
եաջն. այսպիսի բանիւք։

ԱՀինչ տակաւ՚ին կոստանտնու պոլ
սի ժողովուրդն, որոյ պատրիարգն էր
յայնժամ Պրոկղն, բարկատարած մե
ռա-ցանէր այլ զաղաչանս՝ մի խռո
վելոյ՝ ի պատուհասէ ուղեցեալ, որ ած ա
յնն սպառնալիօք անկանէր՝ ի վե՚ն
ցան։ ՚ի ժողովրդենէ անտի յանկար
ծակի յօդն վերացաւ՝ ոմն մանուկ. և
58 ուսանէր հրեշտակաց ուսա՚ զերեք
սրբերգու-Թիւն զայս. սբ ած, սբ և
հզօր, սբ և անմահ, ողորմեա մեզ։ և
ապա դարձեալ՚ ի վայր, պատմեաց
նոցայ զոր-սեաչն՝ ի հրեշտակաց։ զոր
երբեմն լուաւ՚ ամ ժողովուրդն. վաղ
վաղակի երգեցին զնոյն երեք սրբենին.
և առ ժամայն դադարեցաւ ցասու-ի՚ ի
նոցանէ։ Եւս և՚ ի մեծ և տիեզերա
կան չորրորդ սբ ժողովն, որ՚ ի քաղկե
դոն գումարեալ, սոյնպէս երգեալ եղև
այս սրբաբանու-Թիւն. ոյր և՚ ի պատ
մու-Թիւն նոյն սրբոյ սին-հոդոսին ընդ
Թեռնու մեք։ Ուստի գոլով այս յայտ
ՆԵԱԼ՚ Ի հրեշտակաց. և հաստատեալ
59 մեզ զերծմամբ՚ ի վերակոյ չարեացն.
և այնքան սրբոյ հարցն ժողովոյն հա
ստատեալ։ և ա առաւ՚ ելնեան՝ նախըն
էենցն երգեալ եղև երեք սրբերգու-
Թիւն. որով լինին պարտաբանեալ երեք
անձինք ած ու-Թեան. ծաղրաւեղ այր
դևօք լինի, որ՚ ի վե՚ նորայ եղև այլայ
լու-Թե և սրբապրու-Թե զատ յնմանէ և

dari. O insignem arrogantiam, ne dicam amentiam. Nos verò (disrumpantur licet etiam Dæmones) ita dicimus: sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis.] Hactenus Damascenus; qui ad idem confirmandum citatur etiam à Gregorio Silensi Armeniorum Patriarcha in epistola ad Haytonem Regem Armeniæ, quæ à duobus Armenis Concilijs, Silensi scilicet, & Adanensi approbata fuit: vt videbimus infrà. Greg. Sisen. in epistol. ad Haytonē.

EX ARMENA Historia.

Caput XI.

XXII. DOmnus Ioannes Capieghinus ex Oppido Zieghuani, annos 15.

XXIII. Domnus Moyses Aracazuodanus ex Oppido Ieghuartæ, annos 30. Huius mandato, Turcomannorum annorum computatio, tempore Mieſgeſci Chenuni, in Armeno Calendario posita est. Referunt vonnulli, eundem Patriarcham in Vrbe Theuin, post Nierſesem, alterum celebrasse Concilium; cuiusque auctoritate confirmasse in Trisagio additionem illam, qui crucifixus es pro nobis. Ex hoc tē pore initiū fumit Milleſimus Armeniorum.

ANNOTATIO.

ARmenij vtūtur peculiari computatione Milleſimi, quæ

tempore Moysis, vigesimi tertij Patriarchæ, incœpit ab anno Christi 551. qui quidem numerus, si Armeniorum addatur Millesimo, efficitur annus Christianus.

Hoc ergo Patriarcha Ecclesiam Armenam regente, dum vniuersalis Ecclesia anno à Christi Natiuitate 553. in V. generali Synodo definitioni Chalcedonensi stabiliendæ, roborandæque dedita esset, Armenia in oppositũ, iteratis Conuenticulis, ad eandem oppugnandam definitionem, atque ad hæresim Monophysitarum, & Theopalcitarum firmandam, sua quoque studia conferebat. Intereà non cessabat Deus improbam eius audaciã meritis pœnis retundere, dignaque animaduersione punire. etenim anno posteriore 572. eodem forsan in Armena Cathedra perseuerante Pontifice, illam incolentes Regionem adeò crebris, grauissimisque afflictabantur angustijs, atque molestijs à Chosroë Rege Persarum, vt Legatos miserint ad Iustinum II. Imperatorem, quærentes, sicut olim erant, Romani Imperij subijci ditioni: quod & his verbis narrat Euagrius.

V. Synodus generalis.

Euagr. hist. lib. 5. cap. 7.

Ex magna Armenia (quæ posteà Persamenia dicta, antea Romanis sub dita fuerat, à Philippo autem Gordiani successore Sapori prodita; minor interim Armenia Romanis, reliqua verò vniuersa Persis subiecta erant) qui christianam fidem colebant, quoniam à Persis malè affligebantur, præsertim propter consuetam illorum Religionem, clácu-

lùm

Ե. և ՟ամն ամին Քաղկեդոնեի փրկչին քանզի էին Թիւս այս վերաբերեալ լեցի ՝ի վը Քաղկեդոնին Հայոց. կատարեալ լինին Քաղկեդոնեի փրկչին: ԱՀդդ ՝ի ժամանակս հայրապետեալ այսորիկ. մինչ դեռ կաթողիկէ սբ եկեղեցին առնէր զհինգերորդ ժողովն ՝ի Քաղկեդոն փրկչին. Ջ. Ե. և Գ. ամին, վը հաստատելոյ առաքելաբար զկանոնադրութիւնն քաղկեդոնի ժողովոյն: յայնժամ հայք ոմունք ընդ դէմ նորին զանազին նոր չարաժողովով կրկին հաստատել զմոլորութիւնս միաբնակացն և ամբաշխարհացն: Իսկ ամբոխն բարկութին ոչ դադարէր ՝ի պատժելոյ զչար լրբութին նեբնանոց զանազան չարչարանօք: քանզի ՝ի հեռուստ ազին. Ջ Հ և. Բ. դն. քահանայքն հայոց մեծաց կրէին զխնչափ վիշտս և նեղութիս ՝ի Յոսրովու արքայէն պարսից. մինչ զի առաքեցին զհրէշ տակս առ փոքր Յուստինոս կայսրն. և խնդրեցին հստականդ լինել հռոմէից յերկոց տէրութիւնն որպէս և յառաջ հնազանդ էին նորա: Որ ամ պատահել եղև յետագրեսն ՝ի. Է. ընդդեմ պարսից պատերազմ եւրոյ. և յ. Է երրդ գլուխն: որ և առաջ այսպէս:

ԱՀյնժամն հայոց մեծաց յառաջ հնազանդ էր հռոմայեցւոյն եակ ՝ի առ ՝ի փիլիպպոսեն հետեւողէն ՀՀոր դնանոսի մատնեալ եղև ՝ի ձեռն արքային Շապհոյ: վն որոյ միայն աշխարհն փոքրին հայոց մնացեալ էր հնազանդ հռոմայեցւոցն. և այլքն ամ կային ընդ տէրութիւն պարսից: Ասատ քրիստոնեայքն մեծին հայաստանեաց, պղտիչոյ չարչարեալ ՝ի պարսից, վն քրիստոնէական կրօնիցն նեբնանց. առ

աքէմենն

աբեղին Ծաձ-կապէս հրեշտակս առ
կայսրն Յուստինոս . խնդրելով հնա-
զանդել հռոմայեցւոց տէրութեան .
զի այնու-հետեւ կարողք լինին ազատա-
բար և հանդարտակապէս պաշտօն առ-
նել ։ ։ Եւ զայդ լուեալ զայս կայսրն
Յուստինոս . խոստացաւ նոցա առ-
նել այնպէս . և սակս այսորիկ ի Պա-
րսից դաշինս հաստատեաց երդմամբ ։
Ապրեցին ապա հայք յուսացեալ ի նո-
րայ օգնութիւն ազատանիլ զիամ իշխանու-
թենանց . և անցան ի նեբրդոյ իշխա-
նութէ հռոմայեցւոցն . նա և ած-ին
ընդ նմին առնոյն իշխանութիւն
գաշխարհս այլոց ազգաց
օգնութէ և ապրանիլ , որ էր ի մէջ
Տիգրիսի և Եփրատայ առ ընտ ազ
հնութէ , և բազ ընտ հնութէ տա-
տերագիր ։ Էին զայս ամ առնեալ ար
քային Խոսրով . գանկաւ առնէր առ
կայսրն Յուստինոս ։ այլ նա մերժէ ա-
զին . առելով թէ այժմ ի վերջն եհաս
խաղաղութիւն որ ի մէջս մեր . քանզի
ոչ պարտ է ինձ թողուլ զբնիստոնեայս
ազատ ինեալս ի յօգնութէ այլոց քրիս
տոնէից ։ այսպէս պատասխանեաց .
բայց ոչ հոգայր վն պատրաստու-թէ
պատերազմի այլ միայն յանձն առնոյր
մնալ ի մէջ վաճառս հնչուս-թէցն ի-
րենանանսիոյ թ առնէլով զայլ ինչ ։]
Եւ յայսմ Եւ-ագրիոս ասէ ։

Եւ արդ վն այդպիսի ծու-լու-թէ
կայսերն Յուստինոսի՝ որպէս և շուն
առեալ խոսրով . վաղվաղակի եկն ի
պատեր բազմ ընդ դէմ նորին և յետ սա
պատահելոյ զբոլոր աշխարհն միջագետ
ացոց . և ըմբռնելոյ զամուր քաղաքն
դարան . ի յամառն Եմեսա ամ զը
րօքն իրենան ի յաշխարհն հայոց . և
յանառն գնաց ի վր կեսարիոյ կապադոց

ձէ հնգեր

lùm ad Iuſtinum legationem miſe-
runt , orantes , vt Romanis ſubijce-
rentur, vt liberè ſine vllo impedimẽ-
to Deum honorare poſſent . Iuſtino
hoc illis promittente , & nonnulla in
literis hac de re pollicitatione facta,
eàque graui iuramento affirmata ,
Principes ſuos Armenij interimunt ,
& paſſim ad Romanum Imperium
accedunt ; ſecumque vicinam cùm
cognatarum , tum alienarum gen-
tium Regionem trahunt, operà Var-
dani vtentes , qui apud eos & gene-
re , & dignitate , bellicarumque re-
rum experientiâ præcellebat . itaque
conquerentem ea de re Choſroen
Iuſtinus hac ratione reiecit ; pacem,
quæ inter ipſos fuerat , terminatam
eſſe ; fierique non poſſe , vt Chri-
ſtiani , tempore belli ad Chriſtia-
nos confugientes , deſerantur . &
hæc quidem reſpondit ; verùm
interea ad bellum ſeſe non para-
bat ; ſed conſuetis delicijs immer-
ſus, voluptatibus ſuis omnia poſtha-
bebat .] ſic Euagrius .

Armenij à Perſis ad Romanos deficiũt.

Talis autem Iuſtini Imperatoris
ignauia ſupra modum Choſroæ
animos excitauit ; qui (vt idem
latè proſequitur Auctor) prælio
cum eodem Imperatore derepen-
te commiſſo , poſt deuaſtationem
Syriæ , & expugnationem Dare ,
Armeniam tempore æſtiuo inua-
dit ; indeque iter verſus Cæſa-
ream , primariam Cappadociæ vr-
bem , ſuſcipit : adeoque , crebris
elatus victorijs , inſolenter ſe gere-
bat aduerſus Romanum Imperato-
rem , vt , cum hic Legatos ad eum

Ibidem , cap. 14. & 15.

Perſæ inuadũt Armeniam.

miſiſſet, ne illis quidem adeundi poteſtatem facere dignaretur, ſed eos Cæſaream vſque ſequi iuberet, vbi de eorum legatione ſe conſilium initurum, dicebat. Verùm extemplò ſuperbum vicit hominem Tiberius Imperator, Iuſtini Succeſſor; qui eum primò impetu ita penitùs ad perniciem profligauit, & in fugam conuertit, vt etiam mœrore afflictum mori cogeret, ac morientem, veluti ſempiternum ſuæ fugæ monimentum, poſt ſe legem relinquere, ne Rex Perſarum in poſterum arma ferret contra Romanos.

Tiberius mper. fugat Choſoen Reg. Perſ.

At nec ſilentio prætereundum hìc eſt, (res alioquì miranda) ab ipſis etiam Armenijs, poſt eorum ſchiſma, & Concilij Chalcedonenſis repudium, vti ſanctiſſimum Eccleſiæ Patrem, ac Doctorem ſuſcipi, & in Eccleſijs ſuis concelebrari Gregorium Magnum Papam; qui tempore Mauritij Imperatoris, ſucceſſoris ſupradicti Tiberij, cæleſti planè ſapientia, & admirabili ſanctitate vniuerſam ſimul cum Romana regens Eccleſiam, quatuor Concilijs generalibus, Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino, & Chalcedonenſi, tanquam quatuor Euangelis, honorem haberi traditur voluiſſe. Nec Armenios quidem id latere deberet, dum illius acta in ſuum fuiſſe idioma translata, ipſorum teſtatur Mænologium die 17. Iulij, vbi ſic habetur: *Nierſes Lampronenſis ex Græco vertit in Armenum hiſtoriam ſancti Gregorij*

Armeni ſuſcipiunt Gregoriũ Magnum Papam.

Mænol. Arm. die 17. Iulij.

ժա gorij Papæ Romanorum, & Regu-
11 lam Benedicti, apud eosdem Roma-
nos obseruatam. Immò (quod mi-
rabilius est) ritum conferendi Or-
dinis Sacramentum ab eodem se
fuscepisse Summo Pontifice, ipsi
adhuc Armeniorum hæretici glo-
riantur, teste Gregorio Cæsarienſi, Greg. Cæsarienſ. Arm. in epist. ad Moysen Arm. Patriarcham.
Armeno Doctore, & Concilij Chal
cedonensis hoste infensissimo; qui
arguens per epistolam Moysen, Ar-
meniorum Patriarcham catholicum,
quòd Ecclesiæ Romanæ conciliatus,
eidem per Crucidatum legatum
obedientiam præstitisset, hæc illi,
ժբ præter alia, scripsit: *Quamuis Ar-*
12 *meniorum Eccl:siæ ritum conferendi*
Ordines à Gregorio Papa suscipiant,
vt in nostro Rituali manuum impo-
sitionis compertum habetur; quoniam
eo ritu (scilicet ab ipso nobis tradi-
to) *accipimus eo undem Ordinum po-*
testatem: in ritibus tamen Missarum,
& aliarum Orationum cum Romanis
minimè concordamus. Hinc ergo per-
spicimus, Armenam Ecclesiã, Chal-
cedonense Concilium reprobantẽ,
manifestæ contradictionis conuinci;
eos enim suscipit Doctores, ac dignè
vocitat sanctos Patres, Magnum ni-
ժգ mirũ Gregorium Rom. Pont. & præ-
13 tereà, vt superiùs dictum est, Ger-
manũ Constantinopolis Patriarchã;
quorũ tamen doctrinã, consiliũque
de Chalcedonẽsi Synodo recipiẽda,
immeritò se profitetur respuere. Sed
huiusmodi discrepãtijs, vlteriùs proce
dẽtes, magis magisq; obuolutã, nisi in
melius corrigetur, eã deprehẽdem⁹.

Interim vt clariùs innotescat, Ar-

Eccleſia Armena conformatur cũ Latina in ritu conferendi Ordines.

menios, in ritu conferendi Ordines, cum Latinis magna ſaltem ex parte conformari; (qua quidem in re grauiſſima, & ſi non eà, qua deceret, conſummatione perfectionis, laudabiliùs tamen, ac tutiùs videntur ipſi, quàm Græci, ſe gerere:) præcipuas verborum formulas, rerumque materias, quibus illi in huius adminiſtratione Sacramenti vtuntur, huc afferemus. eas enim Conſtantinopoli, vt Sacræ Congregationis de Prop. Fide, id mihi per literas committẽtis, mandatis obtemperarem, eodem ordine, ijſdemque verbis exſcripſeram ex vetuſtiſſimo Rituali Armeno, quo eorum Epiſcopos in ordinibus conferendis vſos, ipſe priùs videram in Armena, quæ inibi extat, Eccleſia Patriarchali; atque Romam ſimul cum ſequente miſeram translatione latina.

ԵԺ 14

ԺԵ 15

նէ. և ոչ աստեղէն կատարելագոյն վարդն՝ սակայն ըստ այսմ մասին՝ ձարտարապետն և տուռ-գագոյն ձեռնադրեն նորա՝ քան թէ յոյնք՝ սակս այսորիկ եդաք առ ի առնանել՝ զայսմանս գլխաւորս առեսակս բանիդ, և զինեթա երդ. որովք վարդն հայք՝ ի ձեռնադրութեանն առաքինանայ՝ զոր և մեք՝ ի կատարմանուածոլիս գրեցաք զնոսա ըստ նոյն բանիդ և շարագրութեան՝ որ և դասք գրեալ՝ ի գիրս ձեռնադրութեանն ի-բնանդ՝ և առնաք, զի էգիս կոստուանդն հայոց ըստ բանիդն նոյն գրոյն առնէին զձեռնադրութեանն՝ ի պատարագական ևկեղեցին. որ կոչի Լուսաւորչական. ևկեղեցին սրբո յն գերագոյն զօրավարին՝

Initium Ordinum pro Clericis faciendis.

Սկիզբն աստիճանաց վասն Հոգևորականաց՝

Ritus conferẽdi Ordines, ſecũdum Eccleſiam Armenorum.

Inter Miſſarum ſolennia, poſt orationes nonnullas, & cæremonias, Pontifex Armenus incìdit capillos Oblati in quatuor locis ad modum crucis, dicens: *Erige aures, totoque animi conatu intellige. quod modularis ore, fac, vt corde credas; & quæ corde credidiſti, eadem opere exhibito; vt in horum capillorum tonſura, à te terreſtre deſiderium ſeculi præcidatur. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. amen.*

ԺԶ 16

Tum poſt alias preces, & hymnorum cantum, tradit Oblato ſcopas, dicens: *Accipe poteſtatem mundandi Eccleſiam Dei: ac ſimul mundet*

Ի մէջ սրբոյ պատարագին. յետ աղօթից ոմանց, և սրսուղութեց. հայոց եպիսկոպոսն հատանէ զհերս գլխոյ ընծայելոյն խաչաձև. և ասէ՝ Բաձնկն դու. և առ բորոտով սրտիւ՝ զոր եղանակաւ բերանով. հատ առաս ցեսս սրտիւ՝ և որով հատ առացեսս սրտիւ. ցոյց զնոյն գործով՝ զի՝ ի հատանել հերացս, հատցի՝ ի քէն երկրաւոր ցանկութեանն աշխարհիս՝ յանուն հօր, և որդոյ, և հոգւոյն սրբոյ. ամէն՝

Հաւպա յետ այսոյ աղօթից և երգոց. դնէ գաւազանն՝ ի ձեռն նորա. և ասէ՝ հաւ իշխանութիւն մաք քեզոյ զեկեղեցի այ՝ ընդ նմին մաք

det te Dominus à peccatis, quæ commit
17 tere potuisti. in nomine Patris, &c.

De Ordinatione Ostiarij. Primus Ordo.

Post orationes, &c. Pontifex accipit, & tradit Clerico claues Ecclesiæ, dicens: *Sic age, quasi redditurus Deo rationem huius muneris, & earum rerum, quæ his, tibi commissis, clauibus recluduntur. esto vigilans, & ora, dum aperis, & claudis ostium Ecclesiæ.*

Deinde procedunt omnes ad ianuam Ecclesiæ; vbi Diaconus ter
18 dicit Pontifici: *Doce hunc.* & Pontifex, ponens clauem in sera, ter quoque dicit Ordinando: *Sic age, quasi redditurus Deo rationem, &c.* vt suprà.

De Ordinatione Lectoris. Secundus Ordo.

Post orationes, &c. Pontifex tradit Oblato librum Epistolarum, dicens: *Accipe librum hunc, & esto verbi Dei relator, & conscius eiusdem; habiturus, si recta mente, & spiritu impleueris officium tuum, partem cum cœtibus Sanctorum, & amatorum Dei. & tu frater eris lector in domo Dei. Ordinem habes, cui diligenter satisfacies. Deus, qui affluens est, det tibi gratiam suæ misericordiæ, per dominum nostrum Iesum Christum, nunc, & semper, & in secula seculorum. amen.* &c.

De Ordinatione Exorciſtæ. Tertius Ordo.

Poſt orationes, &c. Pontifex tradit Ordinando librum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicens: *Accipe, & commenda memoriæ, quæ hîc ſcripta ſunt, & tibi poteſtatem imponendi manus ſuper Energumenos, & faciendi, vt venientes ad baptiſmum, abrenuncient Satanæ. cum gratiarum actione glorificabis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. &c.*

Տ֊ղա Հեռնադրութ֊Ե Երդումն ցուցչին. Երրորդ կարգ։

Եպիսկոպոսն յետ աղօթից ումանց ընթերցանն, տայ զգիրսն երդումնացուցանն ի Հեռն ընծայելոյն. և ասէ. Ընկալ, և անդիտունա զգրեալս սոսա ի միտս քո։ տաս քեզ հրամանն դնել զձեռս քո ի վերայ այսահարացոց. և որք գան ի մկրտութի՛ն, հրաժարեցուցանել ի Սատանայէ. և գոհութ֊Ե փառաւորել զԱստուած, և զորդի՛ն և զՀոգին սբ, այժմ և միշտ. և յաւիտեանս յաւիտենից։ ամէն։ Երեսպ։

De Ordinatione Acolyti. Quartus Ordo.

Poſt orationes, &c. Pontifex tradit Oblato candelabrum cum candela, dicens: *Accipe ceroferarium cum cereo; & ſcias, te accendendi luminaria poteſtatem habere.*

Similiter accipit, & tradit ei vrceolum vacuum, dicens: *Accipe vrceolum hunc, ad ſuggerendum vinum calici pro ſanguine Chriſti. &c.*

Տ֊ղա Հեռնադրութ֊Ե Կանթեղակալին. Չորրորդ կարգ։

Եպիսկոպոսն յետ աղօթից ումանց ընթերցանն, դնէ ի Հեռն ընծայելոյն զպաշտառակ լապտերին և ասէ։ Ընկալ զայս սանեակ լապտերիս, և ունելս եղեալ քեզ լուսաւորել զքահս և զկանթեղս ի սբ Եկեղեցիս։

Եւ նոյնպէս առնուլ զբաժակս սանեակ գաւազակ ասէ։ Հաս զբաժակս սանեակս դպաս ի հնգուլ գինեաւ ի սիրելիս փրկանակ արեանն քրի։ Երեսպ։

De Ordinatione Subdiaconi. Quintus Ordo.

Poſt lectionem Epiſtolarum Prophetarum, & Apoſtolorum, nec non Euangeliorum, Pontifex imponens dexteram ſuper caput Oblati, legit orationem, in cuius medio ſic proſequitur. *Vnde Seruus hic tuus, imitator factus ſanctorum Apoſtolorum;*

Տ֊ղա Հեռնադրութ֊Ե Ենթասպասաւորի. Հինգերորդ կարգ։

Եւ դինն ընթերցման ընթերցածոյ առաքելոյ, և աւետարանացն. եպիսկոպոսն դնէ զաջն նմա ի վերայ գլխոյ ընծայելոյն. և ընթերնու զաղօթս ինչ. յորում և յետ բանից զայսմանց հետեւի ասացեալ։ Ուստի ծառայ քոյ հետեւող եղեալ սրբոց առաքելոցն.

փառաբանել աստիճանիս : Վն որոյ աղա-
չեմք զքեզ բարեխօսի և բազում ողո-
ւման ձեռ-նադրութ աղաչանաց մերոց և նո-
ցին յաղօթս մեր առնելոյն. և զձառ-
այս քոյ . այս անուն . զոր ընտրեցեր և
կոչեցեր ՚ի սպասաւ որս-ին սբոյ սե
ղանոյ քոյ . և յընծայեցուս ձեռ այսմ
պատուհրանաց քոց . սուրբ պահեա
զսա ՚ի կոչումն , յոր կոչեցար . ան-
հզօր և առնական . և արժանի սրսա
ւոյ նմանութ , և խնամատարութ
զայն եղիցես քոյ կարդալոյն առնու-լ ՚ի
սիտս , և առնել : պահեա զսա առանց
ամօթոյ և սպասուց արժանաւորիլ ՚ի
պատշաճ ժամանակին հասանել մեծ ի
ստիճանին սարկաւագութ-ին շնորհեա
նմա հեղութ-ին, խոնարհութ-ին, պարկեշ
տութ-ին : միշտ ՚ի սմ դիտելով աբ . սբ
ժամն լինել ՚ի տուէ և ՚ի գիշերի խոս
հել յաւձ-այնս : միտիեա զսա ՚ի դաստար
կաբանութ-ինէ : արժանաւորեա զսա
սբոյ-ութ սպասաւորել եկեղեցւոյ
քոյ սբոյ-ողոմիս-ութ և պճո-ութ քո
սբոյ հոգւոյդ սրբել ՚ի միտս , եղծանես-ի,
և պատիւ , այժմ և միշտ , և յաւիտ
յաւիտից . ամէն :

Եւ սպա կարդալով զայլ աղօթս .
զգեցուցանէն զնա այլեայն կիսատաբ
կամ սպանիան զգեստիւ : և յետոյ նստեալն
դնէ ՚ի ձեռն նորա զսկիհն մատղանաւն .
և ասէ : Լաւն յոր խորհուրդ կոչեցար. եւ
քանզի ՚ի վերջին պաշտամանէն յոր էիր. 25
յառաջ եկիր : յայսմհետէ արժանու-ութ
կացիր ՚ի պաշտօնս զգաստացիր ՚ի ծա-
ռայ-ութենէ. և զհաց առաքեա-ին որս-ին
զոր նա քո եկեղեցւոյ հաց կենաց. զգոյշ
լիր բան-ական ամենայն ՚ի
հաղորդ-ութ . և ոչ առնելն կամ պա-
կաս : յամենին , յորս-ում զգոյ-ութ-եան

rum , hunc ordinem concupiuit : quapropter obſecramus te , benefice , & 23
multùm miſericors Deus; exaudi preces noſtras , & reſpice ad orationes omnium noſtrum ; & hunc famulum tuum N: quem elegiſti , & vocaſti ad miniſterium tui ſacri altaris , & ad lectionem diuinorum mandatorum tuorum , ſanctum in ſua vocatione cuſtodi , Domine fortis , & omnipotens : dignum fac eum, qui cum ſapientia , & intellectu diuinas lectiones tuas mente percipiat , & opere compleat : ſerua eum ab ignominia, & prauitate , vt ad magnum diaconatus Ordinem mereatur tempore congruo peruenire : concede ei manſuetudi- 24
nem , humilitatem , & modeſtiam : ſpira in eum ſanctum Spiritum tuum , vt dignus ſit diuinas res meditari die , ac nocte : libera eum à vaniloquentia; & præſta per miſericordiam, & pietatem Chriſti tui , vt Eccleſiæ tuæ ſanctæ miniſtret. te enim Patrem, cum Filio , & Spiritu tuo ſancto , decet gloria , imperium , & honor , nunc, & ſemper , & in ſecula ſeculorum . Amen .

Tum prolequens alias preces , induit eum veſtibus Subdiaconi . poſteà tradit illi calicem cum patena , dicens : *Vide , ad quod myſterium vocatus fuiſti ; quoniam ab vltimo miniſterio , in quo eras , vlteriùs promotus es. vigilans eſto deinceps in miniſtrando, nec torpeſcas ignauiâ : & de pane propoſitionis, quem dedit Chriſtus Eccleſiæ panem vitæ , diligenter aduerte , vt tantum adducas in altare , quantum Populo ſufficere poſſit ad*

communionem. in catino, vbi corporalia lauas, nullum aliud linteamen debet lauari; ipſaque lotionis aqua in baptiſterium debet vergi, in quo & catinum ipſum lauabis. His ergo te moneo; vt officium tuum diligentiſſimè exequens, acceptus inuctiaris Deo, & Domino noſtro Iesu Chriſto, quem decet gloria, imperium, & honor, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. &c.

(Hìc deberet Armenus Pontifex, quod inconſultè prorſus omittit, iuxta ritum Eccleſiæ Romanæ, tradere Ordinando librum Epiſtolarum, ac dicere: Accipe librum epiſtolarum; & habe poteſtatem legendi eas in Eccleſia ſancta Dei, tam pro viuis, quàm pro defunctis. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.)

De Ordinatione Diaconi.
Sextus Ordo.

Poſt cantum pſalmorum, & alias preces, ſiſtunt Subdiaconum ordinandum ante Pontificem, cui Diaconus dicit: *Sancte Pater, poſtulat à te ſancta mater Eccleſia, vt ordines nobis N. ſubdiaconum, quem offerimus ad onus Diaconij.* Pontifex interrogat, dicens: *Scitis, illum eſſe dignum, bonis moribus prędituin, ex ſancto matrimonio natum, & ſapientiam, ac ſanctitatem habere?* Reſpondet Sacerdos quidam ex circumſtantibus: *Quantum humana fragilitas noſſe ſinit, & ſcimus, & teſtificamur, ipſum*

լուանաս, մի այլ ինչ մեքենայեսցի. և զջուրն յորում լուացեր, ածցես յաւազան մկրտութեան. և զկնքէն, յոր դնես սբ եկեղեցւոյն լուացեր, անդ լուա։ Եւ այսպիսի ուսուցանեմ քեզ զայդ. որպէս զի զգուշութեամբ կատարեսցես զպարտս քոյ. և հաճոյ գտանիցիս այնմ որ կոչեաց քեզ. որում վայել է փառք, իշխանութիւն, և պատիւ. այժմ և միշտ, և յաւիտեանից. ամէն։ Ընդ այլ։

(Հարկ պարտ էր հայոց եպիսկոպոսն առնել ասա և զայս ըստ սովորութեանց հռոմէական եկեղեցւոյն. այն, տալ ընծայելոյն զգիրս ընթերցուածոյն. և ասել. Ընկալ զգիրս ընթերցուածոյն, և առ իշխանութիւն ընթերցանել յոյ ինոսաւ յեկեղեցի այդ վասն կենդանեաց և նոքօիցելոց. յանուն հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ. ամէն։)

Տիգս ձեռնադրութիւն աւագ Սարկաւագի. Հինգերորդ կարգ։

Ծինն երգման սաղմոսաց, և աղօթից ոմանց. կացուցանեն զընծայեալն առաջի էպիսկոպոսին. և սարկաւագն ասէ ցեպիսկոպոսն։ Հայր սբ. խնդրէ ի քէն մայրս մեր սբ եկեղեցի. զի ձեռնադրեսցես մեզ զայս անուն կիսասուք կաւագս. զոր ընծայեմք առ ի սարկաւագս։ Ընդ եպիսկոպոսն հարցանէ. և ասէ. Գիտէք. զի արժանաւոր է, կամ ոչ է. կամ զինարդ ունի բարեպաշտութիւն. ի սբ ամուսնութենէ ծնեալ. և որքան ունի իմաստութիւն և սրբութիւն։ Ընդ պատասխանեն ոմն յառաջնոցայ քահանայապետին, և ասէ։ Հայնչափ. որ

ձանաչել. զեաւնմէ, և վկայ եմէ սորա. արժանաւո՛ր գոլով առ՛ն բառնալ զլուծ աստիճանացդ, ունելով սրբութի՛ն և խնամոտութի՛ն։

Եւ յայնժամ եպիսկն խաչ հանելով՛ն վը՛ր ընծայելոյն, ասէ։ Շնորհօքն այ՛ հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ. կոչեմք զայս անուն կինասարկաւա՛գս՛ն սիրոյ ա՛ստուածագուե՛ն։ վը՛ր որոյ աղաչեցուք զմարդասէրն այ՛. որպէս զի պայծառասցէ փայլեցուցցէ զաւ՛ տարդ և օք սրբութի՛ն իւրոյ՛ն ձեռն՛ն աՀրոյ յի՛ քի՛. որում վայել է՛ փառք,իշխանութի՛ն, և այլ։

Եւ զինի այլոց աղօթից դնէ զաջն իւր՛ն՛ վը՛ր գլխոյ նորա՛. և ասէ։ ԼՈՒԿԸ այ՛. ամենակալ. հայր ա՛ն մերոյ յի՛ քի՛. քեզ խոնարհեցոյց ծառայս քոյ զպատուականս հոգւոյ և մարմնոյ։ ձգեա՛ զաւ՛ նէրգեւոյ՛ քդ քոյ. և օրհնեա՛ զաւ՛, որ ժանաւո՛ր լինել հոչման սպասաւո՛րութի՛ն սրբոյ եկեղեցւոյ. առնուլ զշնորհս ըստ նմանութի՛ն սիրելեաց քոյ. որ բաշ խես առատապէս հաւ՛ատացելոց. ըստ իւրաքանչիւր աստիճանի պաշտել զքեզ ճշմարիտ այ՛։ որում պարգեւի արժանաւո՛ր լինել. զի լըցցի՛ զերկրպաւո՛րս. և եղիցի քաջողջ ամենաառատ շնորհաց քոց, աւե՛տարանիդ խաղաղութի՛ն. ի փառս ամենասո՛ւ երրորդութի՛ն, հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ. այժմ և միշտ և յա՛ւիտս յաւի՛տից. ամէն։

Եւ դարձեալ։ յետ այլոց աղօթից. դնէ զձեռս իւր՛ն՛ վը՛ր գլխոյ նորին. և ասէ։ ԱՀՃ այ՛ն և երկնաւո՛ր շնորհ. որ միշտ ընդ սիրելոս սրբոյ սպասաւո՛րութի՛ն առաքելական եկեղեցւոյ. կո՛չեմ զայս անուն՛ն՛ ի դպրութի՛ն՛ն սար կաւա՛գութի՛ն սրբոյ եկեղեցւոյ՛ն տպա ատ՛ուո՛ւթի՛ն. ըստ վկայութե՛ անձին

ՀԵ իւրոյ

ipſum dignum eſſe ad huius onus officij, & ſapientiam, ac ſanctitatem habere. ՀԵ 29

Tunc Pontifex crucem ſignat verſus illum, dicens: *Per gratiam Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vocamus N. ſubdiaconum in Ordinem Diaconij. quapropter deprecemur hominum amatorem Deum, vt cum ſplendore prefulgere faciat hunc donis ſanctitatis ſuę, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem decet gloria, &c.*

Et poſt alias orationes, ponit dexteram ſuper caput illius, dicens: *Domine Deus omnipotens, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti; ſeruus hic tuus colla tibi ſubiecit animæ, & corporis: extende inuiſibilem dexteram tuam, & benedic eum, vt dignus ſit, vocari ad miniſterium Eccleſię ſanctæ, & accipere gratiam ad ſimilitudinem dilectorum tuorum; qui eam affluenter fidelibus tuis iuxta ordinem vniuſcuiuſque largiris, ad ſeruiendum tibi Deo vero. Concedatur huic, dignum fieri, qui terrena deſpiciat, & gratias tuas vberrimas prædicet, & Euangelij pacem, ad gloriam ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. amen.* Լ 30 Լա 31

Similiter poſt alias preces iterùm imponit manus ſuper caput eiuſdē, dicens: *O diuina, & cœleſtis gratia, quæ ſemper adimples miniſterij Eccleſiæ Apoſtolicæ indigentiam, voca N. è ſubdiaconatu ad officium Diaconij, & eiuſdem Eccleſiæ ſanctę miniſterium,*

rium, iuxta teſtificationem ſuiipſius, & omnis Populi huius. Ego manus ſuper impono: vos autem omnes orate, vt dignus ſit hic, Diaconatus Ordinem, ante hoc ſanctum Domini altare, intemeratum cuſtodire.

Tum alijs præmiſſis precibus, iuduitur Oblatus veſtibus Diaconi; & Pontifex ponens ſuper humerum eius ſiniſtrum ſtolam, dicit: *Accipe puram, & ſanctam ſtolam de manu Domini noſtri Ieſu Chriſti; & eſto mundus ab omni fraude peccati ante faciem eius. vita tua, & mores tui ita exemplum præbeant fideli Populo huic, vt te illud videant operari, quo peruenire poſſis ad vitam Chriſti.*

Deinde tradit ei librum Euangeliorum, dicens: *Accipe poteſtatem legendi ſanctum Euangelium in Eccleſia Dei ad aures viuorum, & commemorationem mortuorum.* &c.

De Ordinatione Presbiteri. Septimus Ordo.

Iiſdem expletis cæremonijs, & teſtificationibus de aptitudine, dignitateque Oblati, quæ ſuprà in inceptione ordinationis Diaconi poſitæ ſunt: nec non alijs fuſis precibus, &c. Pontifex imponit dexteram ſuper caput Ordinandi, dicens: *Domine Deus omnipotens, omnium conditor, redemptor, ac viuificator, humanique generis reparator; qui infinita beneficentia tua gratias, & dona viſibilia, & inuiſibilia Eccleſiæ tuæ ſanctæ largiris: & nunc deprecamur*

ի-րոյ և ամ ժողովրդեանս: Է-ս դնեմ
ձեռս ՚ի վերայ. դու-ք աւետ ազօթս
32 արարէք. զի արժանի լիցի սա զսահակ
ձառս սարկաւագու-Թ-Ե անարատ պա-
հել առաջի սո-ն սրբոյ սեղանոյս:

Է-ւ ասպա. զկնի այլոց ազօթից. ղգեցու-ցանեն զընծայեալն սարկաւագական զգեստիւ. և նայիցն դնէ զրու-քսան ՚ի վր Թիկանց նորա. և ասէ. առ զմաքուր և զքո ու-րարս ՚ի ձեռս քո ս-ո մերոյ յի-ս քի. և լեր սու-բ յամէն խոստո-վանեալ մեզաց առաջի եղեսաց նո-ր-ա: կեանք քոյ, և վարք քոյ լիցի օրինակ ժողովրդեանս. որք են սու-բք հետ առով ՚ի քե. որպէս զի տեսցեն զքեզ գործել զայն-որով կարօղ լինիցիս հասանել կենացն բի:

33 Է-ւ յետոյ տայ նմա զիրքս աւետարանացն. և ասէ: առ իշխանու-Թի ընդ-ունե-լոյ աւետարանս յԱկեղեցի սի, յո-ւնէն կենդանեաց, և յիշատակ ննջեցելոց: Է-ւ այլ:

Տիգս ձեռնադրու-Թե քահանայի. Է-ւ Ընդհատիկ կարգ:

Օրհն արարողու-Թե ոմանց, և բա-
նիւ վկայու-Թե վս արժանաւորու-Թե
ընծայելոյն, որ ասացեալ էր ՚ի սկզբան
ձեռնադրու-Թե սարկաւագին. այլ և ա-
յեա ազօթից ոմանց. նայիցն դնէ զաջն
ի-ւր ՚ի վր գլխոյ նորա. և ասէ: Տէր
34 ած ամենակալ, արարիչ ամենեցու-ն,
փրկիչ և կեցու-ցիչ և նորոգիչ ազգի
մարդկան. որ անբաւ բարերարու-Թե
քով չնորհս բաշխեա. զիւրն ելի և զա-
ներեւոյթ սրբիւեա նկինելոց քու-մ
սրբոյդ այժմ աղաչեմ զբարերարս մեր
դասերու-Թիդ քոյ. տու-ր չնորհս ծա-
ռայս այսմիկ, առնու-լ զաստիճան քա-

հանապազ ի նեռն կոչմանն, և
ձեռնադրութեանս. և արժանաւոր լի
նել ընդունելութեանդ հոգւոյդ սրբոյ. և
առնուլ զպարգեւս վերակացութեանն
արժանաւորութեամբ. չնորհօք առն մե
ծոյ, և փրկչին յիւրմէ. որ հրաւիրեալ
աց զամենեսեան ի կոչումն սե ըստ
իւրաքանչիւր սահմանսն պաշտել
ցնա. և զհանապազով փառաւորել
զհայր և զորդի և զսե հոգին. այժմ
և միշտ. և յաւիտս յաւիտենից. ամէն.

Եւ ապա դարձեալ դնէ զաջն նո
ր ի վե գլխոյ նորա. ասելով զոմխսկի
ն դայլ աղօթս. Եւ յետ այսորիկ
բերէ դա-բարս ի հաս Թեկանոյ ընծ
այելոյն, և չրջէ զպարանոցաձն.
և ասէ. հաւ գլուխ ահա մերոյ յիւ գլի.
գի լուծ նորա քաղցր է. և բեռ նորա
փոքր ոչի.

Եւ դարձեալ յետ ընթերնլոյ
գընթերցուածս. և զաւետարանս.
և գինի այլոց աղօթից և արարողու
թեց. դնէ զսաղաւարտան ի վե
գլխոյ նորա. և ասէ. հաւ բեզ սա
ղաւարտ փրկութե ի հեռաց ահա մե
ծոյ յիւ գլի. Ետս և դնէ գվարշամանիկն
ի վե ուսոյն նորա. և ասէ. հաւ
բեզ զբարհ արդարութե ի հեռաց
ահա մերոյ յիւ գլի. Եւ ապա դնէ ի վե
նորա գխաչափառն. և ասէ. ԱՌՆԷ
ՄԵՐ ՅՈ ՔՈ ԶԳԵՑՈՒԾԱՆԷ ԲԵԶ ՀԱՒԱՏՔՈՎ
ՓՐԿՈՒԹԵ, և զաւանութեան ուղ
խութե, նորանկնա ի վայելչութե
նորոգ և հոգեւոր կենացն.

Եւ գինի այսորիկ կապէ գխչիկն նո
րա գօտով. և ասէ. հաւ բեզ իշխա
նութե ի հոգոյն սրբոյ կապելոյ և ար
ձակելոյ. զոր տէրն մեր ՅՈ ՔՈ Ետ
հրամանս հաւատացելոյն սրբոյ. ասելով.
զոր ինչ անգամ կապիցէք յերկրի, եղիցի

mur tuam erga homines beneficam charitatem; concede huic famulo tuo, vt ordinem presbiterij per hanc vocationem, & manus impositionem suscipiat; dignèque Spiritum sanctum tuum, & regiminis donum mereatur accipere, per gratiam Domini, & Redemptoris nostri Iesu Christi; qui vocauit omnes vocatione sancta iuxta vnumquemque ordinem, ad seruiendum Deo, & glorificandum cum gratiarum actione Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, nunc, & semper, &c.

Tum secundò, atque tertiò iterùm ponit dexteram super caput eiusdem, dicens alias similes orationes. Post hæc reflectit stolam ab humero sinistro illius, & imponit super dexterum, dicens: *Accipe iugum Domini nostri Iesu Christi; iugum enim eius suaue est, & onus eius leue.*

Deinde, post diuersas Epistolarũ, & Euangeliorum lectiones, aliasque preces, & cæremonias, imponit mitram incuruam super caput eius, dicens: *Accipe galeam salutis de manu Domini nostri Iesu Christi.* Similiter & amictum super humeros illius, dicens: *Accipe thoracem iustitiæ de manu Domini nostri Iesu Christi.* Posteà induit illum casulà, dicens: *Dominus noster Iesus Christus induit te vestimento salutis, & indumento lætitiæ, renouatum in decore nouæ, & spiritualis vitæ.*

Prætereà ligat eum cingulo, dicens: *Accipe potestatem à Spiritu sancto ligandi, atque soluendi; quam & Dominus noster Iesus Christus dedit sanctis Apostolis, dicens: quodcunque*

liga-

ligaueritis ſuper terram, erit ligatum & in cælis; & quodcunque ſolueritis ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.

(Pontifex Armenus tradit nunc Oblato poteſtatem abſoluendi à peccatis, exiſtimans, illum iam accepiſſe ſacerdotalem characterem; ſed tutiùs traderetur hæc in fine, poſt collatam poteſtatem conficiendi corpus, & ſanguinem Chriſti, iuxta ritum Eccleſiæ Romanæ; quæ in ea conferenda, præcipit, vt Pontifex ambas manus imponat ſuper caput nuper ordinati Presbiteri, dicens: *Accipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeris peccata, remittuntur eis; & quorum retinueris, retenta ſunt.* His enim verbis Chriſtus, poſt reſurrectionem à mortuis, eam dedit poteſtatem omnibus, & ſingulis Apoſtolis, quos anteà in cœna Sacerdotes inſtituerat. verba verò, ab Armenijs hìc vſurpata, dicta fuerunt à Chriſto ante cœnam, & duntaxat Petro, ad conſtituendum illum caput Eccleſiæ.)

Poſt hæc, Clero hymnum canente, vngit eum Oleo ſancto in manibus, & in fronte, dicens: *Domine Deus noſter, qui manus haſce ſanctitate, & benedictione vnxiſti; quæcunque iſtæ benedixerint, tu benedic; & quicquid manus iſtius conſecrauerint in nomine tuo, tu confirma, & perfice: vt ſint roboratæ per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti; quem decet gloria, imperium, & honor*

կապեալ յերկինս. և զոր սի անդամ արձակեցէք յերկրի, եղիցի արձակեալ յերկինս։

(ՀԱՐԴ՝ դիտէլի է՝ ասատ. զի հայոց եպիսկոպոսք կարծելով. Թէ ընծայեալն սինչ և ցայժմ առեալ եղէ զքահանայական հնինքն. վասն այսորիկ այժմ տայ և նմա զիշխանութիւն արձակելոյ ի մեղաց։ Եսկ նա առնու զքահանայական հնինքն յետոյ, յորժամ ունելով ի ձեռս զբազմանն ընդ նշխարացն, առնու զիշխանութիւն կատարելոյ զաբ պատարագս։ վասն որոյ պարտ էր, սկ ասատ, այլ ի վերջն առնուլ զիշանութիւն արձակելոյ ի մեղաց. քանա աՀ անդուԹԷ սրբոյ Եկեղեցոյն հռոմայ. որ և ի տալ զիշխանութիւնս զայս, հրամայէ եպիսկոպոսն դնել զերկոսին ձեռս նոր ի վր գլխոյ ընծայելոյն. և ասել այսպէս։ ՀԱՐ ՀՈգԻՆ սբ. ԵԹԷ ումէք Թողուցուս զմեղս, Թողեալ լինին նոցայ. և ԵԹԷ զուրուք ունիցիս, կալեալ լինին։) Քանզի այս պիսի բանիւ քս զինսն յաղուԹԷն եառ զայս իշխանութիւնս ամ ՀԱՐԱԶԵԼոցն. որք և յառաջ եղեալ էին քահանայք ի ընԹրնան. եսկ բանքն. որովք վարին հայք. ասացեալ էին ի քէ առաջ քան զընԹրնան, և միայն ցՊԷՏրոս, վն կացուցանելոյ զնա գլուխ եկեղեցւոյ։)

Եւ դարձեալ՝ սինչ դէռ կղերիկք սուրբ երգն զտաղինչ. Եպիսկոպոսն օծէ մեռանամ՝ զընծայեալն ի ձեռս, և ի ճակատս. և ասէ։ ԼՈՒԸՐ ամ մեր, որ օծեր սրբուԹԷ և օրհնուԹԷ զձեռս զայս. զամ զոր սոքա օրհնեն, օրհնեա. և զինչ ձեռք սորա հնչեն յանուն քոյ, հաստատեա, և կատարեա. զի լինին զօրացեալք ընդ հօր ամ միոյ յիւ քո. զոմ վայել է փառք, իշխանութիւն, և

պա-

պատիւ. այժմ. և այլ։

Եւ ապա դնէ՛ի ձեռնտուփ զկիրն մաղզմանուին ընդ դինւոյ և նշխարայ. և ասէ։ Ձառ ընկալ. քանզի առեր կա- րողու-թիւն շնորհօքն այլ ևս և կատա- րել զայն պատարագս, յանուն մեր մե- ոյն եղեր, վա կենդանեաց և ննջեցեալ- ոց։

(Ձայդ լաւ ադոյն էր, ասել աստ, ըստ աւանդու-թեանն հռոմայեցւոց ևկե- ղեցւոյն, այսպէս։ Ձառ իշխանու-թիւն ետուր քեզ պատարագն, և մա- տուցանել ինձ վա կենդանեաց և ննջե- ցելոց յանուն տեառն. ամէն։)

Եւ յետոյ եպիսկն խաչակնքէ և օր հնէ զնոր քահանայն. ասելով։ Օրհնու- թիւն այլ հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ իջցէ՛ի վր քեզ. որ կատարեցար՛ի կարգս քահանայու-թեանն ընծայել զա- ջադրու-թիւն մարմնոյ և արեանն քի, վա խաղաղու-թեան և թողու-թեան մեղաց. ամէն։ Եւ՛ի վերջն պատարագին հա- ղորդէ զնոր քահանայն մարմնով և ար- եամբ քի։ Ձայսպէս ձեռնադրեն հայք։

honor, nunc, &c.

Deinde tradit illi calicem cum vino, & patenam ſuperpoſitam cum hoſtia, dicens: *Accipe, ſuscipe: accepiſti enim poteſtatem conſecrandi, & conficiendi ſanctum Sacrificium, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, tam pro viuis, quàm pro defunctis.*

(Tutiùs diceretur, iuxta morem Eccleſiæ Romanæ; Accipe poteſtatem, offerre ſacrificium Deo, Miſſalque celebrare, tam pro viuis, quàm pro defunctis, in nomine Domini. Amen.)

Tandem Pontifex benedicit nouum Presbiterum, dicens: *Benedictio Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, deſcendat ſuper te; qui iam perfectus es in Ordine ſacerdotali, ad offerendũ propoſitionem corporis, et ſanguinis Chriſti pro pace, et remiſſione peccatorum. Amen.* Et in fine Miſſæ impertitur nouo Sacerdoti cõmunio Corporis, & Sanguinis Chriſti.

EX ARMENA Hiſtoria.

Caput XII.

ա 1

DOmnus Abraham Ruſcdunianus ex Oppido Aghpatani, annos 23. Tempore iſtius, Iberi, & Colchi ab Armenis diuiſi ſunt; atque ſacroſanctum Chalcedonenſe Concilium ſuſcipientes, Græcis adhæſerunt: cuius rei auctor fuit Cyrinus, Iberorum, atque Colchorum Patriarcha, Catholicus nuncupatus.

ե 2

ՀԵՏՈՒԵՒՍ

Գլուխ. Ժբ.

ՏԷր Աբրահամ յԸռուշտունեաց. ե դեղջ աղբաթանից. ամս. իգ. յաւուրս սորա ե բաց կացին ՈՒիբք ե միաբանութենէն հայոց. և միաբանեցան ընդ յոյնսդ և ընկալան զժողովն քաղկեդոնի: և էր կաթուղիկոս կոչեալ ՈՒրաց Կիւրոն, որ զբաժանումն արար:]

ե 2

Հետեւեալ մեկնութիւնս լինի միայն ե մի ՈՒրաց. և ոչ հայոց: մի այսորիկ ոչ գրեմք զնա հայելոյն:

ANNOTATIO.

QVoniam ſub hoc adnotanda capite, præſertim circa errores aliarum Nationum, nullo fore videntur emolumento Armenis Lectoribus; eorum idcirco omittimus conſultò Armenam translationem.

Iberorum ergo, atque Colchorum Populi, qui vulgò Georgiani dicuntur, & Mengrellenſes, nunc temporis ex Armeniorum, magno quidem numero apud ipſos degentium, communicatione, ac ſocietate retracti, eoſdem deinceps, Græcorum impulſu, tanto ſunt odio proſequuti, vt veteri prouerbio dicere ſoliti ſint: (quod ego hiſce priùs auribus ab ipſis acceptum Iberis, poſteà traditum quoque reperi à Beluacenſe in ſpec. hiſt.) Si quis noſtrum ſpinam in pede infixam habeat; tranſiens ante Armeniorum Eccleſiam, ſpinam illam ſuſtinere debet, nec ſe ad pedem ſuum, eam euellendi ſtudio, inclinare; ne per hoc videatur, ante Armeniorum Eccleſiam, ab omnibus Chriſtianis vilipendendam, inclinari.

Vincen. Beluac. in ſpec. hiſt. l. 4. c. 98.

3 At de ſtatu Chriſtianitatis apud Iberos, plena, vt inferiùs videbitur, allata fuit relatio ad Vrbanum VIII. Rom. Pontificem à Patre D. Petro Auitabole, Clerico Regulari, regreſſo ex Iberia, quò paulò ante ab eodem Pontifice Maximo, ad Gentes illas fide catholica imbuēdas, erudiendaſque, vnà cum aliquibus ſocijs legatus fuerat: quod accidit anno ſalutis 1626. Quantum enim

Rei-

Reipublicæ Christianæ tunc interesse deberet, eiusque profuisset vtilitati expeditio aliqua Missionariorum ad Iberos, certiores facti idem Summus Pontifex, & Sacra Congregatio de Prop. Fide ab illustriss. ac pijssimo Domino Petro de Valle, patritio Romano, (cuius planè admirabiles, ac infrangibilis animi strenuitate susceptas, vniuersum per Orientem vsque ad Indos peregrinationes, aliaque in eis egregiè patrata facinora, necnon eximiam ingenij præstantiam, eruditionem, exterarumque linguarum peritiam, nulla vnquam posteritas conticescet, nec celebrabit satis) diuque animo rem illam voluentes *, tandem aptissimos ad eandem aggrediendam adiudicarunt Clericos Regulares, ac primò præ cæteris dictum Patrem Auitabolem, virum prudentia, probitate, morumque grauitate conspicuum. Hunc ergo, sociorum Præfectum constitutum, vigilantissimus Ecclesiæ Pastor Vrbanus ad Iberiæ Principes, his datis litteris, allegauit.

Theimuraz Principi kacheti

VRBANVS PP. VIII.

Nobilis vir, salutem, & lumen diuinæ gratiæ.

FOEcunditas Georgianæ Regionis, largo Syluarum, ac

4 segetum fœtu pubescens, inundabitur fontibus æternitatis, si hac ætate fructus progignet Europæ notos, & Romæ salutares. Neque votum hoc sine propinqua optati gaudij spe concipimus in præsentia. Allegamus enim istuc Sacerdotes, scientiarum salutis edoctos, & populorum felicitati seruientes. eos si istic tutò commorari volueris armatos patrocinio Nobilitatis tuæ; si eorum verba, è charitatis fonte manantia, isti populi pronis auribus exceperint; vix dici potest, quantum tibi, istisque Regionibus solatium debebit hæc Ciuitas Sacerdotalis, culta Regum obsequijs, & celebrata domicilijs Nationum: fama Italica inseret Principem Kacheti eorum Procerum concilijs, qui parasse dicuntur viam Domino, & rectas feciſſe semitas eius. Quid ais Nobilis vir? leuis ne fructus est eorum beneficiorum, quæ à tua magnanimitate Sacerdotes nostri expectant, plausus Romæ, & laudatio Pontificis? Certè si excellum ingenium oblectat gloria, facilè conijcimus, quanti facturus sis, nomen tuum celebrari in hac arce Christianitatis, & Patria Mundi. At enim ijsdem officijs, quibus Nos demereberis, parabis patrocinium Omnipotentis, qui se in peregrinantibus excipi, & in pauperibus pasci profitetur. Eum verò Nos assiduè orabimus, vt tibi cælestes fores patefaciat, & per diuinæ legis semitas ambulanti ostendat Regna triumphantis immortalitatis. Verùm nec populos istos

Sequētes epistolæ depromptæ sunt ex Grammatophylacio Sacr. Congreg. de prop. Fide.

* Sic testatur illustr. Dom. Petrus de Valle in scripto, quod extat Romæ in Archiuo S. Andreæ de Valle.

Sacerdotum noſtrorum pœnitebit. Non enim ſitientes pecuniarum, aut potentiæ auidi ex Europa in Aſiam commigrant; ſed ijs vnum erit votum, & negotium ſalus Prouinciarum, & gloria Principum. O te felicem, ſi populos tibi ſubiectos ſalutaribus eorum doctrinis erudiendos curaueris. Ea enim vis eſt ſapientiæ, quam è Chriſti pectore hauſerunt, vt poſſit homines in Angelos, & terram in cœlum conuertere. Audita Romæ eſt fama earum calamitatum, quæ dum te diu conflictarunt, dicuntur illuſtraſſe virtutis tuæ vim, terroribus indomitæ. Scimus, quàm conſtans fuerit Genitricis tuæ pietas, quæ è Regno maluit exulare, quàm à Chriſto deſciſcere. Tam laudatæ Parentis filius, & tantorum periculorum victor, crederis Sacerdotibus noſtris ea auxilia præbiturus, quæ videantur eſſe conſilia maternæ religionis, & decora fortitudinis, fruſtrà oppugnatæ. Ea quidem ſi præſtiteris, felicitati, qua te remunerabitur Deus, plaudet Eccleſia. Nos autem fauentes laudibus nominis tui, vnà cum Senatu Apoſtolico, tibi victores exercitus, & propitios Cœlites precabimur, vt inter mortalis vitæ triumphos progredi poſſis ad patriam beatitudinis ſempiternæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 4. Iulij 1626. Pontificatus noſtri anno tertio.

7

8

9

Principi Odiſci

VRBANVS PP. VIII.

Nobilis vir, ſalutem, & lumen diuinæ gratiæ.

IN Caucaſi ſcopulis decorem Carmeli, & in Phaſidos fluctibus fluenta Iordanis inuenturos ſperant, qui à Nobis in Georgianam Regionem allegantur, Sacerdotes; ſi eos muniet patrocinium, & conſolabitur humanitas Nobilitatis tuæ. Roma verò Patria Nationum, quam tanquam matrem Chriſtianitatis potentiſſimi Reges religioſis tributis venerantur, nomini tuo plauſus Vaticani, & Tiberis ſtudia pollicetur, ſi tanti ſolatij compotem effici volueris Eccleſiam. Neque poteſt illuſtrius ab Aſiatico Principe flagitare nunc Europa magnanimitatis documentum, quàm beneficentia eos iuuare, qui deliciarum obliti, & contemptores periculorum, Regiones tuas propriæ Patriæ antetulerunt. Neque enim eos per iter terroribus obſitum iſtuc deducit potentiæ, aut pecuniæ cupìdo, quam illi aſpernantur, vt Dei gratiam quærant: ſalus animarum, in qua Romani Pontificatus gloria collocatur, eos noſtro nutui obſequentes iſtuc aduocat. Humanitatem planè, ne dum religionem abieciſſe videbitur, qui obuia charitate iſtic non excipiet eos Sacerdotes, qui in Regna tam remota proficiſcuntur, vt veſtræ felicitati

 famu-

famulentur. Illuſtre habetur vbique documentum fidei, & amoris, ſuam vtilitatem commodis amicorum poſthabere. Quam autem vos de Romanæ Eccleſiæ charitate ſententiam feretis, cum eos, quos à vobis non ſolùm locorum longinquitas, ſed etiam famæ taciturnitas diſparauit, iſtuc deductos videbitis ob vnam eam cauſam, vt populis, ac Principibus Georgianis conciliẽt patrocinium Dei, & parent theſauros æternitatis? Itinerum diſcrimina, hoſtium inſidiæ, maris procellæ, quæ omnia illi contempſerunt, veſtræ incolumitati conſulturi, petunt viris tam benemeritis fauorem Nobilitatis tuæ, & beneficia Georgianæ Nationis. Ea tamen Nos Apoſtolicis litteris flagitare voluimus, vt apud te extet luculentum hoc Pontificij amoris teſtimonium. Eos benignitas tua dum benignè audiet, & beneuolenter excipiet, audientur in hoc Mundi Conuentu laudes nominis tui. Porrò autem Deus miſericordiarum, qui ſe eiuſmodi beneficiorum debitorem alligari vult, illuſtri aliqua felicitate Principatũ tuum decorabit. Quod ab eo dum Nos poſtulamus, lumen Spiritus ſanctĩ præfulgere cupimus Nobilitati tuæ; vt maius poſſis in Cælo, quam in terra Imperium poſſidere. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, &c. die 4. Iulij 1626. Pontificatus noſtri anno tertio.

10 Principi Gurieli

VRBANVS PP. VIII.

Nobilis vir, ſalutem, & lumen diuinæ gratiæ.

AVri cupìdo, quæ priſcis temporibus dicitur è Græciæ litore ad Phaſidis oſtia deduxiſſe Argiuos Heroes per iter, fabuloſis terroribus obſeſſum, non aduocat certè hoc tempore Sacerdotes Romanæ Eccleſiæ in Georgianas Regiones. Quamuis enim iſtuc & agri felicitas, & incolarum gloria poſſit 11 peregrinantes abducere; qui tamen à Nobis allegantur, ij inter maiores longioris viæ difficultates non armantur ferro, non ſtipantur militibus, non petunt theſauros; ſed vnam ſitiunt ſalutem animarum. Eos par eſt, beneuoleuter excipi, vbicunque humanitas dominatur. Quæ Gens enim tam ferrea extranei, ſoliſque vias reperietur, quæ eos in hoſpitali feritate violet, quos ſuæ felicitatis curatores adeſſe cognouerit? Quare cum Principatus tui decus haberi velle credaris beneficentiæ gloriam, & patrocinium 12 innocentiæ; haud temerè poſſumus Sacerdotibus noſtris polliceri ea officia, quibus viris, tuam gloriam curaturis, Nobilitatis tuæ humanitas declarabitur. Certè ſi perfeceris, ne Nos huius ſpei pœniteat; fama tui Principatus Caucaſi ſcopulos, & Ponti limites prætergreſſa, Romam perueniet, auditura plauſus,

quos Nationes, in hac Orbis patria commorantes, dare ſolent principibus, de Apoſtolica Sede merentibus. Chriſtus Regum arbiter, qui pulchros eſſe vult pedes euangelizantium pacem, cum ſe in hoſpitibus excipi profiteatur, facilè eſt conijcere, quæ præmia paret beneficentiæ, ac pietati tuæ. Ei autem dum Roma ſeruit, colitur tributis Prouinciarum, & obſequijs Regum. Digni tamen ſunt Vrbis mores, qui vbique filios Eccleſiæ Romanæ commendare poſſint: hìc enim hoſpitia patefiunt exteris Nationibus, patet aditus ad ſacros Principatus peregrinæ virtuti; & cum diuerſæ 14
Gentes hìc commorentur, omnes tamen ſe tanquam in Patria viuere teſtantur in Vrbe parente generis humani. Hanc Vrbem demerebitur Nobilitas tua ijs beneficijs, per quæ efficietur, vt Romani Sacerdotes, in Georgiam peruenientes, non ſe in exilium ablegatos, ſed in Patriam miſſos fateantur. Eos ergo audire poteris teſtes charitatis noſtræ, quæ tibi ſemper diuinum patrocinium, & populorum beneuolentiam precabitur. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 4. Iulij 1626. Pontificatus noſtri anno tertio. 15

13 Principi Imereti

VRBANVS PP. VIII.

Nobilis vir, ſalutem, & lumen diuinæ gratiæ.

NOmen Nobilitatis tuæ, quod inter Caucaſi iuga, & Caſpij fluenta colitur obſequijs populorum, ignotum non eſt Principibus Vaticani, & Patri Chriſtianitatis. Quare decreuimus ad te litteras dare cõciliatrices beneuolentiæ, & obſides voluntatis noſtræ. Cupimus enim, illuſtre aliquod beneficium deberi Nobilitati tuæ ab Vrbe Roma; quæ cum Patria ſit Nationum vniuerſarum, & magiſtra doctrinæ cæleſtis credatur, triumphalia Chriſtianæ obedientiæ tributa accipit à potentiſſimis Europæ Regibus, qui depoſito diademate Apoſtolicos Romani Põtificis pedes religioſis oſculis venerantur. Quin & latè dominantes in Aſia Reges Perſarum amicitiam noſtram vltro petiuere; & toto diuiſos Orbe Iaponios ſolenni legatione ætas noſtra vidit abſentium Dynaſtarum officia Apoſtolicæ authoritati pollicentes. Fortitudo noſtra, & laus noſtra Dominus, cuius omnipotentis clementiæ beneficium eſt Romanæ Sedis Principatus. Iis tamen legibus Eccleſiaſticum hoc Imperium gubernatur, vt ſeruiens ſaluti Mundi naufragantis, habeatur patrocinium generis humani. Ex altiſſimo enim Apoſtolicæ Maieſtatis ſolio petimus pro-

ſpectum Terrarum; atque vbicunque homines commorantur, ibi Cæli fores patefieri, & Angelorum legiones militare cupimus. neque inanibus tantùm votis hanc cauſam agimus, qua diuini nominis gloria continetur. Ea enim conſilia dies, noctesque meditamur, quibus, vel inuiti fateantur inimici, excubare in Romana ſpecula ſolicitudinem, quæ Nationum etiam remotiſſimarum felicitati proſpiciat. Neque deſunt Sacerdotes, qui vt charitati Pontificiæ obſequantur, longinqua exilia dulcibus Patrijs anteferant, & montium ſcopulos, mariſque procellas eluctati, ipſa penetrare non timeant antra Draconum, & ad hominum ſæuitiam accedere, coronati ſcuto bonæ voluntatis. Hos autem vitæ mortalis prodigos, & tot periculorum contemptores, vt alienæ ſaluti famulentur, quæ Gens tam barbara vſpiam reperietur, quæ eos, quaſi ex alio terrarum Orbe ſe delatos, non excipiat hoſpitio, non complectatur charitate? Neque enim theſauros quæritant, aut affectant imperia; ſed triumphum arbitrantur, parere morte ſua felicitatem gentibus, & gloriam dominantibus. Quin immò tanta vis nunquam inerit hoſtili crudelitati, vt odium in eorum animis accendat, qui ſciunt etiam inimicos diligere, & his, qui mortalem vitam adimunt, æternos principatus optare. Hanc doctrinam profitebuntur, qui à nobis in Georgianas Regiones allegãtur in præſentia Religioſi Sacerdo-

16 tes. Accepimus, eo eſſe ingenio Nobilitatem tuam, vt potentiæ iſtius coronam arbitreris poſſeſſionem gloriæ, & tutelam innocentiæ. quare ſperamus fore, vt Sacerdotes noſtri conſolari Nos poſſint teſtificatione eorum beneficiorum, quibus Romam, & Pontificem demereas. fœneraberis Deo miſericordiarum, qui in theſauris cœleſtis opulentiæ præmia ſempiterna ſeruabit Nobilitati tuæ. Quod ſi magnanimi Principes bella periculoſa toties ſuſceperunt, vt nominis ſui gloriam apud exteras gentes propagarent; non vile præmium Nobilitati tuæ Roma

17 beneficiorum memor pollicetur. Si enim hos Sacerdotes audieris, ſi patrocinio armaueris, ſi diuini verbi ſemina in Georgianos agros ſpargi paſſus fueris, Princeps Imereti, & Baſciaciuchi ſentiet nomen ſuum eſſe in benedictione Romæ plaudentis. Porrò autem, Parens Regum, & Cuſtos Religionis, Pontifex Romanus, vnà cum Apoſtolico Senatu, & Ciuitate Sacerdotali precabitur Nobilitati tuæ populos obſequẽtes, & fauentes Cælites; vt tantus Princeps diuino lumine fœcundatus, pariat fructus ſaluris, & ſperet

18 ſegetem beatitudinis. Datum Romæ apud S. Petrum, &c. die 4. Iulij 1626. Pontificatus noſtri anno tertio.]

Hactenus ad Iberiæ Principes epiſtolæ Vrbani Papæ: in quarum verbis quò luculentiùs emicat eiuſdem Vrbani magnanimitas Pontificia, admirabilis planè facundia,

gratia

gratia, & lepor dicendi; quibus interdum beatissimus ille Pater, vt filios deuios ad viam salutis alliceret, vti de industria non intermittebat: eò clariùs ex ijsdem conijcere est, quanta de ouibus amissis, quantumlibet difficilis, ac remotis, in pectore strenuissimi Pastoris, tametsi in reliqua totius Ecclesiæ mole regenda operosissimi, cura inesset, & solicitudo; quantique duceret ille Iberiacam Missionem; & quàm benè Clericorum Regularium fama, maximè verò studium paupertatis, in eius existimatione audiret.

19 Vt autem illustrius hìc specimen patefiat flagrantissimi zeli, quo tam bonus Pastor aberrantes Christianorum greges in Ouile Matris Ecclesiæ aduocare, expectare, reducesque alacriter, ac tenerè complexari solitus erat: hæc alia obiter mihi prosequi liceat, aureis certè literis ad memoriam omnium gentium perpetuam consignanda. Colchidem petierat, Odisci Principem Dadian visendi studio, Metropolitanus Archiepiscopus Trapezũtis, Cyrillus Græcus: cuius quidem aduentum cum nostri illius Residentiæ Patres auribus accepissent; ac præsensissent animo, quantum huius viri nomen, & authoritas apud Græcos haberet ponderis, & Iberos; statim, quibus possent eius mentem, & voluntatem ad catholicam fidem prolectare, ad hæc sua omnia dirigunt consilia. Inuisunt frequenter Episcopum, amicè inuitant ad prandium, eius captant beneuolentiam, multa cum illo de fide colloquia faciunt; ad summam, ita rem prosperè ex animi sententia gerunt, vt Græcus Metropolita non modò catholicus, & Ecclesiæ Romanæ conciliatus breui apparuerit: sed quoad ibi moratus est, maximo quoque fuerit in ministerio Missionis Nostratibus adiumento. Is itaque, postquam animum suum ad orthodoxam fidem sectandam applicuit; adeundi, alloquendique sanctum Christianorum omnium Patrem, & Antistitem, Vrbanum, cuius insignem pietatem ex illorum testimonio iam optimè nouerat, adeò exarsit desiderio; vt qua id assequi valuisset, ab ijsdem Patribus opem sibi porrigi, assiduè, & quàm diligentissimè poterat, postularet.

Græcus Metropolita trahitur ad fidẽ catholicã.

Mihi ergo, Constatinopolitana tunc in Residentia Armeniorum saluti elaboranti ex præscripto eiusdẽ Summi Pontificis, ipsorummet Armeniorum hac de re precibus, ac petitionibus inclinati; atque Romam alia interim vrgenti de causa profecturo, omni maiore cura à Præfecto Missionis committitur, vt Cyrillo, è Colchide Constantinopolim venienti, vsque Romam, 21 vsque ad Vrbani Pontificis Maximi pedes comitem me præberem obsequiosissimum. Aduenimus igitur vnà simul terrà marique in Vrbem incolumes; ad pedum oscula Beatissimi Patris benignè, humanèque vltro admittimur. At enim vbi virum Græcum, Pontificia ve-

ſte iudutum, ſtatura procerum, grauitate ſpectabilem, ad ſuos prouolutum pedes cernit Vrbanus; quiſnam ille foret, me mox interrogat: habitaque boni viri notione, ſtatim iuſſum ſtari, vt ouis ſua vocem ſuam audiret, Græco eum ſermone alloquitur, me obſtupeſcente, pariter & inutili, quem illic interpretem affuturum mihi anteà perſuaſeram. Porrò haud ſatis tunc fuit Græco Metropolitæ, in Romano, ac Summo Pontificum Pontifice os admirari, ſua ſecum patria voce loquutum; quem, & iamdudum audierat, linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ florere peritiâ: ſed, quod facit magis ad rem, Chriſtianorum quoque, à ſchiſmate potiſſimè redeuntium, pijſſimum Patrem, ac Paſtorem, fideique zelotypum ardentiſſimum, illum expertus, ac maiorem in modum demiratus eſt; tunc maximè quidem, cum audita Vrbanus humili, officioſaque eius conciliatione cum Apoſtolica Sede, non inſolito tantùm perfuſus iubilo, ac lætitia, cunctis circumcirca genuflexis apparuit; ſed etiam lacrymæ præ teneritudine ex oculis eius erumpere viſæ ſunt non ſine maxima noſtri omnium admiratione, præſertim Reu. P. D. Caroli de Palma, qui præſens aderat, Miſſionum noſtrarum Procuratoris. memorandum ſanè, immò in omni memoria omnino inauditum, paternæ pietatis ſpectaculum! Papam vidimus ſuper inuentam ouem præ lætitja lacrymantem: quaſi eiuſmodi ſignis, ſi non verbis, illud nobis diceret pijſſimus Paſtor: *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quę perierat.*

22

Conſimilem prætereà animi oblectationem, vel eò fortaſſe vberiorem, quò de maiorę fuerat lucro, biennio antè perceperat idem Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus; cum Cyriacus, pro Armena Natione Conſtatinopolitanus Patriarcha, debitam Apoſtolicæ ſanctæ Sedi obedientiam præſtitit per epiſtolam, ad ipſum Papam Conſtantinopoli datam Excellentiſſ. ac Illuſtriſſimo Domino Delahaye, Regis Chriſtianiſſimi ibidem Oratori, vt eam ille mitteret ad Vrbanum: in qua & Romanæ fidei profeſſio, ab eodem Patriarcha ſeorſim propria manu conſcripta, ſigilloque munita; & efficax eiuſdem petitio pro Clericis Regularibus, quorum induſtriâ tantum ipſe bonum patrarat, eadem in Vrbe ſtabiliendis ad Armenum populum inſtruendum in fide Catholica, etiam inſertæ fuerant. Quæ quidem epiſtola, ab Vrbano Papa ſimul cum altera eiuſdem Oratoris Galli accepta, eo ipſius animum gaudio cumulauit, vt propterea Beatiſſimus ille Pontifex, perjucundis, & gratiarum actionibus refertis, ad eundem Patriarchàm, & Oratorem reſcriptis litteris, non modò gratum ſe illis dignatus ſit exhibere; verum etiam benignitatis ſuæ gratias ad ipſos quoque diffluere, paſſus ſit, Clericos Regulares. eos quippe dignos reddidit, qui

23

24

Cyriacus; Armenus Patriarcha, conciliatur Eccleſiæ Romanæ.

& Conſtantinopoli ſtabilem in poſterùm haberent Reſidentiam; & ab Eminentiſſ. ac Illuſtriſſ. Domino Cardinale Antonio Barberino, eius Nepote, quin à tota Purpuratorum ſacra Congregatione de fide prop. ſequentem acciperent de Cyriaci conuerſione gratulationis epiſtolã; quæ, ne vel leuiter ab originali dimoueatur, italico, quo ibi extat, afferetur idiomate:

Extat hæc epiſtola originalis Romæ in Archiuo S. Andreæ de Valle: eius verò exemplar in Tabulario Congregationis de Prop. Fid.

Molto Reu. Padre.

LA conuerſione di Monſignor Ciriaco, Patriarcha coſtì de gl'Armeni, alla ſanta fede Cattholica, eſſendo riconoſciuta da queſta Sacra Congregatione de prop. fide per frutto del zelo di V. R. inuita queſti miei Signori Eminentiſſimi della Sacra Congregatione medeſima, à rallegrarſene, come fanno hora, con lei. E perche ſperano, che il trattenerſi ella coſtì, per inſtruire nelle ſacre lettere la detta Natione, ſarà di gran giouamento à quell'anime; glie ne danno con la preſente la facoltà, & ordine, che ſi richiede. Se le mandano in oltre quì aggiunte le lettere per la Reſidẽza di Pera, e raccordandole di ſalutar in nome dell' Eminenze loro, e mio proprio, Mõſignor * Arciueſcouo di Diarbechìr, le prego per fine ogni contento. Roma, 31. di Maggio, 1642.

Al piacer di V. R.

Il Cardinal Antonio Barberino.

Franceſco Ingoli Secret.

* Ioannes Doctor Armenus, ſeptuagenarius, qui eodẽ anno obiequẽtes litteras dederat Clericis Regul. ad eandem Sac. Cong.

25 At verò ne, enarrandi gratia, inenarrabile Vrbani ſtudium, & vigilantiam in fide catholica propaganda, digreſſionem longiùs, ac extra limites protrahamus, reuertamur ad rem noſtram Iberam. Illarum itaque Summi Pontificis litterarum officijs Pater Auitabolis communitus, perrexit vnà cum ſocijs ad Iberos: ad quos tamen peruenire ante non potuit, quàm laborioſo duorum fermè annorum confecto itinere. In longum certè ſermonem me vocaret, prælertim ad alia properantem, qui cuncta Patribus obuia in tam ardua peragratione incommoda, difficultates, vi-
Verſabatur tum hoſpes in Colchide Trapezuntius Metropolita, Cyrillus Græcus; quem Noſtrates, ſubmotum à ſchiſmate, Romam deindè, vt ſuprà memoratum eſt, ad pedes Romani Pontificis deduxere. vicem quoque Patriarchæ gerebat ibidem hæreticus quidam Epiſcopus, dictus Allauerdèli; qui licet anteà

Patrum doctrinis aduerſatus acriter eſſet: poſteà tamen, cum ijſdem de rebus fidei pluries colloquutus, Catholicæ ſe dediderat veritati. Præſulis vtriuſque ſententia, & authoritas magnum apud Colchos pondus addebat rationibus Latinorum: qui tandem, diuerſis oppoſitionibus, difficultatibuſque diuino ſuperatis auxilio, ad ritè denuò Baptiſma ſuſcipiendum pleramque Optimatum, Populique gentem (nonnullis exceptis è Primoribus, qui à Græcis ſalutari lauacro rectè intincti fuerant) induxerunt. Præ alijs renati ſunt luſtralibus aquis Regina; & imperio, ſecundus à Rege, Pata Zulachìas; & Patriarcha ipſe Sciamochmedèlus, cum duobus Epiſcopis, qui ſubinde ſacris iterùm initiati fuere. Eccleſiarum itidem Curiones de eodem Sacramento ritè deinceps ſuſcipiendo, conferendoque edocti ſunt; præſertim Guarricellus, Parochus noſter; quem, à Latinis etiam baptizatum, orthodoxus Epiſcopus Metropolita, Cyrillus ad reliquos ordines iteratò promouit.

Cæterùm adeò creber adhuc eſt ad verum Baptiſma populi concurſus: vt (quemadmodùm ex nouiſſimis eorundem Miſſionariorum litteris erudimur) vnus tantummodò D. Chriſtophorus Caſtellus in ſolo ſeſquianni decurſu octingentos triginta quatuor, ac inſuper anno ſubſequente bis centum ſupra mille Baptiſmo regenerauit. Nec verbis prætereà recenſeri facilè poſſent, quot-quot ad Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta, quæ ibi pariter deſuetæ 145 omnino fuerant, frequentanda incenderint: quot Satràpas à propoſito vendendi ſubditos ſuos Mahometanis retraxerint: quot homines flagitioſos, & ſacrilegos à ſuperſtitioſis ritibus, veneficijs, rapinis, ebrietatibus; ex aliorum denique ſcelerum colluuione, malæque conſuetudinis corruptela ad piæ, Chriſtianæque vitæ inſtitutum reuocauerint doctrina, exemplo, prædicatione. Sed, quod mirabilius eſt, nouam in prædicto loco Zipuriàs nonnullarum familiarum Eccleſiam, Latinum ritum 146 colentem, inſtituerunt; quæ ſit licet nunc grex quidem puſillus; in maiorem tamen Capitum numerum ſingulis ferè annis excreſcens, per totam creditur Prouinciam proceſſu temporis (ſi Miſſio illa tot inter calamitates diù perſtare poterit) dilatãda.

Res interea Chriſtiana feliciter etiam, ac nihilo ſeciùs, quàm ex ſententia procedebat in Colchide, Miſſionarijs Gurielenſibus ſuccedebat. Princeps enim eius Prouinciæ Malachias; Dadianicæ amplitudinis, quæ ſibi magis adaucta videbatur obſequio Latinorum, æmulatione permotus; ſe quoque illorum ſocijs beneficentiſſimum exhibuerat. Quarè largitus eis in Vzurghèt iuxta ſui ædes Palatij & Domum, & Templum; magna ſæpè cum obſeruantia, animique oblectatione diuino illorum intererat ſacrificio; admiranſque in ornatu, & cultu Eccleſiæ ſummam Patrum diligentiam, miſtamque modeſtiæ grauitatem; *Quanta puta-*

tis, Aulicis dicebat aſtantibus, *magnificentia, & ſplendore Latini rem ſacram ſuis in Regionibus tractent; dum adhuc peregrini, & in longinquis hiſce Prouincijs eam tam benè curant?* Et quidem incredibile eſt, quanta Princeps hic affectus teneritudine verè paterna; quibus eleemoſynarum largitionibus; quali denique tutela ſeptem circiter annos, quoad ſuperuixit, Patres noſtros, qui deinde ad ſeptenarium vſque numerum in ea increuerant Reſidentia, foouerit, ſuſtentauerit, patrocinatus eis ſit. Hinc, ne ijs ſimilia penè repetã, quæ de Colchicis modò Miſſionarijs dicta ſunt; Lectoris exiſtimationi relinquo fructum, quo in Guriele ſub tam benefico Principe Clericorum Regularium prædicatio redundarit: à quibus inſuper inſtituto domi Collegio, pueri, dono ſibi oblati partim ab eodem Principe, partim ab alijs eorum dominis, & partim à parentibus, qui eos præ nimia paupertate alere non valebant; & libenter, quominùs Turcis venderentur, accepti; tum litteris, tum Doctrina Chriſtiana inſtruebantur.

Inter præcipuas autem, quibus cooperati ſunt ibi, hominum conuerſiones ad veram fidem, & morum probitatem; duplex illa, eò ſanè illuſtrior, quò magis populo ſalutaris; viri Apoſtatæ vna, altera ſchiſmaticæ meretricis; cum vtriuſque hactenus ibi memoria celebretur, non eſt hìc ſupprimenda ſilentio. Mulier erat in Guriele, ſingulari pulchritudine, & venuſtate cunctis conſpicua; cuius vir, ſtirpe generis non obſcurus, minax tamen, & arrogans admodùm, ob inſigne facinus orbatus à Malachia non tantùm oculis fuerat; ſed & vxore, & facultatibus. Cùmque Lèloca, hoc fœminæ nomen, ablato ſibi viro, ſui omnino iuris, ac ſola ſuperfuiſſet familiæ; ſtudium haud aliud illi, quàm vt veſtium pompa, mollibuſque honeſtamentis condecoraret ſeſe; & largo ſplendida luxu, blandior Amaſijs appareret. quamobrèm omni vulgatiſſima loco; illecebris libidinum multis animos innumerorum Amantium ad dedecus, & peccatum trahens; ruinam pleriſque, ſcandalum reliquis afferebat. Talem igitur Malachias quonam modo è Guriele peſtem eliminaret, cogitabundus; tandem auarus ſtatuit mente nefas, pretio venum Turcis dandam eſſe mulierem: nec planè rem noſtri antè homines reſciuere; quàm cum, propolis ad pecuniæ pactionem vocatis, imminebat venditio. præcipitant ideò moras ad Principem adeundum; cuius dum mentem ab impio reuocare conſilio rationibus multis conantur, & precibus: refert is, (perinde ac liceret ſcelera profligare ſceleribus) ſe ſcandalis, & diſſolutæ morbo mulieris aliter non poſſe occurrere. iterùm nihilominùs, ac ſæpiùs inſiſtentibus illis, ab iniqua deſciſcit ſententia; vndè luxu infrænem, diſciplina, frænoque Patrum moderandam, in æde iuxta noſtram Eccleſiam collocauit.

Lèloca interim argumento certiſſi-

tiſſimo nitebatur; eos, quorum operà, è charitatis fonte, & animarum zelo manante, ſuæ beneficium libertatis acceperat; non, niſi veros Dei famulos eſſe, veræque fidei Chriſtianæ prædones. quapropter illorum diſciplinæ ſe totam credens, quotidiè impenſiùs ad extirpanda ex animo vitia, & noua virtutum lucra faciendà progrediebatur. occœpit ergo primùm componere mores ſuos, ac priſtinos à ſe Amatorum conſuetudines reijcere; mox generaliter apud Patres confeſſa, corporis cultu, & ornamentis depoſitis, abſtergere fletu maculas præteritorum errorum: nec deinceps vnquàm viſa eſt; niſi vel humiliora domus exercitia, vel Eccleſiam noſtram, & Sacramenta, tanta cum religione, ac modeſtia defixis ad terram oculis, frequentare; vt omnium intuentium animos ad compunctionem, ſuique imitationem alliceret: adeòque erat vultus eius præ pœnitentia immutatus; vt multi, vix illum internoſcentes, dicerent cum ſtupore: *Heccine famoſa illa Lèloca eſt, illecebra cunctorum Amantium? qualis verò miniſtra nunc Eccleſiæ, famula Latinorum euaſit?* Quamobrèm, quæ priùs ſcandalum, & pernicies totius Prouinciæ fuerat; poſtmodùm virtutis, ac religionis incitamentum populo extitit vniuerſo.

Apoſtatæ verò, qui Feridon vocabatur, conuerſio, mirabilior fuit; nec in Guriele ſolummodò, ſed in finitimis etiam Regionibus magnas ſibi populorum acclamationes excitauit, & plauſus. Natus hic Senis in 151 Tuſcia ex parentibus Chriſtianis, ac Nicolaus in Baptiſmo vocatus, militiam primò exercuit; mox adhuc adoleſcens captus à Turcis, & à Chriſto deſciſcens ad Mahometicam ſectam, tranſmigrauit Conſtantinopolim. ibi Paganæ iugatus vxori, & annos quinque ſupra viginti vitam turpiſſimam, omnique vitiorum genere inquinatam, agens; medicæ artis peritiam apprehendit. audiens demum, Gurielis Principem Malachiam, ſenio, morbiſque confectum, incolumitati ſuæ medicum 152 exoptare; inde in Gurielem ſe tranſtulit: vbi ab eodem Principe gratanter acceptus perinde atque vnus è Superis, ſuæque baculum ſenectutis; honoribus, facultatibus, prædijs, ſubditorum dominio, ac bina etiam nobili coniuge, iuxta Mahometicæ legis permiſſionem, adauctus fuit. Erat autem Feridoni ſtatura procera, vultus grauis, barba prolixa, ingenium perſpicax; & lingua, idiomatibus multis, Latino, Italico, Turcico, Illyrico, Iberico- 153 que locupletata. quarè cum eius experiretur operam Regulus, non modò infirmitatibus ſuis, ſed alijs etiam negotijs maximoperè opportunam; præcipuo illum amore, & honore proſequebatur.

Hinc peruerſus Apoſtata, videns ſe & fauore Principis, & opulentia diuitiarum præfultum; adeò ſuperbè, inſolenterque agebat cum omnibus, probroſis alios verbis inceſſens, alios infeſtans rapinis, alios quoque mi-

nis, & verberibus onerans; vt vix vllus ibi reperiretur, cui ſummam per iniuriam infenſus ipſe non eſſet, ac inimicus.

Intereà Clerici Regulares paulò poſt eius aduentum in eandem ſuperuenere Prouinciam: quos cum perſpiceret Feridon acceptiſſimos populo; atque ſibi, vt in Principis gratia participanda, & natione compares, ita moribus, & religione longè diſpares eſſe; ad eos acriter inſectandos magno inuidentiæ, & liuoris æſtu concitus fuit. crebrò Malachiam ad æmulos inde ſuos proſcribendos inſtimulauit: Patrem Giardinam, eius Reſidentiæ Superiorem, veneno tollere adorſus eſt: vt eius pariter incendij, quo noſtra ibi domus conflagrauerat, ipſum multi autorem ſuſpicati ſint. Patientiſſimè tamen exagitationes impij Defectoris ſufferebant noſtri Religioſi: nec aliud in corde, & memoria volutantes, quàm ſalutem animæ eius; plures cum ipſo de fidei veritate diſceptationes inſtituere, ſed fruſtrà: tanta enim Feridonis erat in Mahometiſmo tuendo pertinacia mentis, impetus animi, & affluentia verborum; vt plerumque in furorem etiam, ac rabiem raperetur; illud in ore ſæpiùs habens: ſe eam ſectæ ſuæ fidem præſtare, cuius vi adhuc miracula confideret patraturum.

Tranſeunt igitur in tali eius impietate, exercitioque inimicitiæ tres anni. Cum poſtremò, animaduertens perfidus, manſuetiſſimos Sacerdotes non alijs armis perſecutionum ſuarum impetus tandiù retudiſſe, quàm patientiâ; depoſitis odijs, in familiaria cum ipſis alloquia, & mutuum amicitiæ fœdus coiuit. tum Clauſtrum frequenter adiens; poſtquàm egregias illorum virtutes, Inſtitutique ſanctimoniam odoratus fuit, & vitæ permotus exemplo; ſalutaribus eorum verbis non aures modò præbuit mitiores; ſed & mentem applicuit, & animum dedidit contumacem. Excuſſa iam ex intellectu Feridonis perobſcura illa viginti octo annorum infidelitatis caligine, varijs curarum fluctibus agitari pectus cœptum eſt. hinc ſalus ipſum vrgebat animæ ſuæ: hinc à propoſito deterrebant, & humilis Chriſtianorum vita, durſſimis tam oppreſſa præceptis, quàm contemptui in Oriente obnoxia; & debitæ ſibi facinoroſo pœnitentiæ rigor; &, quod moleſtius videbatur, futurum Concubinarum diuortium, quibus ceu totidem, fatebatur, catenis cor ſuum arctiſſimè illigari. tales itaque inter animi cruciatus quatuor iugiter menſes attonitus, ac veluti mentecaptus, fluctuari, gemere, atque ſuſpiria ab imo cordis extrahere viſus eſt. Tandem die feſtiuitatis S. Nicolai, *Myrenſis Epiſcopi*; qui priſtinum illi nomen, fidemque creditur impetraſſe; abiurata publicè Mahometica lege, & cum Chriſto reconciliatus, ad Eccleſiæ Sacramenta cum incredibili cordis compunctione, & profluuio lacrymarum acceſſit.

Singularia porrò, atque admira-

tione digna fuerunt ſeueriſſimæ pœnitentiæ, chriſtianæque perfectionis
157 indicia, quæ ſubindè per vnius anni curriculum, quandiù ſuæ ſuperuixit conuerſioni, edidit Nicolaus. Statim è Concubinis, vna duntaxat, ex qua duas habebat filias, quæque ſecum deinceps caſtè, ſanctèque viuere propoſuerat, domi retenta, dimiſit reliquas: aliena bona, quæ vi priùs, & iniquè occupauerat, prout cuique debebantur, reſtituit: inimicorum quoque pedes in publico foro deoſculatus, veniam à ſingulis petijt illatarum iniuriarum. mox cellulam in
158 exiguam, quam ſibi ſeorſim in atrio domus extruxerat, ſecedens; ibi, vt exactam improbè vitam perpeti pœnitentia compenſaret, indutus cilicio, carnem crebris ieiunijs, & flagellis affligens, ablato etiam ſæpiſſimè lectuli ſtrato, tabulam ſuper nudam decumbens; diu noctuque aut orationi, & ſacrorum librorum lectioni vacabat, aut amariſſimè plangebat peccata ſua.

Cæterùm de aliena ſalute non ſecus ſolicitus, ac de propria, fuit:
159 Catholicam fidem, & Chriſtianas virtutes cum feruore ſpiritus admirabili, nec ſine vberi fructu, Iberis, Armenis, & Turcis prædicare ſolebat: ſuum Principem Malachiam, vt vitam religioſiùs inſtitueret; ijſque Græcis, per quos ab Occidentali Orientalis Eccleſia ſciſſa fuerat, diras nõ ſemel imprecaretur, induxit. Præterea ſubeundi pro Chriſto martyrij deſiderio æſtuabat; quam etiam ob cauſam ſæpè noſtræ Congregationis habitum, Laicorum adhuc numero
157 adſcribendus, humiliter poſtulauit: cumque Patres remorarentur ipſum in ſeculo ſtudio vlterioris probationis; Nicolaus, quò ad Religionis ingreſſum expeditior redderetur, omnibus facultatibus ſuis renuncians; eas Monaſterio Monialium Venerabilis Matris noſtræ Vrſulæ Beninca-læ, ſub regula, ac regimine Clericorũ Regularium domi ſuæ fundando, attribuit; in quo ante alias & optimam ſociam ſuam, & famulas, & filias, quæ Chriſto per Baptiſmum
158 nuper regeneratæ fuerant, Deo voluit conſecrari. Quibus vix peractis, moleſtiſſimo morbo, cuius diuturnas trium menſium vexationes mira patientiâ tolerauit, correptus; eoque ingraueſcente, Eccleſiaſticis Sacramentis munitus, & fidei noſtræ Symbolo deuotiſſimè recitato, animam Deo reddidit. de cuius obitu nuncius eò acerbiori dolore Gurielenſium pectora vulnerauit; quò anteà iucundiori affectu lætitiæ eius ad fidem conuerſio animos illorum per-
159 fuderat.

Plura itidem ſupereſſent, de Cardelienſis Reſidentiæ dicenda profectibus; quæ tamen, cum ſemel à Maggio, ſuperiùs memorato, in Vita venerabilis Patris noſtri Iacobi de Stephano literis, memoriæq. mandata ſint, noua hìc narratione non indigent. Ea porrò, quæ poſt mortem eiuſdem Patris, in illa me pariter Reſidentia commorante, intra biennium ſunt geſta, paucis perſtringam. Ex Armenijs, Goride inter Iberos

degentibus, aliquot è Schiſmate, hæreſumque tenebris ad veræ fidei 160
lumen, & Eccleſiæ Catholicæ gremium reuocati fuere: præ quibus Domnus Minas, authoritate, captuque ingenij præcellentior alijs Parochus, Romà næque religionis ſtudioſiſſimus, celebratur; qui, vbi per diſciplinam Patrum plenam de ſingulis Armeniorum erroribus notitiam aſſequutus fuit, eos firmiſſimè deteſtatus eſt: cœpitque in poſterum, vt populi beneuolentiam nobis conciliaret, illum ad Eccleſiæ noſtræ 161
Sacrum audiendum conducere, quotieſcunque in ſua illud Parochia intermitti defectu eleemoſinæ contingebat. Multis prætereà Iberorum pueris, ad noſtrum ſacrum Fontem delatis, Baptiſma ritu ſolenni collatum eſt; alijſque adultis, Catholica priùs fide imbutis, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramenta ſunt impertita. Quidam autem ex his, indolis egregiæ iuuenis, nomine Andreas, relicta vnà cum Seculo puella, cum qua ſponſalia iam antè contraxerat; in noſtrorum Sodalium cœtum vo- 162
luit cooptari. quamuis autem à conſanguineis ſponſæ vexatus fuiſſet atrociter, accuſatuſque ob id apud Cardelij Principem Roſtuanum; nec blanditijs tamen, nec minis vnquam induci potuit; vt ſuſceptam fidem, & habitum Religionis, in qua ſanctiſſimè vixit, obijtque, deſereret. Quidam inſuper Perſa, Mahamanuncupatus, è Paganiſmo ad Chriſtianam fidem perductus eſt: alijque homines ſceleroſi è publico concubinatu, aliorumque vitiorum cœno ad bonam frugem redierunt. Quæ quidem omnia etſi poſt obitum ſerui Dei Iacobi à reliquis ſocijs eius intra prænotatum temporis ſpatium in ea Prouincia patrata ſunt: nulli tamen dubium eſt, quin ex magna tanti nominis viri fama, poſt mortem ibi relicta, proceſſerint; ac reliquiæ fuerint, ex eius præcedenti meſſe collectæ. ipſius proinde merito aſcribenda ſunt; alijſque præclaris facinoribus ſuis, deſcriptis à Maggio, inſerenda. 161

De laboribus itinerum Clericorum Regularium, ad Iberos, & Colchos pro fidei prædicatione proficiſcentium. Vbi Autor iter ſuum enarrat.

QVod autem ad labores ſpectat viarum, quæ à Miſſionarijs Iberiacis vix vnius anni ſpatio conficiuntur; ex eo duntaxat, quod vno 162
meo accidit in itinere, conijcere quiſque facilè poterit. Cedens itaque ipſe Patriâ tribus cum ſocijs è Noſtratibus; mittente nos ad Iberos Vrbano VIII. Pontifice Maximo, anno Chriſti 1636. menſe Maio; prima dedi vela Neapoli Meſſanam verſus. Inde Syracuſas, & Melitem; atque hinc tempeſtuoſis ventorum, fluctuumque procellis ad oras Syriæ iactatus, vrbem, è cuius finibus egreſſa Mulier Chananæa obuiam proceſſerat Redemptori, Sydonem appuli. Dum

autem, petiturus Hierapolim, vulgò Aleppum, Sydonio è portu Minorem Alexandriam Turcicis triremibus transfretarem: ne in piraticas Melitensium naues, quæ onerarias nostras obstinatè insectabantur, inciderem; (magis enim externis infestabamur amicis, quòd obitèr profectionem nostram interpellarent; quàm comitibus inimicis, qui crebris nos insultationibus diuexabant; & probris); Beryto derelicto, Tripolim descendere compulsus sum. Hac dein ex vrbe viâ multorum dierum, ac periculis obsitâ; in qua vt Arabum prædonum incursus vitaremus, necesse fuit deuijs, & nocturnis sæpè itineribus properare; peruènimus terrà Hierapolim: vbi etiam, comperto Missionis Præfecto, Patre Auitabole, occursationem nostram iamdiu ibidem expectante, hyemauimus. At missa quælo faciamus, quotquot hucusque malis vita nostra terrà, marique periclitata est.

E Syria deinceps Arzerum vsque (ciuitas est hæc in maiori Armenia) bimestre spatium sub ductu Armeniorum magis pedestres, quàm equestres exegimus. oportuit enim plerunque, in ascensu maximè, descensuque montium Armeniæ, & aliorum, quibus illa passim prærumpitur via, cliuorum; ne sub vtraque nostrum, rerumque nostrarum sarcina equi fatigati deficerent; iter pedibus facere. Ver quidem erat: veruntamen quascunque solet rigido hyems in climate vel niues iactare, vel imbres; eas propè omnes Cœlum illud rigidissimum, quod etiam sub
163 initium Maij ningere vidimus, super humeros nostros diu, noctuque effudit. Quot vilas noctes immensas aut sub profluuio pluuiarum, aut studio speculandi, ne nostros fur equos abriperet, insomnes traduximus? quoties ad quietem sternentes deficientia corpora super niuem; quæ nonnunquàm eò altitudinis eleuabatur à terra, vt vix grandiorum summitates arborum apparerent; noua interim noctu supercadente, manè vltrocitroque obruti niuibus videbamur? tunc autem vehemens vis algoris ita nos
164 astringebat; vt rigore contractos, motuque carentes, aliorum brachijs equis imponi, efferrique vt mortuos, opus esset: vndè & mortem ipsam frequens nobis ex equis præcipitatio minabatur. Multos rigor ille niuis insolitus penè exanimes reddidit; multorum aduffit pedes; nonnullorum etiam oculis perniciabilis fuit.

Addebatur ad hæc debaccantis Boreæ flatus, ipsa quoque præcordia penetrans, & exiccans. Interdum super Armeniæ montes, ne raptum
165 per aërem, ex alto deorsùm furialis me turbo deijceret, apprehensa equi cauda, quasi ad anchoram steti. Interfluebat autem abrupta montium cacumina magnus Euphrates: quindecim per hæc dies iter vsque adeò habuimus odiosum; vt equorum multi relicti in via fuerint semimortui; multi ruerint in flumen suo cum onere præcipites; sed & vix non eadem ipsi pericula, in montibus illis, & Euphrate, alijsque fluminibus iterùm,

rùm, ac ſæpiùs tranſmittendis, ſubiuimus.

Laſſis autem, ac præ ſiti, fameque, & algu exinanitis, cibus ſæpenumerò non fuit, niſi toſtus, ac nauticus panis; potus, aqua lutulenta, vel, hac non reperta, glacies ipſa; ignis, ſtercus bouillum, magna cum ſedulitate viâ collectum, & labore accenſum; lectus, penula, qua ad arcendas è nobis pluuias vtebamur, ſuper cœnum, aut niuem ſtrata. vndè, corporibus hæc per incommoda fatiſcentibus, multoties animi deliquia paſſi, cadebamus per iter ante pedes exanimati. Quapropter cum itineri vlteriùs proſequendo ineptiſſimi haberemur, & comitatui etiam importuni; ter à Barbaris derelicti in via ſoli fuimus fortunæ arbitrio; totidemque ab ijſdem, præ pietate deinde reſipiſcentibus, quominùs fieremus eſca ferarum, iterùm reaſſumpti. Quocirca vel Turca quidam, miſeratione noſtri permotus; poſtquàm Armenium, totius Cateruæ Ducem, nimis ferociter increpauit, quòd Chriſtianos, ſuæque fidei profeſſores, immaniter à lupis in via deuorandos deſeruiſſet; ad nos in comitatum denuò reuehendos, octo ferè milliaria retroceſſit. Plurima tandem hoc in itinere paſſi ſumus diſcriminum genera; plurima fuere diuini erga nos patrocinij, & prouidentiæ beneficia: quæ ſi omnia narrare velim, modum excedam voluminis.

Dies porrò memorabilis, (hoc equidem non tacebo) atque impendentium periculorum acerbitate 166 multò luctuoſior illa fuit; cùm campum in immenſum, & altiſſimis, obduratiſque niuibus obductum, prouecti; tepido perflante Auſtro, emollitàque ſenſim niue, cuncti, qui centum circiter viatores eramus, vnà cum equis naufragium fecimus. Ad ſiccum quiſque profugium vel huc, vel illuc per niuale diluuium euadere pro viribus conabamur: verùm ad equos, & mercium onera è profundo niuium eruenda, integra non ſuffecit ea dies. Nocte igitur appetente, è nobis quinque miſellis, 167 tanto in naufragio non modò à Barbaris, ſed etiam ab inuicem, cum nullus ſuo par eſſet periculo, derelictis; duo in cuiuſdam collis vertice pernoctarunt; duo longè vlteriùs progreſſi, ad periculoſi vadi terminum peruenere; quintus autem, in medio niuium implicatus, pro lecto cacumen arboris, feſſa membra quiete compoſiturus, elegit. ita noctem illam, ſeorſim ab inuicem ſeparati, atque alij de aliorum interitu 168 tantùm dubij, quantùm inſcij de incolumitate, in mœrore, luctuque tranſegimus. Sed iterùm poſteà recollecti, iterque proſequuti, tandem tenuimus Arzerum: vndè, ne pluribus immorer, poſt trigeſimam lucem ingreſſi Cardelium, Iberiæ Prouinciam; anno à prima diſceſſione tranſacto, Ghoridem, non longè à Portis Caſpijs vrbem, ac terminum itineris noſtri, ſub Maij finem peruenimus; vbi à Sodalibus, ea in Reſidentia commorantibus, ſumma

cum gratulatione excepti, maximas beneſico Deo gratias egimus, quòd è tot, tantiſque nos periculis eruiſſet.

Poſtquàm in hac ego Prouincia multum temporis officia Miſſionis exercui; iuſſus in Colchidem tranſmigrare, ſolus cum ſolo Europæo puero tres ducens equos, libris, & Eccleſiaſtica ſupellectili, de vna Reſidentia in alteram tranſuehendis, onuſtos; multis licet comitatus Armenis; per Caucaſios montes plenam laboris, ac diſcriminis viam viginti dierum aggreſſus ſum. Raptus in itinere à graſſatoribus, abductuſque è comitatu in Caucaſi ſupercilium, ſub cuſtodia per diem detentus fui; non planè liberandus, niſi libertatem denariorum, quibus plena equorum eſſe onera credebantur, pretio redemiſſem. Quatuor tantùm aurei meum fulciebant commeatum: his demùm, & veſtibus à barbara mihi rapacitate detractis, vnà cum puero, & equis ſacra vectantibus ornamenta, quæ illi præ reuerentia (hanc ſolam in Impijs admiratus tamen fui religionem) ne attingere quidem auſi fuere, ad comites iterum aſſequendos crepuſculo veſpertino dimittor.

Erant iſti longo à me diſtantiæ interiectu extra viam caſtrametati: ad quos cum feſtinus, anheluſque per ſaltuoſos locos, & horrores nocturnos auius, ad mediam vſque noctem properaſſem, eos incautè tranſgreſſus, ſucceſſi in præceſſam, & horriferam ſyluam. Hìc metu trepidanti, atque de errore viæ ancipiti, prægrandis vrſæ tranſilientis occurſus maiorem mihi dubietatem, & timorem iniecit. animo conſternatus, diuque in progreſſus, regreſſuſue deliberatione hæſitans, denique mitto retrò puerum ad ruſticorum, ſi qui eam deſertam incoluiſſent heremum, auxilia inclamanda; quæ dum ſolus in tenebroſo luco cum defeſſis, ac ieiunis equis expecto; genuflexus preces fundo cum lacrymis, opem cæleſtem contra impetus imminentes ferarum imploraturus. Ille interim, in apertum reuerſus, campeſtrem vbique ſolitudinem per ſilentia noctis vociferando perluſtrabat; cum ego eſurientes equos, atque ad herbarum pabula conquirenda introrſum per ſylueſtres latebras etiam ſub pondere diſcurrentes, amiſi.

Iam longa præterfluxerat mora, in qua & puerum, & equos lugentem, fruſtra me capti conſilij pœnituerat. (omnimodam in periculo ſolitudinem tunc verè, fateor, amariſſimam ſenſi; eique ex animo, & toto corde illacrymaui). in mentem quidem venit afflicto, vt tutus è ferarum faucibus fierem, conſcendere arborem: ſed hoc ſæpius attentatum nequiui ad finem perducere; cum arbores vicinæ (ad remotiores enim accedere, timore magno perculſus nequaquàm audebàm) nullos haberent in parte inferiore ſtipitis ramos. Donec in tanta calamitatum preſſura verſabar; ecce canis, qui me primùm, lupus proſpectu dubio viſus, exterruerat, propiùs deinde accedens,

dens, ac nuncius venturi ſubſidij cognitus, mirum in modum conſolatus eſt. Præceſſerat namque is meum, multis cum Armenis auxilio mihi venientem, puerum; qui cum deſertum vſquequaque vocitando peragrauiſſet; poſtremò acceptis eminus clamoribus reſpondentium, iam cœtum ſociorum compererat. Equidem, illos vt vidi, ſtatim eleuatis ad cælum manibus, & ſummas Deo de accepto beneficio gratias referens, lætitia indicibili amplexatus ſum; qui tandem poſt multum laboris & me, & equos, diligenti perquiſitione repertos, è ſyluoſo, imperuioque ferarum domicilio ad comitatum incolumes paulò ante diluculum reduxere.

Contigit hoc in Prouinciæ Cardelienſis confinio: vndè, orto iam Sole, diſceſſimus; relictàque ad læuam Reſidentia, quam Noſtrates in Prouincia etiam Gurielis habebant, intrauimus Imeretum. Hinc, viſa regia Cotatis vrbe, ac Phaſide pontibus traiecto, per eiuſdem fluminis ripam, & extremos Caucaſiorum montium colles in Colchidem. Phaſide iterùm naui tranſmiſſo, deſcendimus. Denique, dimiſſis in Calachìs Caſtrum Armenijs, noſtra ipſe tuguria ad litus Euxini maris ingreſſus ſum; vbi Sodales, aduentu meo incolumi, gaudio cumulaui.

Iamque triennium in Colchide, barbaris quidem gentibus ijs haud quaquàm inuiſus, abſolueram; cum iuſſu Superiorum meorum Conſtantinopolim petiturus, ſub initium menſis Nouembris Euxino me Ponto commiſi vnico cum Sodali. Turcicum erat nauigium, quo Colchi ad trecentos Conſtantinopolim proſcribendi tranſportabantur. In eo quicquid malorum tolerari poteſt, tot inter mancipia bimeſtri tempore conſtipati, pertulimus; famem, ſitim, frigus, ſqualorem, fœtorem, pediculorum multitudinem, conuicia quoque, & verbera. nam quotieſcunque neceſſitatibus naturæ ſatisfacturos, noſtro de loco etiam pauxillùm recedere oportebat; ab Infidelibus, vel nautis, vel mercatoribus, non probris ſolùm, ſed & pugnis, & calcibus petebamur. ac ſemel quidem adeò immaniter cæſus in capite fui; vt ſanguine illud reſperſum, diù mihi exulceratum perdoluerit.

Imminebat iam hyems, ibique ſub Arcto ſæuiſſima; & Borei incipiebant turbines Cerceticis egredi de montibus procaciſſimi. Ne igitur proueheretur nauis in altum, vndè eius ad oras Auſtrales alliſio timebatur; obnitentes conatu, quanto potuimus, in aduerſum; ac fluctuum, ventorumque impetus, plenis, proniſque ad mare velis, è dextro latere retundentes; radere primùm cœpimus Abaſgorum, deinde Cercetarùm litora. vbi verò Geticos, Sarmaticoſque ſynus ingredimur hyeme, en maiore in nos impetu ingruunt furiæ Aquilonares. Menſtrûa iactati tempeſtate; ac nullum portus, qui à ventorũ nos iniuria vindicaret, nacti perfugium; nauem nunc huc, nunc

nunc illuc prominentes ad scopulos, quibus ab Aquilone protegeretur, admouimus; nixique quatuor anchoris, eodem vix in loco retinebamur; donec feliciùs nauigandi sese offerret occasio. interim cibariorum penuria, & siti omnes affecti; per Scythiæ adusta frigore litora, cados super humeros baiulantes, aquam oberrando quæritabamus, & panem.

At verò nonnullis è Borea, magis magisque ingraueſcente, perruptis anchoris; cæterisque, nimiùm exaggitata ne nauis penitùs laxaretur, sublatis; ac datis carbasis, opus planè fuit, ventorum, & æstus arbitrio credere extremo discrimine laborantes. Itaque fluctuum suffusi procellis, ac penè submersi, directo ad Thracium Bosphorum tramite, nauifragum Pontum percurrebamus.

Inter hæc mihi, maximo hyèmis rigore, alijsque, quæ ferri vix possent, confecto incommodis, frigidum intra caput enascitur apostema; quod acerbissimum secum dolorem, ac diuturnam afferens febrim; denique, ne me vitâ priuaret, sinistra egestum ex auricula, perpetuum illius mihi sensum ademit. nec mihi duntaxat; sed multis præterea bruma, adhuc intra nauem cruenta, manus iniecerat; è quibus triginta mortem oppetiuere. Tandem Cimmerium glaciatæ Mæotidis Bosphorum, Tanaisque ostia, prætergressi; portum, Baluchlauà nuncupatum, ad Tauricæ Chersonesi oras intrauimus; hyemationem illam feros inter Scythas, & Sauromatas traducturi. 175

Cæterùm egressi de nauigio, excipi neuter hospitio, neque in cauponam mercede potuimus: quippe maxima hospitum, ibidem hybernantium, multitudo iam cuncta domorum compleuerat habitacula. Læti igitur Saluatoris exemplo, cui nec recèns nato locus in diuersorio fuerat, mediterraneam in villulam, duodecimo à mari stadio sitam, secessimus; vbi fidelis quidam pauperculus, Græcus genere, solam cum vxore ædiculam, antro subterraneo 176 incumbentem, inhabitans, inter Paganos diuersabatur. Hanc ille specum, quæ vix quinque palmorum altitudinem excedebat, nobis obtulit incolendam. Quarè manibus, genibusque reptantes, belluino more habitaculum succesſimus belluarum; in quo, cum vnicum perangustum foramen, & portæ, & fenestræ, & camini munus expleret, lassis, & frigore rigidissimo exanimatis, omnia tolerabilia erant præter 177 fumum. Et quidem oculi nostri, ne dum lacrymis, sed & sanguine turgidi, iam marcore post octauum diem contracto, incipiebant lippire.

Cùm his autem premeremur ærumnis, misericordiam Mahometani cuiusdam Scythæ captauimus; qui, ne fumo prorsus obcæcaremur, in tuguriolum, cespite congestum, domuique suæ vicinum, nos reduxit ex antro: vbi verò accepit auribus aduenarum stragem in portu pestife-

ris

ris ex morbis editam; ac paulò poſt introſpexit in gurguſtio nos ambos humi ægrotos iacere, me quidem putrida, ſocium autem tertiana febre oppreſſum; putans, ſuos ad lares vltrò peſtem admouiſſe, cœpit ſe collocati iam beneficij pœnitere: verùm prior ne pietas in impietatem migraret, nequaquàm exturbauit hoſpites; ſed, tanquàm peſtilentia laborantes, quominùs ad nos vllus accederet, præmonuit vniuerſos. Ergo ab omnibus deſtitutos, ſiti potiùs, & inedia; quàm morbi violentia mori, neceſſum erat: vndè Pœnitentiæ ſacramentum alter alteri conferentes, ad mortem alacri animo ſubeundam inuicem hortabamur. 178 179

Poſt hæc furor, in me vehemens, febris, cum nequiuiſſet per glaciata, & aſtricta rigore membra euaporari, totus in caput delirijs occupandum coiuit. biduum ſic phreneticus, nulloque cibi, aut potus ſubſidio recreatus, iam ad mortis vſque limen perueneram; mihi quoque commoriturus, iacens iuxta me ſocius, & quò tanta ſeſe verteret in anguſtia neſciens, animæ conſulebat ſuæ. Ieſu bone, quid tunc calamitatis, & miſeriæ nobis? quid poſteà ſolatij, gaudijque fuit; cum miſerrimè pereuntibus ſuccurriſti? Dum enim mentis haud potens in extremis ſic laborabam; ecce rediens à phrenetide (maxima quippe debilitatio iamentem ad reſipiſcentiam reuocarat) ſtantem prope me vnà cum nato eius vlceroſo, paganam cernomulierem; quæ, vt purulentis filioli plagis mederemur, panis, ouorum, pulmentique munuſcula offerens, nos cupidè precabatur. O magnam Dei prouidentiam, qui nuſquam deſerit ſperantes in ſe! Itaque cibo ſtatim refocillati; oſtenſiſque beneficæ mulieri nutu, ac voce flebili indicijs grati animi; imploranti pro puero remedia pollicemur, ſi quando, nonnullius ope iuuati, priſtinam adepti valetudinem fuiſſemus. Offert illa libenter opem ſuam; ſedula bis in die viſit, & reuiſit ægrotos; nobis denique, quoad valuimus, de proprio ſubuènit, miniſtrauitque per duos menſes: cùmque à vicinis mulieribus, quòd Chriſtianis peſte laborantibus miniſtraret, exprobraretur, vitareturque; à pietatis tamen officio nunquàm diſtrahi potuit. 179

Nos intereà conualeſcentes, curationem vtriuſque ſuſcepimus, ac plùs certè matris ſpiritualem, quàm corporalem filij. Et huius quidem vlcera medicatione vnguenti, quod ex Colchide nobiſcum deferebamus, breuì ſanata ſunt: illa verò, quamuis ex virulento infidelitatis vlcere noſtris cohortationibus liberata fuerit; ex eiuſdem tamen ſordibus haud quaquàm emundari tunc valuit. nam cum ipſius animus, ad fidem iam Chriſtianam inductus, induci non potuiſſet ad Martyrium; quod illi neceſſariò ſubeundum erat, ſi vnquàm à ritu ſuperſtitioſo Mahometicæ legis abſtineri viſa fuiſſet, præſertim à marito; nequiuimus eam, id licet à nobis ſolicitè depoſcentem, 180

ſalu-

ſalutari Baptiſmatis vnda abluere. Quid pia Cathecumena precibus intentatum reliquit; vt, ſalua ipſius vita corporis, ſaluaremus & animæ? quid nos inexcogitatum; vt fœminæ, adeò de nobis benemeritæ, vtrique bono proſpiceremus? Denique captum, quod ei dedimus, hoc ſalutare conſilium, verbis huiuſmodi repetebat: Aut hinc mihi vnquàm patebit effugium; & aliò certè me recipiens, Chriſti fidem liberè profitebor: aut hìc præmaturam obibo mortem: & non ſine Chriſtiani Baptiſmatis deſiderio, nec ſine dolore de præterito charitatis defectu ſpero me morituram: miſerere Ieſu Redemptor tuæ miſeræ Cathecumenæ.

In tali ſtatu religionis Sarmaticæ relicta mulier fuit; nec dubitauimus, quin fructum piè in nos factorum vberrimum à Deo remuneratore bonorum operum ſuo tempore perceptura eſſet. Interim, tranſacta hyeme, vocamur à nautis in portum; vndè nauigio Aprili menſe ſoluto, poſt breuem, & proſperam nauigationē Boſphorum Thracium, quo Aſia dirimitur ab Europa, intramus. Admota nauis Byzantio, ſtatim à ſatellitibus Turcicis occupatur, perturbaturque. educunt hi primùm ab ea captiuos omnes venales; vt, donec ſoluantur pro ſingulis vectigalia, in publico telonij loco detineantur: mox redeuntes reliqua ſcrutaturi, nos ambos inſpectant in anguſto quodam nauis penetrali metu trepidos ſublatere: finem enim præ. 182 ſtolabamur ibi tumultus. Exiſtimantes ergo, alia ſub habitu religioſo deprehendiſſe mancipia latitantia, repente in hanc vocem erumpunt: *Exite furciferi: exite morituri: quid hìc ſtatis? quid adhuc moramini? exite ſuſpendendi patibulo.* Ad huiuſmodi contumelioſas, improuiſaſque minas ſtupeſcimus. terret nos nimiùm furens Barbarorum ferocitas; propria ſolatur aliquantulùm innocentia: dumque inter ſpem, & metum medij fluctuamus, iterant illi conuicia, iterant minas. Egredimur tandem conterriti; & doloroſos antè 182 verberum ictus ſentimus, quàm in nos conceptam calumniam. Ad ſummam, vbi furibundos leniter alloquor ſtipatores, turcica ipſa loquela falſum oſtendit crimen meum. ſilentium verò ſocij, ignorantis idioma Turcarum, ipſum ponit in culpa, ſuadetque ſatellitio mancipium meum Colchiacum. igitur me dimiſſo, ille tenetur, & ad telonium vnà cum alijs trahitur proſcribendus. Cæterùm nil ad eum liberandum mea contuliſſet teſtificatio, nil 183 nautarum; niſi Rais ipſe, nauigij Dux, qui mihi erat pro adhibita cuidam ſuo vulneri medicina obſtrictus, pariter etiam accurriſſet.

Reſtitutus ſocius in libertatem, infirmatur ad mortem; poſteà conualeſcens, terrà proſequitur iter in Italiam. iubeor ipſe pro conuerſione Armeniorum, Byzantium grandi numero incolentium, ſine ſocio laborare. Quæ hìc mihi triennio acceſſerunt incommoda, multa quidem,

dem, & varia ſunt: vt ſtudeam breuitati, præcipua, ijſque notiora Chriſtianis, paucis perſtringam.

Galatea, vrbs eſt à Conſtantinopoli portu ſolùm diſcreta; vbi omnes Catholici, quotquot illa verſantur in Prouincia, vel ciues, vel aduenæ, degunt. Excipior hìc primùm, & perhumaniter, ab excellentiſſimo, ac pijſſimo Domino Delahaie, Regis Gallici Oratore, in domum ſuam, & in contubernium Patrum Cappuccinorum; qui dum ibidem ſub Oratoris eiuſdem patrocinio ſcholam, vel inuito Turca, Græcis adoleſcentibus explicant, magna ſanè cum dexteritate, & augmento Catholicæ fidei; ego, vnus in ea tunc Regione pro Armenica natione Miſſionarius, do operam Armenis, ad me quotidiè confluentibus, erudiendis diſcipulis. Erat eo temporis Conſtantinopoli Armeniorum Patriarcha Magiſter Cyriacus, concionator inſignis, cuius fama ob præclarum eius ingenium, facundiam, & vitæ integritatem in vniuerſa quoque percrebuerat Armenia. Hic non ſemel à ſcriptis meorum diſcipulorum tentamenta petens meæ doctrinæ, perſpexit illam, quantulamcunque licet, ſanam; &, quod ei apprimè placuerat, armenis vocibus aptè, ac dilucidè explanatam.

Hinc viſendi, alloquendique alterum deſiderio æſtuebamus vterque: continuimus tamen cupiditatem, veriti, ne apud Turcas Armenus Patriarcha Romanæ fidei accuſaretur à Suis. per epiſtolas ſaltem colloquuturi, cœpimus mutuum litterarum officium frequentare. Fidus admodùm erat, & vtrique carus amicus, ex diſcipulis meis vnus, nomine Ioannes; qui, ſuis nunc Romæ expletis ſtudijs, Miſſionarius ad Armenios deſtinatus eſt: per hunc vltro citroque ſecretæ mittebantur epiſtolæ; ad me Theologica dubia, quibus mens Patriarchæ implicita, per fidei deuia ferebatur: ad illum reſolutiones eorum, quin integri tractatus, eundem ad rectum fidei tramitem reducentes. Hinc factum eſt, vt, commendante illo ſæpè doctrinam meam, & amplectente, multò plures adoleſcentes, eiuſdem doctrinæ deſiderio tracti, ſeſe mihi in diſciplinam tradiderint. Erubeſcerem quidem referens; &, vti magna, qua tenebar, inſcitia in ſapientiæ ſpeciem illic migrauiſſet, mirarer; niſi manifeſtum illud eſſe cognoſcerem; ſolitos frequenter à Cæcis duces ſuos, vel monoculos, haberi oculatiſſimos). *En temporibus noſtris*, aiebat ſæpè Cyriacus fidelioribus ſuis, qui eadem mihi poſteà referebant, *nouus in Oriente prodijt Athanaſius, nouus Cyrillus: accedite ad eum filioli, & illuminamini. faxit Deus, vt Patrem hunc, quem ipſe miſit Armenijs, ceu patrem Armenia ſuſcipiat, & àgnoſcat*. Quibus ſanè verbis optimus Vir, vt Suos ad meam diſciplinam, fidemque Catholicam toto animo, ac mente amplexandam excitaret, non modò indigniſſimum ponebat in laude; verùm & hanc etiam de-

induſtria nimio plus affectabat, adornabatque. Quamobrèm creſcente magis in dies numero diſcipulorum meorum, ex frequenti cum eis conſuetudine, peſtifero, in vrbe graſſante, morbo correptus ſum. Ne huiuſce rei in aula Gallorum promulgatio intermiſſionis mei muneris Apoſtolici cauſſet, (quid enim potiùs agerem?) Domino confiſus, exitialem in inguine mihi ſurgentem furunculum occultaui. ſed (mira Domini gratia) vt me morbus corripuit, vt deſeruit; nec vlli factus eſt notus.

187 Amor intereà, & noſtrarum cupido præſentiarum vt mihi ad ſummum, ita creuerat & Cyriaco. Viſitaturus is erat Armenas Aſiæ Minoris Eccleſias: occaſio hæc latis ſibi videbatur votis mutuis opportuna. Quarè, traiecto Boſphoro, migrat Conſtantinopoli Scutarum, vrbem è regione Byzantij ſuper Aſiaticam oram. illic nonnihil ægrotare ſe ſimulans, Latinum ſuſpirat medicum; meque talem eſſe, familiaribus perſuadens, nuper audiuiſſe, ait, incolere Galateam. Ac-

188 cerſitus itaque ad eius medendum corpori, cuius animæ mederi conabar, ſine cunctatione aduolo parata cum medicina. ingreſſus, exceptuſque grataner à Patriarcha, ſecum iubeor pernoctare. apponitur ergo cœna, ſeruis quoque lautior ex conſulto; qui dum nocte dormiunt temulentia profligati, ego, & Cyriacus coram patre ſuo, & fratre fidei negotia pertractamus. Ad extremum deliberatum eſt, ipſum cum Romana conciliandum Eccle-

189 ſia; noctemque eandem, vt nulla in tanta re mora interponeretur, ducendam inſomnem. Igitur ante lucem perſcripſit ille ſua manu duas epiſtolas; alteram ad Summum Pontificem Vrbanum VIII.; in qua, præter alia, Armeniorum cæcitate, varijſque miſerijs ex animo deploratis, & Catholicæ fidei emiſſa profeſſione, debitam ei ſpondebat obedientiam: alteram ad prædictum Regis Chriſtianiſſimi Oratorem; rogans eum, vt ipſius ad Vrbanum epiſtolam litteris iungeret ſuis, authoritate quoque ſua muniret; tum eiuſdem Oratoris Secretario, ad ſe ſummo mane accerſito, dedit ad dominum eius vtramque.

Quanta verò gratulatione, ac ſpe maioris progreſſus epiſtola iſta Cyriaci animum Summi Pontificis, Dominorumque Cardinalium affecerit; ſubſequens Sacræ Congregationis de Prop. Fide ad eundem Patriarcham reſponſio poſteà declarauit: quæ, ſicut etiam aliæ inferiùs adducendæ, ex Italico in Latinum idioma ad verbum tranſlata eſt.

CY-

*CYRIACO

Armeniorum Patriarchæ,

CARDINALIS

ANTONIVS BARBERINVS,

Sacræ Congreg. de Prop. Fide Præfectus.

ILluſtriſſime, ac Reuerendiſſime Domine: Paterno affectui, quo Apoſtolica ſancta Sedes ſemper ſolita eſt eos amplecti, qui per Catholicę fidei profeſſionem vniri cum ipſa deſiderant; plenè reſpondet gaudium, quod Sanctitas Domini Noſtri, hique mei Eminentiſſimi Domini Sacræ Congregationis de Prop. Fide, perceperunt ex litteris, ac fidei profeſſione Dominationis tuæ. Vndè ſicut Illius Beatitudo, Horumque Eminentiæ, tibi magnoperè gratulantur; quòd in ſinum ſanctæ Matris Eccleſiæ vti verus te filius recepiſti; ita quoque confidunt, fore vt prædicatione, & exemplo tuo dignaturus ſit Deus Nationem Armenam illuminare; nobiliſſimumque veterum ſuorum Progenitorum ſpiritum in ea exuſcitans, vires ad illos imitandos eidem concedere. Interim Patri Clementi Galano, quemadmodùm exoptabas, commiſſum eſt; vt ſanctæ menti Dominationis tuæ totis viribus ſuis cooperetur. &c. Datum Romæ pridiè Kalendas Iunij 1642.]

His igitur ita peractis; Patriarcha, antequàm ſuum Aſiaticas per Eccleſias iter inuaderet, precibus à me contendit; vt, quàm citiſſimè 190 poſſem, domicilium ex Vrbe Galatea Conſtantinopolim ad Armenios transferrem; quò in ſuo reditu operam vti mea tutiùs valeret, ad Eccleſiæ illius correctionem. Quamobrèm poſt abſceſſum ipſius cœpi mecum magnam hanc animo verſare prouinciam; quæ ſanè eò mihi difficilior videbatur, quò minùs ab vllo anteà Miſſionariorum ſuſcepta fuerat. Quis enim auſus vnquàm fuiſſet, ſolus Conſtantinopoli inter Turcas, & Hæreticos non modò 191 tranquillè commorari Catholicus; verùm etiam munus Apoſtolicum impunè Miſſionarius exercere? Addebatur quoque, fateor, maximæ meæ virtutis imbecillitas, ob quam è vitæ periculo, immò ab ipſa occaſione Martyrij retrahebar. Verùm nihilominùs quì ſubterfugere poteram ſuſceptionem incœpti? Solicitant me quotidiè ſtudioſæ diſcipulorum preces: hortatur pijſſimus ipſe Orator Gallus, quin vltrò ſuum mihi patrocinium offert: inuitat ad ſodalitium ſuum, qui vicem abſentis 192 Patriarchæ ſupplebat, Archiepiſcopus Diarberchirenſis Eccleſiæ, Magiſter Ioannes Vrfaenſis, vir ſeptuagenarius, *magnaque apud Armenios* præditus grauitate; qui poſteà Grammaticæ, & Logicæ Inſtitutionis Opuſculum Armeno-latinum, à me pro ijſdem Armenijs ad ipſius petitionem compoſitum, vt typis Romæ daretur, Eminentiſſimo Domino Cardinali Antonio Barberino dicauit. quid multa? excitat me denique

* Extat in Tabul. eiuſdem S. Congreg. in Codice anni 1642.

nique ad pericula Christus, pro meipso crucifixus, cui vix resistere poteram.

Iamque agebatur annus, ex quo Galateam sub meæ Religionis habitu incolueram. habitaturo deinceps occultè Constantinopoli, per Missionariorum mihi licuit facultates, Armenorum Magistrorum vestem induere; quæ, excepto cucullo nigro acuminato, haud erat multùm à priore dissimilis. Sic indutus, magno discipulorum comitatu ducor ad Patriarchale suum Patriarchale; vbi honorificè à Ioanne susceptus, cœpi dulci eius contubernio frui. Factus habitu, lingua, gestu, & (si fidem, ritumque Romanum excipias) in omnibus, ac per omnia Magister Armenus; facilè mihi populi studia, atque gratiam comparaui: vndè mea quoque schola liberè à plerisque frequentabatur.

Interea, laudantibus multis & discipulos, & Magistrum; deque nouo in sua Natione erecto scientiarum Collegio gratulantibus; ex Clero nihilominùs aliquot hoc modo in scholasticos obtrepebant: *Quid vobis Armenis cum* Latino *isto? quid exteris scientijs cum nostra simplicitate? nescire vtique potiùs, quàm ad nostrarum traditionum perniciem scire, præstat. num ignoratis, quot quot voluerunt è Nostratibus sapientes fieri, hereticos factos esse?* Cumque hi, ad obiurgationis improbitatem retundendam, sacræ Scripturæ sententias illas, sapientiam commendantes, adducerent: *Sapientiam, & disciplinam qui abijcit, infelix est*: Et, *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*: illi tamen alias obijcientes contrà Scripturas; *Rursus scriptum est*, inquiunt, *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.*] *Quippe melior est columbæ simplicitas cum insciti*a, *quàm prudentia serpentis, hæresum admista veneno*. Respondentibus autem discipulis: *Præceptor noster, orthodoxus est; hæreses detestatur omnes; Ecclesiarum potiùs prædicat vnionem, ne Christi corpus dilaceretur*: exurgens quidam è Senioribus, ait: *Siccine vos ipsos alieno creditis Magistro? an non perspicitis, mollitos eius sermones in nos esse iacula? Et cur nostram* Latinus *induat vestem? non ne vt nos seducat, & trahat ad sua? Cauete filioli, cauete lupum sub ouina pelle*. Alij tandem in Archiepiscopum Ioannem maledictis inuecti; *Et hic quidem Senex*, aiebant, *hæreticus est; qui hæreticum suscipit, eique patrocinatur*.

Et murmur lanè magis inualescebat, atque ita incipiebat in populum dimanare; vt vel eius seditio, vel apud Turcas de me querimonia timeretur. Porrò autem vulgi fremitum placidè sedauerunt, tum Archiepiscopus ipse; qui etiam obtrectatoribus, palàm de peruicacia obiurgatis, vt linguam compescerent in futurum, excommunicationem minitatus est; tum alij tres ex condiscipulis orthodoxi viri, qui reliquis vt ætate, ita ingenio, & authoritate præferebantur; Thomas videlicet, & Kacciatur, Monachi

Pre-

Presbyteri; ac Paulus, Magiſter, & Epiſcopus Tiurichenſis; qui, cum in 196
publicis etiam concionibus populo reſtatus eſſet, me à Romano Pontifice, Patre omnium Chriſtianorum, ideò miſſum ad Armenios; vt eoſdem ijs ſcientijs, ac doctrinis, quæ ad errores Mahometicæ ſectæ conuincendos idoneæ ſunt, quibuſque ipſi de Turcis in diſceptationibus fidei victoriam referre poſſent, præmunirem; magnam mihi eiuſdem populi beneuolentiam, & amorem conciliauit.

At verò ſolito iam feruidior, Iulius inſtabat menſis; ſtragemque 197
horribilem Ciuibus peſtilentiâ oſtentabat. Poſtquàm morbus exitialis nonnullos inuaſerat è contubernalibus meis; quorum ne vllum quidem, ne dum vnum, in cubiculo meo iacentem, ſine ſcandalo aliorum domeſticorum vitare potueram; eodem ipſe morbo infectus ſum, adeòque perniciabili, vt vitam in diſcrimen adduceret. Erat Galateæ pro Latinis, eiuſmodi malo laborantibus, noſocomium. igitur ne decederem extra 198
Meos ſine Sacramentis Eccleſiæ catholicæ, illuc petiui, quamuis tertio à domo milliario, tranſportari. efferunt me ad litus, tanquàm cadauer exanime, piorum manus diſcipulorum; inde Galateam in hoſpitium illud ægrotantium naui tranſuectus, quindecim intra dies planè conualui, & Armenis iterùm reſtitutus fui.

Inter hæc Patriarcha Cyriacus, annua per Aſiam peragratione con-

ſumpta, regreſſum moliebatur: at- qui accepto de mea cùm ægrotatione, tum valetudine nuncio, rupit moras; voluebatque per iter facinora, vnà mecum Conſtantinopoli facienda, quibus ſua poſſet Eccleſia religione Romana initiari. Statim ac illum audio aduenisſe, in amplexum lætus accurro; ſed, vt fert miſerabilis humana conditio, quæ breui gaudio, & triſtitiâ variatur, vix eius gratulor reditum, cum amarè lugeo mortem (proh immaturam, & nimis quoque importuna mors). Peſte namque repentina oppreſſus, atque in extremo vitæ poſt triduum conſtitutus; vbi ad fidem Catholicam, & vnionem cum Romana Eccleſia Suos adhortatus fuit, ſpiritum quadragenarius exhalauit.

Ecquo tùm, crederes, dolore perculſum, animum meum, meorumque diſcipulorum, ex alta ſpe, quam priùs conceperat, cecidiſſe? demirari quidem ſatis non valui profundiſſima Dei conſilia, eaque impenſiùs venerans exclamare: Iudicia Dei abyſſus multa. Itaque triſtitiæ vi ſubactus, metuenſque à futuro Patriarcha periculum, diſtrahor anciſiti cura: incœptum ne opus Conſtantinopoli proſequar, expoſitus diſcrimini dubio? an pedem cautiùs referam Galateam? Hæc mihi cogitanti renunciatur; cariſſimum filium meum, quem genueram Euangelio, Kacciatur, ad Patriarchicam dignitatem populi conſpiratione euectum; immò iam infulatum, è regia Turcarum aula, magna eiuſdem po-

Loc. sup. it.

puli frequentia prosequente, in Patriarchalem Ecclesiam equo de more aduectum esse. Allatus mihi cum gratulationibus penè innumeris amicorum optatissimus nuncius, afflictum, iacentemque mœrore animum leuauit, & in spem meliorem erexit. fit etiam communis lætitiæ particeps Gallus Orator; qui statim suæ gratulationi ad Patriarcham publicitùs referendæ præcellentiorem aulicum delegauit. respondit hic non minori significatione beneuolentiæ: misso enim ad illum Vnigenito suo, (nam olim vxorem habuerat) dignas ei grates persoluit pro amoris indicio: mox promisit, se, vbi primùm res suas composuisset, simul cum Clero, & obedientiæ litteris, ad Romanum Pontificem dandis, ipsum solenniter aditurum: siquidem ea tunc inclinatione voluntatis Armenij in conciliationem cum Latinis propendebant; vt officia huiusmodi sine metu periculi possent hinc inde mutuò exerceri. Facti sunt ergo per litteras de re certiores & sacra Purpuratorum de Prop Fide Congregatio, & Christianissimus Rex ab eodem Oratore; cui commissum est in responsis, ab hoc quidem, vt deinceps Clericorum Regularium, ibidem residentium, accuratius susciperet patrocinium; ab illa verò, vt Kacciaturo, nouo Patriarchæ, sequentem epistolam præsentaret:

199

200

201

*KACCIATVRO

Armeniorum Patriarchæ,

CARDINALI

SANCTI ONVPHRII,

Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Vicepræfecto.

ILlustrissime, ac Reuerendissime Domine: Firma opinio, quam hæc Sacra Congregatio de Prop. Fide concepit de tuo erga ipsam amore, optimoque proposito vniendi te cum sancta Sede Apostolica, quæ à Diuina sapientia infallibilis magistra veræ fidei constituta est; Eminentissimis hisce Dominis meis occasionem præbet gratulandi nunc tibi de Patriarchica dignitate, qua remuneratum iam fuisse meritum tuum, nobis significatum est. Eminentiæ ipsæ confidunt, Dominationem tuam, sicut præclaris suis virtutibus ad eandem sibi dignitatem aditum patefecit; ita doctrina pariter, & exemplo, instar lucernæ, superpositæ candelabro istius Ecclesiæ, Catholicæ veræ fidei lumen animabus sibi commissis allaturam esse. de cuius quidem fidei forma certior plenè fies à Patre Clemente Galano, eiusdem Sacræ Congregationis Missionario; cui gratum tibi sit aures porrigere; atque id efficere,

quod

quod ille nomine Sanctitatis Domini Noſtri, & DD.Cardinalium eiuſdem Sacræ Congregationis, tibi ſignificabit. &c. Datum Romæ VIII. Idus Decembris 1642.]

Altera huic epiſtolæ iungebatur, ab eadem Sacra Congregatione reſcripta ad prædictum Ioannem Archiepiſcopum, qui obſequentes ad ipſam litteras eodem dederat anno. ea pariter huius erat argumenti :

*IOANNI
Armeniorum
Archiepiſcopo Diarberchirenſi,
CARDINALIS
SANCTI ONVPHRII,
*Sacræ Congregationis
de Propaganda Fide
Vicepræfectus.*

PErilluſtris, ac Reuerendiſſime Domine: Relatæ ſunt in hac Sacra Congregatione de Prop. Fide, coram Domino Noſtro nouiſſimè habita, litteræ, à Dominatione tua, ad nos datæ præterito menſe Auguſto. Cumque in ijſdem præcipuum vnionis cum hac ſancta Sede deſiderium, quod tibi Deus afflare dignatus eſt, perſpiciatur; eiuſdem Domini Noſtri Sanctitas, ac DD. Cardinales præceperunt; vt te gratulationis officio proſequar; & de ſingulari gaudio, quo ipſi propter diſpoſitionem tuam ad ſanctam Vnionem affecti ſunt, faciam certiorem. Vt autem ſcias, in quibus illa conſiſtat articulis; à Patre Clemente Galano, huius Sacræ Congregationis Miſſionario, de ijſdem ſingulatim erudiēris: quem & audire, & quicquid ex parte Suæ Beatitudinis, Dominorumque Cardinalium ille tibi ſignificauerit, efficere ne graueris. &c. Datum Romæ VIII. Idus Decembris 1642.] 202

Non dum Byzantium epiſtolę iſtę peruenerant, cum nouam, aliarumque præteritarum longè amariſſimam experti ſumus ibi calamitatem. Pererrabat enim hoc ipſo tempore Syriam Armenus quidam Epiſcopus, in Conſtantinopolitana olim Sede Cyriaci prædeceſſor, nomine Dauid, qui cum fuiſſet tam ignauus, ineptuſque ſcientijs, quàm hæreſi refertus, & ambitione; à Populo Conſtantinopolitano Patriarchali depoſitus dignitate, illuc expulſus fuerat; atque in eius locum ipſe Cyriacus, egregia cuius virtus vniuerſorum iam animos prolectauerat, ſubſtitutus. Audiens igitur is in Syria ſui obitum Succeſſoris; & in ſpem Sedis per ſummum adhuc ſcelus recuperandæ adductus; ſe, qua potuit feſtinatione, Conſtantinopolim tranſtulit: nec propterea, quòd locum ibi à Kacciaturo prę occupatum comperiſſet, eam, quam priùs conceperat, ſpem omiſit; immò, oblata Turcarum Regi multorum millium aureorum ſumma, rem pro voluntate ad exitum perducens, catholi- 203 204

*Loc. ſup. cit.

cum

cum Patriarcha m Thronó exturbauit; Constantinopoli quoque eiecit; 205 sibi tandem, renuente adhuc populo, eam arripuit dignitatem: nisi prætereà sperauisset, me, cæterosque meos discipulos, quos Archiepiscopi Ioannis vmbra protectos ægrè videbat, à se aliquando ad perniciem disperdendos, voti haud satis duxisset se compotem.

Sed neque hic finis malorum: breue namque dierum interuallum effluxerat; ex quo longæuus Ioannes, vt locum sacrilego daret Pontifici, in alterius ædes Ecclesiæ vnà 206 mecum Episcopio demigrauerat: cum ecce, hora post dimidia, quàm surgentes à prandio, ego in vnum, in aliud ille cubiculum se receperat, audio, vultu turbato, & lacrymantibus oculis famulo referente, Ioannem ipsum improuisa apoplesi subitò animam expirasse. Exhorrui ad nuncium acerbissimæ rei; ac penè incredulus, animo, & toto pectore tremens, festinaui, cucurri; ingressusque cellam Episcopi, heu cerno attonitus exanimati cadaueris spectaculum funestissimum. Constiti parumper stupore immobilis, inclusa animo ægritudine consternatus; mox indulgens lacrymis, dum lugere incipiebam & casum miserandum amici, & memet ab omni spe, ac patrocinio derelictum; subsensi, Dauidem ad Demortui spolia cum gaudio properare. monuere discipuli fugam: nec mora, quominùs in eius manus incideremus, insimul arripuimus eam.

Diligebat maximoperè Thomam, Monachum antedictum; atque in eius gratiam me quoque non semel suis epulis familiariter adhibuerat Regius quidam publicanus, Armeniorum Satrapa nobilis, ac primarius, cui nomen erat Scandèr Celebì: Dauidem contrà ita odio prosequebatur; vt ab eo Patriarchalem administrationem, ad quam restitui non poterat Kacciatur, ad Thomam ipsum transferri desideraret. Huius ergo Viri domum confugientes, rogauimus eum, vt nos ab iniquo persecutore sua defensaret tutelà. Annuens ille precibus; *Hæc mea domus*, ait, *& monasterium, & schola vestra sit: mensa mihi honoratior quidem, ac sanctior erit recubitu, & benedictione tua: vestram denique incolumitatem contra aduersarios, non Armenos tantùm, sed Turcas etiam, acerrimè propugnabo.* Hæc vir bonus pollicitus est; nec à promissis annum integrum, quoad morari apud eum nos licuit, exitus rei dissensit.

At verò quis posset verbis edicere; 207 quanto Dauid, nouum hoc audiens patrocinium, furore, rabieque exarserit? non explebatur eius odium intestinum, quòd nos insectaretur conuicijs; quòd insimularet hæreseos; quòd alios etiam Armenios in nos assiduè concitaret: sed maiori furoris æstu efferuescens; quòd exterminare, perimere, trucidare non posset, indignabatur. Quid randem sceleftiùs ageret? palàm discipulos meos percutit anathemate: fautores quoque & amicos pessimè crimina-

tur:

tur: quicunque demum nos adiret in posterum, Ecclesiâ se illi commi- 208
natur interdicturum. Sed (mira sanè, ac diuino fortè statuta consilio res!) quò tunc in nos fremebat ardentiùs, eò plures erant, qui domum nostram frequentabant; præsertim energumeni, & veneficijs, quibus Armena impensè dedita gens est, infecti, ac fascinati. Quorum quidem multitudini, ad nos toto eo anno fide magna confluenti, cùm exorcismis, alijsque sacris remedijs faceremus satis; res adeò diuulgata in Ciuitate fuit, vt in odium Christianæ fidei 209
capitalem mihi sententiam ab aula Ottomanici Regis amici metuerent. Quapropter recedens Byzantio, quoad rumor huiusmodi desineret circunferri; domum, Galateæ mercede conductam, cum discipulis commigraui.

Interea visum est Thomæ; qui iam ob comparatas studio scientias ad Magisterium prouectus, plus in populum authoritatis, & imperij, nouæ prærogatiuà dignitatis adeptus fuerat; mentem, animumque 210
suum, orthodoxæ fidei lumine nuper illustratum, Apostolicæ sanctæ Sedi aperire. ideò per epistolam, ad Sacram Congregationem de Prop. Fide directam, postquàm Catholicam fidem professus est, voto se quoque astrictum declarauit eiusdem fidei pro viribus dilatandæ: ad quem hæc illa rescripsit:

THOMAE
Armeniorum
Monacho Presbytero,
CARDINALIS
SANCTI ONVPHRII,
Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Vicepræfectus.

Loc. sup. cit. in Codice anni 1643.

REuerende Pater: Ex litteris Reuerentiæ tuæ, datis die 12. Februarij, & in hac Sacra Congregatione de Prop. Fide relatis, hi Domini mei Eminentissimi cum affectu singularis gaudij acceperunt, qualiter Diuina Bonitas sanctam mentem tuam per veræ fidei lemitam dirigere dignata sit. Profectò sine tali fundamento, nec ædificium laudabilium operationum tuarum subsistere poterat, nec istæ ad iudicium Diuinæ iustitiæ stabiles inueniri. Eædem nunc Eminentiæ Reuerentiam tuam ad iter incœptum constanter prosequendum, vnà mecum adhortantur; illud tibi in memoriam reuocantes, frustrari velocem eius cursum, qui ante lassescit, quàm terminum assequatur. Incumbito igitur pro tua virili parte ad lucrum animarum tuorum Armeniorum; haud dubiè sic respondurus gratiæ, quam à Diuina clementia recepisti, &c. Datum Romæ Idibus Iunij 1643.]

Posthæc renunciatur Dauidi, ejectum Kacciaturum denuò clanculùm redijsse Byzantium; illum quoque, ac Paulum Episcopum multa mecum pro Thomæ conferendo Patriarchatu ipsius commoliri. Hoc ille nuncio exacerbatus, incipit nos vehementiùs infectari; datisque Præsidi quingentis aureis, impetrat; vt tribus prædictis Constantinopoli ablegatis, ego, tanquàm Missionarius Romani Pontificis, ac perinde quasi Nationis Armenæ seductor, comprehendar. Procincti capturæ Satellites domum iam nostram, Armenio quodam ductore, aduentabant. dumque nos, præmoniti de insidijs, ac repentino malo perterriti, omnes huc illuc diffugimus; casu ego in Lictores incurrens, indice Delatore teneor in via. Iamque trahebar ad Præsidem; & morte proculdubiò puniendus; memet pro meis culpis hostiam Domino præparabam: quippè vel habitus ipse armenus memorati criminis reum veriùs me promulgauisset, quàm testes. Citò perferunt infortunium ad Oratorem Gallum discipuli; à quo missus ad suppetias mihi ferendas ex suis aulicis vnus, gressu celeri nos subsequitur, & assequitur ad viæ dimidium; deinde secretò cum Apparitoribus colloquutus, pecuniâ fugam meam pacisciturr. Subornatis ergo ministris, oculosque subinde ad aliud de industria distrahentibus; dum me fugæ committo, clamat speculator Armenus: *Heus currite; quid moramini? iam aufugit. persequimini, capite re-*

211

212

213

fugam. Illis porrò cursum aliam per viam simulantibus; ego, liber effectus, meipsum, ad palatium Gallorum aduolans, occultaui.

Hìc autem perdiù, ne Gallus pariter meum vocaretur in crimen, ita in secreto delitescere compulsus sum; vt ipsis adhuc discipulis, qualibet me solicitè perquirentibus, innotescere prohiberer; perindeque iners perpetuo torpescerem otio, vt quilibet alius, qui arctissimo in carcere detinetur. Quapropter Missionis Præfectus, Pater D. Ioseph Iudices, qui ærumnæ meæ obiter è Colchide superuenerat, de Oratoris vtriusque, Galli scilicet, Venetique consilio me iussit Romam aduenire; hìc fortasse deinceps, quod fieri ampliùs Constantinopoli minimè poterat, disciplinis sacris Armenios instructurum. Euulgata iam præpoperæ famâ discessionis, discipuli non leui animi tristitiâ conturbantur: deliberant tamen ex carioribus aliquot à Magistro nusquam gentium separari. Quarè nonnulli terrâ statim iter aggressi, meum in Vrbem aduentum præuenere; quos inter & Garabiet, Cyriaci, demortui Patriarchæ, germanus, & suprà memoratus Ioannes, scientiarum, ac virtutum vterque studiosissimus. Alij eundem posteà subsequuti sunt: horum præcipui Balassanus, Maiori in Armenia patricius Albanensis, & Thomas prædictus; qui, postquam cum Dauide Patriarcha diù apud Turcarum Præsidem altercatus fuit; victoria potitus, illum in Insulam Cyprum relegari fecit, ac

ſeipſum eligi Patriarcham: cum tamen defectu pecuniæ, quam populus in huiuſmodi promotionibus Imperatori Turcarum elargiri ſolebat, nequiuiſſet deinde ad Sedis peruenire poſſeſſionem, Romam ſe contulit. Alij denique, videlicet Domnus Ioannes, pater eiuſdem Cyriaci Patriarchæ, & Zacharias, Clericus indolis præſtantiſſimæ; vnà cum tribus alijs, eandem mecum nauim ingreſſi ſunt: quæ tandem ſoluta Byzantio, atque diuerſa Mediterraneum per mare tempeſtatum, piratarumque experta pericula; nauigatione bimeſtri primò in Ionia Smyrnam, deinde Liburnum in Tuſcia appulſa eſt. Ad vltimum Romam incolumes aduenimus omnes: vbi Sacra Congregatio de Prop Fide Armenos eoſdem perbenignè, vti eſt ſolita ſemper, complexa; non modò illos, quos ad Philoſophiæ, ac Theologiæ ſuomet explicatæ idiomate, ſtudia abſoluerunt, largo victu ſuſtentauit; verùm & ipſorum pleroſque, qui magis in ijſdem profecerunt ſcientijs, etiam nunc in diuerſis Armeniæ Prouincijs, ad quas eos iam Miſſionarios deſtinauit, annuo fulcit prouentu. Præſtet interim miſericors Deus; vt, ſicut ad orthodoxæ fidei veritatem addiſcendam, prædicandamque dignatus eſt efficaciter hos ipſe vocare; ita pariter ad eiuſdem fidei lumen, & Ouile Matris Eccleſiæ vniuerſam Armeniorum gentem dignetur per eoſdem adducere: vt id ſua ipſi virtute, ac merito aſſequantur, ad quod operandum me penitùs ineptum & naturæ ignauia, & prauitas animi reddiderunt.

ՀԵՏՈՒԹԻՒՆ ՀԱՅՈՑ ՊԱՏՄԱԳՐԻՒՆ

ԳԼՈՒԽ. ԺԳ.

ՅԼ Տէր Յոհաննէս՝ ի Կոգովմէ, ՚ի գեղջէ Բագարանայ. ամն. ԻԶ. Զոր ամէնքին կայսրն կացոյց կաթուղիկոս հայոց, և բաժին յուն[ա]կան կողմանն. և յաւուրս ազգաց հասեալ կաթուղիկոսին զկարգ եառն հայրապետութեանն Տոհաննու՝ ի կողմն Այրարատայ ՚ի գեղն Աշճան.

ՅԽ ՏՈՒէր Կոմիտաս յԱղուանից ՚ի գեղջէ Աղձից. ամն. Ը. Սա շինեաց Աշճան ՚ի վերայ վկայարանի սրբոց Հռիփսիմեանցն.

ՅԾ ՏՈՒէր Քրիստափոր՝ յազգաց տանէ, յԱրբրահամեան շառաւիղէ. ամն. Է.

ՅԿ ՏՈՒէր սուրբ Եզր՝ ի Նախճաւան, ՚ի գեղջ Ջուղայ. մնաց ՚ի տան կաթուղիկոսարանին. ամն. Ժ. Ազատաւ եղեւ ժողով ՚ի կայսեր քաղաքն, զոր արար կայսրն Հերակլ. կոչեալ զկաթուղիկոսն հայոց զՔազր. և զեպիսկոպոսունս, և զիշխանան հայոց. և զբազում իմաստասէրս յոյնացն. ամսօրեայ քննութեամբ տալ մաբանեալ ընդ միմեանս. ապա հաւանեալ նոցայ Եզր բոլոր եպիսկոպոսօք և իշխանօքն հայոց. միաբան եղեն. և զժողովն ՌՃ. վասն զի չէին ՚ի բաց մերժեցեալ. և զնոսունդ և զկիրակոս[ի]ն դարձեալ բաժանեցին. և զհաչէցսն յերկիր սրբենէն ՚ի բաց հանելով. ՚ի դէմս սբ Լուսաւորչին եղեն. ասելով. Սուրբ առաքեալք,

EX ARMENA Hiſtoria.

Caput XIII.

XXV. DOmnus Ioannes Ghocouthanus ex Oppido Pacaranæ, annos 26. Is iuſſu Mauritij Imperatoris creatus fuit Patriarcha ne dum Armeniæ, verùm etiam Regionis cuiuſdã Græcis ſubiectæ: & regula ſui regiminis, adhuc viuente prædeceſſore Abrahamo, in Pago Auàn præſcripta fuit.

XXVI. Domnus Chomitas Arachazuodanus ex Oppido Aghziz, annos 8. Hic extruxit Auàn prope Eccleſiam ſanctarum Ripſimis & Sociarum.

XXVII Domnus Chriſtophorus, genere illuſtris, è progenie Abrahami, annos 5.

XXVIII Ieſer catholicus Patriarcha. Domnus ſanctus Ieſer Necainus ex Oppido Parraſnachiert, qui fuerat ab infantia in Patriarchali Palatio educatus, vixitque in Patriarchatu annos 10. Sub ipſo celebratum fuit in Vrbe Charno Concilium * iuſſu Heraclij Imperatoris, qui ad illud conuocauit omnes Epiſcopos, & Principes Armeniæ vnà cum Ieſere eorum Patriarcha; nec non etiam plures Græcorum ſapientes, quibus poſt menſtruã Collationem, & diligentiſſimum examen omnes prædicti Armenij conſenſere: atque cum Græcis iterum reconciliati, Theuinenſe * Concilium anathemate percuſſerunt; feſtiuitates Natiuitatis, & Baptiſmi Domini rurſus, vt anteà, ſeparatim celebrandas, de-

* Concilij Charnēſe orthodoxū; in quo Eccleſia Armena cū Catholica cōciliatur.

* Theuinēſe Armeniorū Cōciliabulū ab ipſis Armenis Patribus ſub ijcitur anathemati.

creuere; & additionem illam, Qui crucifixus es pro nobis, à Trisagio remouentes, illud erga sanctissimam Trinitatem ita deinceps statuerunt decantandum: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis, miserere nobis. Sacrum denique Chalcedonense Concilium, eiúsque decreta, haud aliter, ac alias tres præcedentes sanctas Synodos, honore prosequuti sunt, & receperunt. His autem omnibus, vnus solummodò Ioannes Maracumensis, qui aduersaretur, repertus fuit: & hic damnatus, pulsúsque in exilium, in hæreticorum numerum ascriptus est.

սուրբ և հզօր, սուրբ և անմահ, ողորմեա մեզ: և զսուրբ Երրորդութիւնն նոյա, համապատիւ այլ երից առաջնոց սուրբ Երրորդացն ընդունելոյին: Եւ այսմ հակառակեցաւ Յոհան մարտագումեցին: և սա աքսորեալ. ընդ հէր ձուածօղն կարգեցաւ նզովեալ:

ANNOTATIO.

ՄԵԿՆՈՒԹԻՒՆ
Վարդապետին:

HEraclium Cæsarem, bellum in Persarum Regem Chosroën illaturum, bis in Armeniam properasse, ex Annalibus Græcis memorat Baronius, & quidem hoc ipso Ieseris eximij Patriarchæ tempore; semel nimirùm anno Christi 621. atque iterum anno sequente 622. In ea verò Regione inclytus Imperator, quò plures, glorioſoſque de visibilibus Romani Imperij hostibus retulit triumphos; eò glorioſiùs de inuisibili Reipublicæ Christianæ, catholicæque fidei aduersario, Principe tenebrarum, satore zizaniorum, & schismatum, pijssimus triũphauit. Compererat enim ibi Armenam tunc Ecclesiam abscissam à Catholica, adeòque propter erronea præteriti Conciliabuli Theuinensis decreta in Acephalorũ hæresi implicatam, obfirmatamque; vt vel Ieser ipse, vigilantissimus licet, ac optimus Patriarcha, nequiuisset

Baron. t. 8. an. 621. & 622.

ԶԵրակլիոս պատմիչն մեր կարդէնալ Բարոնիոն՝ ի ժամանակագրութեանն իւրեն. ՈՒ. երրորդ հատորին. ասէ. Եթէ բարեպաշտ կայսեր Հերակլ երկու անգամ գնաց՝ ի յաշխարհն հայոց. առնել պատերազմ ընդ դէմ Խոսրովու արքային պարսից: մի անգամ՝ ի թվին փրկչին. ո. ի. և ՈՒ. ամին: եւկ միւսն՝ ի. ո. ի. և Բ. ամին: յորում ժամանակի Երջ սրբազան հայրապետն նըստէր՝ ի յաթոռ պատրիարգութեան հայոց: և որպէս՝ ի նոյն աշխարհին անյաղթ Քաղաքն արարեալ էր զբազում յաղթութիւս՝ ի վր անհաւատ երևելի Քշնամեացն այնոցիկ. նոյնպէս և յաղթեաց անդ քաջապէս ընդ դէմ անէրևոյթ Քշնամոյն, իշխանին խաւարացց բան սարկուին. որ սկզբնական էր անդ զբոմն բաժանմանց և հերձուածոց: Եւ Քնպէս Երջ կիմն էր ուղղափառ, զգաստ, և զըւարթուն հոգւիւ. և յոյժ սիրօղ միաբանութեան. յանկն՝ մի գոլոյ այնր աշխարհին

կարէ յոյժ աղաւաղեալ մոլորու-ՁԲԲ. ոչ կարէր ինքն միայն զօրու-ՁԲՆ հրով ած-եալ գնամ ի յուղիղ շաւիղս ճշմարտու-ՁԷ, և ի միաբանու-ՁԻՆ առաջադոյն ընդ կաթուղիկէ և առաքէլական եկեղեցւոյն : ՎՀՈ որոյ բազում ապաշանաւք խնդրեաց ի Հայս բէն առ ինքեան զօրնուՁԻՆն ինչ. և դործակից լինել այնպիսի մեծ և ած-ա յնն գործ առնու-ՁԵՆ: Ուստի քաջագէտ արբայն Հերակլ ախորժելի և յօժար կամաւք ընկալեալ զաղաչանս սրբոյ Հայրապետին Եզրի, պատրաստ հանդ-բեցաւ առնել ժողով ամ եպիսկոպ, վարդապետաց, և եւս իշխանացն հայոց. որպէս գլ ի ձեռն բազմօրեայ քննու-ՁԷ հաստ լծին հայք ողջամիտ վարդապետու-ՁԻ հաճ-ատոյն :

Մակս որոյ հրամանաւ եկեղեցւոյն. շր. Ե-ղրի, և Հերակլեայ վաղվաղակի ժողովեցան ի քաղաքն կարնոյ ամ եպիսկոպ, վարդապետք, և իշխանքն հայոց. ընդ որս և էին և յունաց ի մասանագոյն եպիսկոպ ոմանք. վն ցուցանելոյ հայոց ի ձեռն պատճառաց զրո-զղափառ հաճ-ատն քաղկեդոնի ժողովոյն, և յայտ առնել զխաբէու-ՁԻս զրախօս և մատնաբ հնարեալ զրոց : եւ ապա յետ ամսօրեայ քննու-ՁԷ և տրամաբանու-ՁԻ՝ հայք հաճ-անեցան յունաց. և յայնժամ էրն եղեալ նոցա ճշմարտու-ՁԻ ուղղափառ հաճ-ատոյն. և զգուշացան ՁԻ սրբան երաց-աբար վարեցան. ո. Լ. և Ղ. սբ հարքն քաղկեդոնի ժողովոյն ի կանոնադրու-ՁԷն եւրեանց առ ի բացայ-դրել զպարզ և զմաքուր ճշմարտու-ՁԻ նոյն հաճ-ատոյն ըստ շնչոց այլ առաքելոց երից սբ ժողովոցն և ընդ-նմին հանաչեցին, ՁԻ որչափ առա-

uiſſet eam ſuis duntaxat viribus ad rectæ fidei tramitem, & priſtinam vnionem adducere. Ab eodem ergo Pontifice enixè rogatus fuit Heraclius, vt ad facinus illud, non ſecus fructuoſum, quàm operoſum, tantique certè ponderis, ac laboris, vt multorum potiùs, quàm vnius videretur poſcere manus, ſuam quoque vellet operam conferre, ipſique in eius ſuſceptione opitulari. Annuit eueſtigiò Imperator; indictaque Synodo in Vrbe Charno maioris Armeniæ, omnes Armenos Epiſcopos, & Principes illuc aduocauit; quò etiam aduenire iuſſi ſunt eruditi quidam Græcorum Epiſcopi, vt Armenijs fidei veritatem iuxta Chalcedonenſis Concilij ſanctionem cõgruis rationibus patefacerent, eorumque purgarent errores.

Heraclius Imp. Concilium indicit in Armenia.

Menſtrua igitur in eadem Synodo inter Armenos, & Græcos expleta collatione, perſpicuè explorata fuit Armenis Patribus veritas orthodoxa, & quàm rectè Patres Chalcedonenſis Concilij ad illius puritatem explicandam in ſua Definitione oculos collimaſſent, & manus. hinc inſuper omnes Hæreticorum fallacias, atque calumnias, quæ ipſorum animos ad idem Concilium reijciendum impulerant, facilè ipſi detexerunt. Quapropter Conuenticulum Theuinenſe, quod Armeniam primò ſub ſchiſmate conſtituerat, execrantes, omnia illius decreta, maximè quæ de vna natura, de recepta in Triſagio appendice, atque de dominicis feſtiuitatibus, vna die

coniunctim celebrandis, edita fuerant, abrogarunt. mox præ-
tereà ſuſcipientes ſanctam Syno-
dum Chalcedonenſem, cæteraſque
Eccleſiæ vniuerſalis traditiones,
quæ præſertim in ea, de miſtione
aquæ in ſacris myſterijs, ab ini-
tio fuerat; in priſtinum reſti-
tuerunt concordiam inter Arme-
nam, & catholicam Eccleſiam.
Vnus porrò tot inter Patres Ioan-
nes Maracumenſis in ſua hæreſi
pertinaciter conſiſtere voluit; qui
damnatus à Synodo, exilio quo-
que multatus fuit ab Heraclio Im-
peratore.

Armeni Patres Cõcilij Charnenſis ſuſcipiunt Chalcedonenſe Cõcilium.

Manſit autem Armenia in hac
concordia, rectique ſtatu tran-
quillitate, annos 95. vſque ad Ioan-
nem Oznienſem, Patriarcham hæ-
reticum, qui eam denuò, in Ma-
naſchiertenſi Armenorum, atque
Syrorum Conciliabulo, priorum
errorum ad vomitum redire fe-
cit; vt dicetur alibi. Meminit
etiam prædicti Concilij Charnen-
ſis, in Armenia ſub Heraclio Im-
peratore, & Ieſere Patriarcha coa-
cti, præter alios Armenos libros,
& Auctores, Gregorius Siſenſis
Patriarcha in epiſtola ad Hayto-
nem Regem Armeniæ, dicens:
Heraclius Imperator, cum ob ſan-
ctam Crucem profectus eſſet in
Orientem, omnes Armenos Patres
conuocauit; qui, poſt menſtruum
examen, concordiam, & vnionem
iterùm componentes, ſuſceperunt
vſum aquæ in Sacrificio, celebra-
tionem dominicæ Natiuitatis die 25.

Gregorius Siſen. Arm. Patriarcha in epiſtol. ad Haytonem.

De-

Էին ամբաստանուԹիքն հնարեալք ի
չարախօս բամբասողացն ընդ դէմ նոյն
սբ ժողովոյն քաղկեդոնի. զի վասն
բնակ յառաջն հայք մերժէին զնա: Եւ
երբէք ծանեան զայս ամ. փոԹով ա-
մենեքեան միաբանեալ նզովեցին զչա-
բաժողովն դէսայ, որ արարեալ էր
զբաժանուԹիւն. և խոհանեցին զիա-
մոլորական կանոնադրուԹիս նորա,
մանաւանդ որք էին յղգս միոյ բնու-
ԹենՆ, և վերստբերուԹիք խաչեցարին,
և ոճնախմբուԹիք տէրունական ո-
նեին ի միասին ի միում աւուր: Եւ
ապա ընդունեցին զամենասբ ժողովն
քաղկեդոնի. և զայլ աւանդուԹիս
ընդհանրական սրբոյ եկեղեցւոյն. զա-
նաւանդ որ էին ի սկզբանէ առաքե-
լոց անտի յղգս խառնելոյ սակաւիկ
մի ջրոյ ի բաժակ սրբոյ պատարագին
և այսոքիկ հաստատեցին միւս անգամ
զմիաբանուԹիւն հայոց ընդ ուղղափառ
եկեղեցւոյն այլոց չրիստոնէիցն: Իսկ
մի միայն Յոհան մարտագոմեցին, որ
կամեցաւ հաստատ մնալ ի հերձուա-
ծողուԹիւնն իւր, նզովեցաւ ի բոլոր
սինհոդոսէն. և արտաքսեալ եղև ի
բարեպաշտ կայսրէն Հերակլեայ:

Ձայդ՝ միասդ հայոց եկեղեցին ի միա-
բանուԹեաս այսմիկ և յուղղափառ
կացուԹեաս, ասս. ՈՂ. և. Է. միսնչ և
ց Յոհան օձնեցին հերձուածողկԹան.
որ և դարձեալ մոլորեցոյց զնա ի ժո-
ղովն մանազկերտի. որում և ասի-
ցեմք ի վայր: Եւս արդ՝ բազում գիրք
հայոց յիշատակեն զվերոյգրեալ ժո-
ղովն կարնոյ. և զարտաքսեալ ի նմա
զմիաբանուԹիւն: և մանաւանդ հա-
յոց կԹան տէր Հ-բնեցի ի սղաս ի
ԹուղԹն ասս Հ-ԼԹում ԹգԷն գրէ այս
պէս: Երբ Հերակլ վս սբ խաչին յար-

ձէ ը

և ելս

Decembris, alia que omnia; atque
ՃԿԴ post Domnum Ieſerem, tunc tempo-
13 ris Patriarcha n, quinque alij Pa-
triarchæ ſucceſſores in eadem per-
manſerunt fide; &c. Memoratur
etiam in Actibus Concilij Tarſen-
ſis, hiſce verbis: *Ieſer Patriar-
cha noſter, temporibus* Heraclij Im-
peratoris vnionem compoſuit, quæ
tamen non firma permanſit. Et
Nierſes Lampronenſis ad Patres
eiuſdem Concilij, *Vbi relinquemus,*
ait, *verba Ieſeris Patriarchæ, ſuique
Concilij aſſenſum?*

Concil. Tarſ. in reſponſ. ad 9. propoſit.

Nierſes Lamp. in Orat. ad Patres Concil. Tarſ.

Quocirca vix credat aliquis,
quantum Populorum ſtudia poſ-
ՃԿՂ ſint, & factiones, in pertinac-
14 ter proſequendo, quod ſemel ſiue
iuſtè, ſiue iniuſtè ſuſceperint de-
fendendum, abſque delectione
boni vel mali, veri vel falſi.
certè id maximè præſens declarat exemplum. Quis enim credere poſſet, quòd adeò venerandum Concilium, à tot, tantiſque Eccleſiæ Armenæ priſcis Patribus celebratum; ipſorummet Patrjarchæ ſanctiſſimi auctoritate præfultum; illius quoque præſentia, & conſenſu Imperatoris roboratum, cuius ipſi memoriam,
ՃԿԵ ac pietatem ad ſummam hucuſ-
15 que laudem extollunt; tam diuturno, & accurato examine abſolutum, eo præſertim tempore, quo haud difficile fuerat Armenijs, cauſas tui ſchiſmatis, vtpote paulò ante incæpti, diſcutere, reiqué veritatem haurire; Charnenſe dico Concilium, quod

antea

anteà reliqui ſapientiores Armeniæ Patres adeò magnificiebant, & ſcriptis ſuis concelebrabant; à neotericis nunc Armenis, vt ſua quomodocunque defendant, obliuioni traditum poſthabeātur, ſed & temerè (proh ſcelus) floccipendatur?

ԺԶ 16

նախահարցն եւրոց. և հաստատեալ ի դէպ ի քրիստոնէական և ոչ կարծուղիկոսէն եւրեանց Հ-գրէ. և զօրացեալ հրամայեաւ քահանայապետ և բարեպաշտ կայր էին Հերակլի. և կատարեալ ի ձեռն ամօքեայ քնուԹԵ, ի նախկին ժամանակին այնմիկ, յորում դէպ էր հայոց գեաղ ըստոյգ զպատճառս բան ժանտանն կամ միաբանուԹեն. դի մերձ էր այն ժամանակին առաքելոյն բան ժանտանն հայոց: եւ վն էր մերժէն զնա: ոչ արդեօք վն այլոյ պատճառի. քան Թե դի այն ժողովն ի բոց բարձեալ էր զբաժանող բարն դայԹակղուԹե ի միջոյ անդամոցն քի: ո անօրէնուԹե, և ամբարշտուԹե մեծ:

EX ARMENA Hiſtoria.

Caput XIV.

ՀԵՏՈՒԹԻՒՆ Հայոց ՊատմուԹենէն:

ԳԼՈՒԽ.ԺԴ.

XXIX

1 DOmnus Nierſes Daianus ex Oppido Iskhanaz, annos 20. Hic diuinæ charitatis feruore inceuſus erat, cæteriſque virtutibus exornatus: quapropter ædificauit magnificentiſſimum * illud gregis rationalis Ouile in Vrbe Vagarſciabat; Eccleſiã quoque in loco * purgatorij ſancti Martyris in Ciuitate Ardaſciad: & Templum aliud in Vrbe Thein.

* Palatiũ Patriarchale.

* Puteus, in quo S. Gregorius, Primus Armeniæ Patriarcha, quatuordecim iugiter annos afflictationibus obſeſſus delituerat.

ա 1

Տէր Ներսէս ի գեղջէ իշխանաց. եմն. ի: Սա ամս այնն սերմանէ զառաքել. երկասիրաբար յարդարել զ-ոչխարատաց քաղաքն. և զբաբ-ասան սրբոյ վկային յարտաշատ քաղաքն. և զայլ վկայարան ի դէնն քաղաքն:

ԺԴ

ANNOTATIO.

ՄԵԿՆՈՒԹԻՒՆ Վարդապետին:

2 VRbs Vagarſciabat, cuius modò in Maiori Armenia vix apparet veſtigium, antiquitùs vſque adeò celeberrima fuit, vt in ea Solium Tiridatis Regium, & Patriarchale Diui Gregorij Primi Patriarchæ fixum fuerit. hac igitur in Vrbe

ե 2

Ք աղաքն Վաղարշապատ. որ է այժմ առ Էրեակ. ի նախկին ժամանակս եղև յոյժ մեծ և հռչակաւոր. այնչափ զի գոյր ի նմա Թագաւորական աԹոռն սրբոյն Գրիգորի, և պատրիարգական սրբոյն Վ-գրիգորի լուսաւորչին. և ի նմին

Ա ղ քա-

քաղաքի՝ յետ չարչարանաց Հռիփսիմեայ
սրբուհի կուսանացն, բարձ- ի 7
պաշտ Թագաւորն Տրդատ, և սմա 3
ժողովուրդն հայոց ձեռօք եպիսկոպոսաց
շինեցին զերկուս վիմակառոյս տե-
ղիսն, զոր ի գոյց նոցայ սուրբն Գր-
գոր։ և ի միջի նոցայ յարմարեցին
զպայծառաւագարդ շինիսմս սրբոց կու-
սանացն այնոցիկ. զսա որում ձառէ
Մեդափրաստէս պատմիչն ի պատ
մութենէն վարուց սրբոց լուսաւորչին.
ասելով այսպէս։ Արքայն տրդատ
հոգէբ զերկիրն. և ձգէբ զհողն ի վեր։
նակ՝ Թագուհին Աշխէն, և քոյրն
Խոսրովիդուխտ զդեսուբք եռոնանց
տանէին զհողն։ Եւս և նոյն Տրդատ
բերէր զքարինս առ ի շինուածն այն ի
չափ մեծամեծս. մինչդեռ ոչ ոք կա- 4
րէր բառնալ զնոսա։ և ինքն բառնայր
ի վերայ թիկանցն եւրոյ զքարինս
գերեզմանացն. և զանոնց դրանցն.
ոչ անձնելով զնոսա ձեռացն այլոց։
Տրեալէր ենէ որչափ մեծ էր գԹուԹի
Թագաւորիս այսորիկ։

Արդ՝ մի տաճարն, որ էր սրբու-
հոյն Հռիփսիմեայ, և այժմ կայ կիսա
աւէրեալ, շինեալ եղեւ ի տեղի ըստ
ջարանացնոյն սրբուհոյն։ Եւ երկրորդ
տաճարն, որ էր սրբոյն Հռիփսիմեի,
մինչ և յայժմ ունայ առաղջ ի տեղին,
յորում ինքն նահատակեցաւ։ Եւ նա
երրորդն, որ է մեծագոյնն քան զամ
ենայն հայաստանեայց, եղեւ շի- Ե
նեալ առ ի պատիւ փրկչին մերոյ յի 5
ք̃ի. և կոչի Էջմիածին։ զի հինեալ է
ի վե՛ր այն առեղծոյն, յորում առ՛ին
մեր յի ք̃ս որդին աւ միածինն, ի ջեալ
յերկինս՝ եղեւ եցաւ սրբոյն Գրիգոր Լու-
սաւորչի ի մէջ այս գերազանցագոյն տաճարիս,
որպէս յառաջն կացուցեալ եղեւ ա-

ձ ղ ա Թառ

be poſt paſſionem eiuſdem Gregorij, & martyrium ſanctarum Ripſimis, Caianæ, aliarumque 32. virginum, quarum meminit Martyrologium Romanum, Rex ipſe Tiridates, qui tanti priùs ſceleris auctor fuerat, Chriſtiana fide accepta, tres magnas Baſilicas, & in eis ornatiſſima ſanctarum Virginum & Martyrum ſepulchra ſuis quidē manibus, vnà cum Armeno Populo, Diuo Gregorio ædificiorum loca deſcribente, extruxit. quod præter Armenam traditionem, narrat etiã Metaphraſtes: *Rex Tiridates*, ait, *fodiens terram, ſurſum iaciebat; Regina autem Aſichene, eius coniux, & ſoror Cuſaroducta, ſuis tunicis efferebant puluerem: tum ipſe lapides ea magnitudine, vt nullus alius eos tollere poſſet, deferebat ad ædificandum; deinde etiam ſepulchrorum poſtes oſtiorum, & ſuperliminaria non aliorum credens manibus, ſed ipſe humeris impoſita ferebat.* Quanta in hoc Rege pietas.

Martyrol. Rom. die 29. Sept.

Metaph. apud Sur. tom. 5. die 30. Sept.

Et vnum quidem Templũ, quod nunc ſemidirutum cernitur, titulo ſanctæ Caianæ, in eiuſdem Martyrij loco poſitum eſt. Aliud ſanctæ Ripſimis, vbi & ipſa paſſa fuerat, adhuc integrum extat. Tertium autem, duorum, imò & omnium, quæ in Armenia ſunt, maximum, & ſumptuoſiſſimum, in quo ſicut olim ſacroſancti Præſulis, & Martyris admirandi Gregorij, ita nunc ſupremi Armeniorum omnium Patriarchæ Cathedra ſita eſt, in honorem Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti

Sacræ Baſilicæ in Armenia extructæ à Rege Tiridate.

ſti fabricatum, appellatur Armenicè Ecmiazìn, hoc eſt, Deſcenſus Vnigeniti; eo quòd eodem in loco, in quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus Diuo Gregorio è Cælo deſcendens apparuerat, conditum ſit. ζ 6

Huic Templo adiunctum eſt Patriarchale Palatium, & ampliſſimum quoque Aedificium, vbi frequens religioſorum Prædicatorum, ac Magiſtrorum numerus degunt, ſuoque obſequuntur Patriarchæ; quod Armenus iam Hiſtoricus *Magnificentiſſimum gregis rationalis Ouile* nominat, & à Nierſeſe vigeſimonono Patriarcha primò conſtructum recenſet. Apparitio autem filij Dei Vnigeniti, hìc facta Magno Gregorio, iuncta fuit cum admirabili quadam Viſione, per quam reuelatum ei fuiſſe futurum Armeniorum profectum, & poſteà defectum in Chriſtiana fide, Armenos ipſos non latet: illamque copioſè memorat idē Metaphraſtes, cuius aliqua ſaltem pars non eſt hìc ſilentio prætereunda. ait enim: ζ 7

Metaph. loc. cit. cap. 27.

Reuelatio Diuo facta Gregorio, de Armeniorum profectu, & poſteà defectu in Chriſtiana fide.

Hoc in loco viſionem quoque, quam ſolus ille, *nempè S. Gregorius*, fuerat aſſecutus, publicè apud aures omnium depoſuit; illa autem eſt eiuſmodi, vt nihil poſſit eſſe admirabilius. Videbatur enim mihi, inquit, Cælum eſſe apertum, *&c. Et poſt alia multa*. Quin etiam mihi cernebatur, ait, grex caprarum reſplendens in nigrore pilorum; poſtquam autem aquam tranſmiſerant, ſpecies quidem eis mutaba- ζ 8

Թոռ սրբազան հայրապետի և սքան չելագործ վիճակին քի սրբոյն Գ-րի-գորի լուսաւորչին, նմանպ և ի հետևեալ ժամիկս հաստատեցին անդ զաթոռն Կաթողիկոսաց ամենայն հայոց։

Եւ մեզ այսմ տուեալս, որ էջ միսած-ին ասի, կայ պատմութիւնն կաթողիկոսին, և մեծ-ագոյն շինուած, նեբսւմ քեանէ բազմութիւն հայոց վարդապետաց։ եւ այսպիսի շինուած է այն, զոր հայ պատմիչն ի վերոյ կոչեաց բազմապայծառ վարդան բանաւորն ոչխարաց, և ասաց, Թէ շինեալ էրև ի Եւերսէէ ի տայոց ի գեղջէ եշխանաց։ Բայց ի սմին առեղծուած երևելոյն մեծ-ին Գ-րիգորի միւս այլ հրաշալի առնել, որպ նմա յայտնեալ էրև, էթէ ի հանդէր ձեալ ժամանակս լինելոց էր նախ աշխարհին, և յետոյ պակասումն հայոց ազգին ի հնմարիտ հաւատոյ։ եւ պատմէ զնոյն առեղծն բովանդակ մեզ դաշտատես պատմիչն, բայց մեք ի բաց կալով յերկարութենէն ասացս զոր զոյգ մասն, որ բաւ է դի-տաւորութեամ մերոյ։ եւ բանքն նոքա են այսոքիկ։

Ի սմին առեղծուածն Գ-րիգորիոս յայտնի արար առ ականջս ամենից զոն զանելով, զոր ինքն առանձնաբար առեալ էր. և այն էր այսպիսի, զի ոչինչ բան զնա կարէ գոլ հրաշագոյն։ Ե-րևէր ինձ, ասէ. Թէ բացեալ էր երկինք. և այլ։] Ե-ւ զինն բազմոց դարձեալ ասէ։ Նոյն և ինձ երևէր երկնակ ինչ այծեաց, որ պայծառ-ացեալ նայր սեւութեամբ մազից։ և յետ որոյ անցեալ էին ընդ ջուր։ տեսանէի եղբեանց փոխանակութիւն յոչխարս, և սեւութիւն մազից ի սպիտակութիւն ձեան-

եբս Ա՛ի մի կէտ ժամանակն ոչ
չացեալ էին սևքն, և այլ սպիտակք
եղեալ: Եւս եբևէբ, Ա՛ի ոչխարքն
ծնանէին զայլս. և նորապէս ծնեալքն ունէին և զմարդն սպիտակ. և բազմու Ա՛ին եբբեմն զերազանցէբ զՄի՛ն և զտեղի զոր կարէբ աչք տեսանել: ապա եբևէբ, էԱ՛ի Նոր բապէս ծնելոցն դարձեալ ծնանէին այլք. և Ա՛ի զառինքն փոխոխեալք ի զայլս չարառնէին ոչխարացն, և ձկտէին զիշատել և ուտել զնոսա: Իսկ ոմանք յայնոցիկ արտահանէին զՄի՛ն, և Ա՛ուչէին ի զառն լուսաբոս. և ոմանք կալեալք էին ի զայլոցն: Էբ մինչ տակաւ՛ին այս լինէր. վաղվաղակի ելանէին գետք հրոյ հեղեալ ընդ դէմ զայլոցն, այլ բնելով զնոսա. և ոչ կարէին փախչել ի նմանէ: Ես յսպիսեաբ, ասէ, ես ճեպով յոյժ զարմացեալ. և մանաւանդ զի տեսին հրաշալի եբևէբ նշանակել ծած-կաբար զինբս ոմանս: Իսկ այն որ ընդ ինս էբ, և ցուցանէբ ինձ զտեսիլն, նա էբ հրեշտակ աստուածային. և դարձուցանէբ զաչիցս Ա՛ին իմ ի բաղցր հեացու՛ն. և զարմացեալ զբանէբ ինձ զոբ ինչ նշանակէբ տեսիլն:] Էբ յետ այսոբ բանից զարձեալ ասէ: Իսկ եբամանն այծեաց. անցուա՛ն զջրոյ. փոխոխուա՛ն սև աւ՛ մազին ի սպիտակս. և բազմու Ա՛ին այն՝ նախագուշակէն զբաւ՛ու Ա՛ն մեզաց որ լինի ի ձեռն սկզբան Ա՛Ե. և զՄոզու Ա՛ն յանցանաց գործելոցն. և զդարձու՛ն ի բարեպաշտու Ա՛ն. և առաջու Ա՛ն աւաբենու Ա՛եց. և զաճու՛ն բազմու Ա՛Ե բրիստոնէից: Բազում ևս ինչ որ ի զայլս փոխեցաւ՛, նշանակէ զայն, որ յետոյ լինելոց է,

ծղբ զամ

tabatur in oues, nigror autem pilorum mutabatur in alborem niuis: dixisses, momento temporis effluxisse nigras, & alias exortas esse, nempè albas: atque oues quidem vilæ sunt parere, & cani pili erant etiam recèns natis fœtibus: multitudo autem superabat & numerum, & locum, quantumcunque definiebat oculus. Ex his autem, quæ nuper natæ erant, videbantur rursus quoque nasci aliæ. Et quidem agni, mutati in lupos, malefaciebant ouibus, & eas aggrediebantur comedere, ac discerpere. Sed ex his quidem aliæ interim producebant alas, & volabant ad exercitus lucis: aliæ autem capiebantur à lupis. Cum hoc fieret, repentè riui ignis effusi contra lupos, in eos incidebant, & exurebant; & non licebat eis ampliùs effugere. His, inquit, & talibus erâ ego animo obstupefactus; & maximè, quòd qualdam res tacitè videbatur significare Visio admirabilis. Sed qui vnà mecum aderat, & quæ videbantur, ostendebat: erat autem is Angelus Domini Omnipotentis: ipse & stuporem conuertebat in dulcem admirationem, & explicabat, quid significabant singula eorum, quæ cernebantur. *Et rursus post alia sequitur*: Grex autem caprarum, & aquæ transitus, & nigræ lanæ in albam mutatio, & multiplicatio, eam, quæ fit per baptismum, expiationem peccatorum; & scelerum, quæ admissa fuerint, remissionem; translationem ad pietatem, virtutumque fertilitatem, & fœcunditatem; piorũ

Bb que

que multitudinis incrementum, & augumentum prænunciant. Quicquid autem in lupos quoque est mutatum, eam, quæ posterius fiet, Pseudochristianorum impietatem; & eos, qui illam amplectuntur insurrectionem, præsignificat. Eos autem, qui huic insultui excelso & forti animo resistent, dicit, ad cælum ipsum euolasse pernici, & leui ala fidei. Ignis autem riui significant Gehennam, excepturam eos, qui insurrexerint aduersus pietatem. Oues verò, captæ à feris, volunt eos significare, qui à maligni venatione miserè capti fuerint.] Hoc totum Metaphrastes.

Pseudochristianos Armeniorum Seductores futuros, S. Gregorius longè ante prædicit.

զամբաղշտութիւն սուտ քրիստոնէից; և զնոսա որք ընդունին զնա, [ԻՀ] [ԻԲ] [ԻԳ] [ԻԴ] [ԻԵ] [ԻԶ] [ԻԷ] [ԻԸ] [ԻԹ] [Լ] [ԼԱ] [ԼԲ] [ԼԳ] [ԼԴ] [ԼԵ] [ԼԶ] [ԼԷ] [ԼԸ] [ԼԹ] [Ճ] [ՃԱ] [ՃԲ] [ՃԳ] [ՃԴ] [ՃԵ] [ՃԶ] [ՃԷ] [ՃԸ] [ՃԹ] [Մ] [ՄԱ] [ՄԲ] [ՄԳ] [ՄԴ] [ՄԵ] [ՄԶ] [ՄԷ] [ՄԸ] [ՄԹ] [Յ] [ՅԱ] [ՅԲ] [ՅԳ] [ՅԴ] [ՅԵ] [ՅԶ] [ՅԷ] [ՅԸ] [ՅԹ] [Ն] [ՆԱ] [ՆԲ] [ՆԳ] [ՆԴ] [ՆԵ] [ՆԶ] [ՆԷ] [ՆԸ] [ՆԹ] [Շ] [ՇԱ] [ՇԲ] [ՇԳ] [ՇԴ] [ՇԵ] [ՇԶ] [ՇԷ] [ՇԸ] [ՇԹ] [Ո] [ՈԱ] [ՈԲ] [ՈԳ] [ՈԴ] [ՈԵ] [ՈԶ] [ՈԷ] [ՈԸ] [ՈԹ] [Չ] [ՉԱ] [ՉԲ] [ՉԳ] [ՉԴ] [ՉԵ] [ՉԶ] [ՉԷ] [ՉԸ] [ՉԹ] [Պ] [ՊԱ] [ՊԲ] [ՊԳ] [ՊԴ] [ՊԵ] [ՊԶ] [ՊԷ] [ՊԸ] [ՊԹ] [Ջ] [ՋԱ] [ՋԲ] [ՋԳ] [ՋԴ] [ՋԵ] [ՋԶ] [ՋԷ] [ՋԸ] [ՋԹ] [Ռ] [ՌԱ] [ՌԲ] [ՌԳ] [ՌԴ] [ՌԵ] [ՌԶ] [ՌԷ] [ՌԸ] [ՌԹ] [Ս] [ՍԱ] [ՍԲ] [ՍԳ] [ՍԴ] [ՍԵ] [ՍԶ] [ՍԷ] [ՍԸ] [ՍԹ] [Վ] [ՎԱ] [ՎԲ] [ՎԳ] [ՎԴ] [ՎԵ] [ՎԶ] [ՎԷ] [ՎԸ] [ՎԹ] [Տ] [ՏԱ] [ՏԲ] [ՏԳ] [ՏԴ] [ՏԵ] [ՏԶ] [ՏԷ] [ՏԸ] [ՏԹ] [Ր] [ՐԱ] [ՐԲ] [ՐԳ] [ՐԴ] [ՐԵ] [ՐԶ] [ՐԷ] [ՐԸ] [ՐԹ] [Ց] [ՑԱ] [ՑԲ] [ՑԳ] [ՑԴ] [ՑԵ] [ՑԶ] [ՑԷ] [ՑԸ] [ՑԹ] [Ւ] [ՒԱ] [ՒԲ] [ՒԳ] [ՒԴ] [ՒԵ] [ՒԶ] [ՒԷ] [ՒԸ] [ՒԹ] [Փ] [ՓԱ] [ՓԲ] [ՓԳ] [ՓԴ] [ՓԵ] [ՓԶ] [ՓԷ] [ՓԸ] [ՓԹ] [Ք] [ՔԱ] [ՔԲ] [ՔԳ] [ՔԴ] [ՔԵ] [ՔԶ] [ՔԷ] [ՔԸ] [ՔԹ] [Օ] [ՕԱ] [ՕԲ] [ՕԳ] [ՕԴ] [ՕԵ] [ՕԶ] [ՕԷ] [ՕԸ] [ՕԹ] [Ֆ] [ՖԱ] [ՖԲ] [ՖԳ] [ՖԴ] [ՖԵ] [ՖԶ] [ՖԷ] [ՖԸ] [ՖԹ] ասէ. Թռչել յերկինս արա- գագոյն թևօքն հաւատոյ: այսպէս դեալ հեղեալ հրոյն՝ նշանակէն զդէմ հէնն որ կլանիցէ զնոսա, որք յա- րիցեն ընդ դէմ գԹուԹէն: և ոչ խաբէն կալեալք՝ ի գազանաց՝ նշա- նակէն զնոսա, որք լինիցին կա- լեալք յոտոյն բանաւարկուին:] Հինչ և ցայս՝ բանք են առելեան սրբոյն Գ-րիգորի:

EX ARMENA Historia.

Caput XV.

ՀԵՏԵՒԻ Հայոց Պատմութիւնն:

Գլուխ. ԺԵ.

XXX. *Dominus Anastasius Massiazuc. tanus ex Oppido Aghorri, annos 6.*

Տէր Հնաստատաս՝ ի մասեացոտ- նէ. ի գեղջէ ակոռոյ. ամս. զ: [Ա] [Ա]

XXXI. *Dominus Israel Vanantanus ex Oppido Zotmuds, annos 6.*

Տէր Իսրայէլ՝ ի վանանդայոցմուդ գեղջէ. ամս. զ: [ԱԱ] [ԱԱ]

XXXII *Dominus Isaac, qui fuit ex Patre Zoropporanus, ex Oppido Arcasçini; ex Matre verò Masassinus, ex Oppido Perteghnuoz; annos 29. Hic mancipium effectus à nefario Præside, missus fuit Damascum, vbi & mortuus est in Haran. In eius obitu miraculum quoddam animaduertẽs Dux Generalis exercitus Sarracenorum, qui erat Armeniorum Præses, plurima Armenis ipsis beneficia contulit.*

Տէր Սահակ՝ հայրենեաց՝ ի Զո- րոպորոյ. ի գեղջէ արքաշինոյ. և մայրենեաց՝ ի մազազայ՝ ի գեղջէ բերթհնոց. ամս. ԻԹ: Սա գերեալ՝ ի ժանդագործ Ոստիկանէն՝ ի դա- մասկոս առաքի: և անդէն փոխեալ՝ ի Հառան. վճարի՝ ի կենացս: և հրա- շալի նշան տեսեալ՝ ի մեռելոցէ սո- րա զօրապետին տաճկաց, որ ոստի- կան էր հայոց. զբազում խնամա- ծուԹիս առնէր հայոց:

[ԱԲ] [ԱԳ]

A N. ՃՂԵ ամեն

ՄԵԿՆՈՒԹԻՒՆ
Վարդապետին.

Զ ԱՅՍ ժամանակաւ բարձեալ էր ի յոյն Թագաւորէն հարկն ՂԲ. և ի յամենայնէ այսոսիկ. յր. ի թվին փրկչին. ո. ծ. և պ. ի յաւուրս կայսերին Հրաւանաւայ. որ հետևեցաւ առ Հերակլ. կրկին անգամ ապստամբեալ նովաւ աշխարհն հայոց ի Մաւիայ՝ վս ծուլութեանն որ էր կայսերն Հրաւանաւայ. որ միայն հոգայր հաղորդել զուղղափառս: Եւ այն պնդեր պատուհասն անկեալ էր ի վր աշխարհին հայոց. վս զի յայնժամ մնացեալ էր ի նոյն աշխարհն մոլորութեն Մանիքեցւոցն. զոր անդ սերմանեալ էր ոմն Հրաւանաւիանոս անուն մանուսպի.

Յայնմ ժամու հայոսատանն ի ձեռն Մաւիայ առն բազում մինչ և ի Յեմէն փոքրին Յուստինիանոսի կայսեր. որ առաքեաց անդ զօրապետն Ղևոնտեոս հանդերձ զօրօք բազմօք. և մաշեաց սուր բոլն զամ Մաւիեան. և հաստատեցաւ հռոմայեցւոց աւրութեն ոչ թէ միայն հայսատանն միայն. այլ և զաշխարհն վիրաց, աղուանից, և ամենայն ազգս: Եւ ապա և նոյն կայսեր յոյժ հալած եաց զմանիքեցիսն, որք կային ի մէջ հայոց: բանզի ժողովէ լով զնոսա ամենայն ի մի առեղծ. և այրէլ զոր ոք կամէր հաստատ մնալ ի հայ ազանդն նոր:

Եւ ընդ նմին ընդ դէմ ապստամբել մանիքեցւոցն արարեալ էր յառաջ զհրամանատուն մեծ Հրայրն Հրատան անուանս, Թոռն Հերակլեն. և զնոյն արարեալ էր յետոյ կայսերն Լեւոն ի թվին փրկչին. ՀՂ. ի. Բ. առաջին ամ կալ

ANNOTATIO.

NVnc temporis, scilicet anno Christi 653. & Constantis Imperatoris, successoris Heraclij, 12. *Armenia*, inquit Baronius, *itidem à Sarracenis longè latèque deuastata est; ita quidem dormiente, atque stertente ignauo Imperatore, ad malum inferendum Catholicis tantummodò vigilante, totus funditùs quassatus est Orient. Hęc planè adeò ingentia mala pertigerunt Armeniam ea ex causa, quòd Manichęorum hęresis ibi restituì cœpta est, tot antè Conciliis, ac legibus Imperatorum sępissimè iugulata.* Qui verò pestem illam iterùm renouare, ac latiùs ibi d ffundere, in animum induxerat, fuit non procul à Samosatis Armeniæ indigena quidam, Constantinus nomine, Vicum incolens Mananalim. Baron. t. 8 an. 653.

Perseuerauit autẽ Armenia in manu Sarracenorũ plures annos vsque ad Imperatoris Iustiniani tẽpora, * qui mittẽs illuc Leontium Prætorẽ cum Romano potẽtatu, Sarracenis ibi existentibus interemptis, nõ solùm Armeniã Romanis subiecit; sed & Iberiam, Albaniam, Hircaniam, atque Mediam. Idem quoq; Princeps aggressus fuit pariter inuentos illic Manichæos exagitare; quos & in vnum cogi, seorsumque interrogari iussit, atque flammis tradi, quotquot essent in errore pertinaces. Vndè extructo ad aceruum ingenti rogo, omnes incensi, & cremati fuerunt. * Ex Theophane apud Bar. an. 685.

Eosdem in Armenia Manichæos

inſectatus etiam fuerat anteà Imperator Conſtantinus, Heraclij nepos: idemque egit poſt Iuſtinianum Leo Iſauricus anno Domini 722. nec penitùs eos extirpare valuerunt, ſemper exciſis capitibus in ſobole pullulantibus. è Iuſtiniani enim flammis vnus dumtaxat Paulus Armenus lapſus fuerat cum filijs duobus, Theodoro, & Geneſio, cui & Timothei nomẽ impoſuit. Hic autẽ, Timotheus inquam, vti narrat Lucas Siculus, Conſtantinopolim ab Imperatore Leone vocatus venit; interrogatuſque de ſingulis fidei articulis à Conſtantinopolitano Patriarcha, voce quidem probè reſpondit, ſed ſimulatè, animoque reſponſa peruertens: erat enim paſſim in Manichæorum ore, & opere lex illa, eo verſu conſcripta: *Iura, periura, ſecretum prodere noli.* Quare pro innocente habitus, acceptiſque ab Imperatore formalibus litteris, Epiſparim, Vicum in Armenia, vbi degere conſueuerat, reuerſus eſt: coactiſque ſubitò omnibus diſcipulis, cum eis aufugit, deſcenditque Mananalim, Manichæorum Metropolim apud Sarracenos, ex qua Conſtantinus, eorum auctor, prodierat. Ibi poſt aliquot annos ad ſummum iam inſaniæ culmen euectus, è furore, rabie, angore, tanquam miſſione à prauis Angelis accepta, exagitatus, Deo pœnas expoſcente, fœdo ex inguinis tumore vitã finiuit, cũ annos fermè triginta impietatis familiã duxiſſet. Quæ verò in eadẽ impietate diſſeminãda egerint eius filius Zacharias, eiuſque puer mercenarius Ioſephus, lege in prædicto Authore.

Lucas Sic. apud Bar. tom. 9. an. 722.

Cum ergo exitiali Manichæorum hæreſi nunc inficeretur Armenia;

ab

բայց ի բոլորովին և յարմատէն
հանել զնոսայ. զի միշտ ի գլխոյն
հատելոյ բուսանէին այլք: քանզի
ձառէ ի պիտան ի-ր պատմիչն Ղու-
կաս սիկիլեցին. որ էնակեալ էր ի յայ
խարհն այնոսիկ. ԵՒԹԷ ի յայրմա
նէն անտի Յու-ստինիանոսի Թագա-
որին փախեալ էր մի ոմն մանիկեցի հա
յոյ աղգաւ, որոյ անուն էր Գի-
զոս. և ընդ նմա փախին և-ս էր
կու որդիք նորա Թ-էոդորոս, և
Գէնէսիոս. հակ Գէնէսիոս, որ
յայլ անուն ասացեալ էր Տիմո-
Թէոս. կոչեցեալ ի Լևոնէ արքա
յէն՝ գնաց ի կոստանտնու-պոլիս. և
երբև հարցին զնա ի վե բանին
հաւատոյ. խաբէու-Թ-ե էցոյց զինքն
ու-ղղափառ. վն որոյ հաւատեալ ի
յամենեցուն անպարտ. և առեալ
ի Թ-գբէն զԹու-ղԹ ընդ-ու-նելու-Թ-ե.
դարձաւ ի գեղն իւր Է-պիսպատ. և
ժողովեալ անդ զաշակերտս իւրեան,
փախեաւ հանդերձ զնոքօք առ տա
ճիկս ի Մանանալ. որ է քաղաք մա
նիկեցւոց, յորմէ ելեալ էր պիղծն
Մ-ոստանտինոս, պլուխն նոցա:
և անդ յետ ամաց ինչ այսահա
րեալ, և առեալ զպատիժ անօ
րէնու-Թ-ե-ն իւրոյ, մեռաւ սատակեալ
ի բարկու-Թ-ենէ ամենակալին ՅՍ: այս
Տիմոթէոս ու-սուց զաշակերտս յո
լովս, ասս երեսուն. և յետ վաղ
ձանելոյ իւրեանն՝ զնոյն արարին Օա
բարեայ որդի նորա, և Յովսէփ
ծառայ:

Իսկ արդ՝ գոլով հայաստանն ի
յաւ-ուրս այսոսիկ յաղաւաղեալ մոլո

ab eo tamen contagio non modò ſe-
ſe immaculatum ſeruauit Iſaac, tri-
geſimus ſecundus Armeniorum Pa-
triarcha, verùm etiam in catholica
fide, ac vnione cum vniuerſali Ec-
cleſia conſtantiſſimè perſeuerauit:
quod & præſtiterunt etiam eius Suc-
ceſſor, & quatuor alij ipſum imme-
diatè præcedentes Patriarchæ; vt
colligimus ex Epiſtola Gregorij Si-
lenſis Armeniorum Patriarchæ ad
Regem Haytonem; vbi poſtquam
ille de concordia Armeniorum, cũ
catholica Eccleſia à Ieſere Patriar-
cha in Charnenſi Concilio inita, mẽ-
tionem habuit; hæc alia de Iſaac Pa-
triarcha proſequitur: *Et poſt Domũ*
Ieſerem, qui tunc temporis erat Pa-
triarcha, quinque alij Patriarchę ſuc
ceſſores in eadem permanſerunt fide;
ex quibus vnus fuit ſanctus Iſaac;
ille, qui, dum Mahometem pro Ar-*
menis adiret, diem ſuum obiuit in Me-
ſopotamia, deſcenditque ſuper eum lux
de Cęlo, in cuius morte multa miracu-
la perpetrata ſunt. Quare ſuperuenięs
Mahometes, epiſtolamque increpato-
riam, ab eo ſibi relictam, legens, ap-
ruit illius ſepulchrum: repertoque ca-
dauere incorrupto, dexteram illius
oſculatus eſt, dicens, quicquid mihi
iuſſiſti, exequar: moxque inde diſce-
dens, Armenos Monachos è captiuita-
te liberauit: eamque dexteram nos ipſi
in Ghelaięſi vidimus Ciuitate adhuc
incorruptam, quę deinde argento exornata fuit. Hæc Gregorius Patriarcha
Regi Haytoni.

Grẽgor. Siſen. in epiſt. ad Hay. Reg. Arm.

* Hic militiæ Sarracenorum Dux erat.

EX ARMENA Hiſtoria.

Caput XVI.

XXXIII Domnus Elias Ieliuodanus ex Oppido Dirargi. Hic ſedit anno Armeniorum 112.*, vixitque in ſede Patriarchali annos 24. Sedes itaque Armeni Patriarchatus è ſancto Gregorio vſque ad Nierſesē Aſcdarachenſem, à quo Theuinēſe Concilium ex mandato Regis Perſarum actum fuit, extitit obediens ſanctæ Romanæ Eccleſiæ annos 218. quo tempore ſederunt in ipſa Patriarchæ viginti, omnes eidem ſanctæ Romanę Eccleſiæ obtemperantes. Ex Nierſeſe autem Aſcdarachenſi fuit ſanctę illi Eccleſię contraria vſque ad Ieſerem Parraſnachiertenſem annos 112. ſederuntque in ea Patriarchę ſeptem, Eccleſię Romanę aduerſarij. è concordia verò Ieſeris vſque ad Ioannem Oznienſem fuit iterum obediens annos 95. Patriarchę verò ſex. Igitur ex tempore Diui Gregorij vſque huc ſupputantur anni 425. Patriarchę 33. ex quibus perſtiterunt in eadem obedientia Patriarchę 26. annos 313. in ſchiſmate verò Patriarchę 7. annos 112.

* Hoc eſt: anno Domini 663.

Ad calculum reducuntur tũ catholici, tum ſchiſmatici Patriarchæ, qui in Armena Cathedra hucuſque ſederunt.

ANNOTATIO.

Hìc Armenus, & (vt manifeſtò conijcimus) etiam orthodoxus Hiſtoricus ſupputat tempus, & numerum tum catholicorum,

Հայոց Պատմութիւն.

Գլուխ. Ի Զ.

Տէր Եղիա՝ յԵղիովտայ, ի գեղջ մերձաւոր. Սա նստաւ ի Թվին հայոց. ՌԺԲ. կացեալ յաթոռ հայրապետութեան սմա. իե. ամս. Եւ կացեալ աթոռ հայրապետութեն հայոց հնոցդանդ սբ եկեղեցոյն հաւատոյ, ի սր բոյն Հռիփսիմէ սինչ և ի Հեբրսէս աշ տարանէցին. որ գաւառ ժողովէ արար հրամանաւ արքային պարսից. ամք. ԱՀ. Ի. Բ. հայրապետեաք. ի. որք ամենեքեան հնազանդք էին սբ եկեղեցոյն հռոմայ. եսկ կացեալ ի հակառակութեն նոյն եկեղեցւոյն ի Հեբրսէս աշտարանէցոյն սինչ և ցէզր վռասդանայ կեթսացին. ամք. ՌԺ. Ի. Բ. և հայրապետեաք. Է. որք Եղեն հակառակք առաբ եկեղեցւոյ. Եւ ի սիսբանութենէն Հզրայ սինչ և ցՅոհան օձնեցինասք. ՂԷ. և հայրապետեաք. Ղ. Եւ այդ ի առաբ Հիփսիմեայ սինչ և յայս. ամք. ՆՀԷ. և հայրապետեաք. ԼԳ. եսկ ի սբ Հիփսիմեայ սինչ և յասան կացեն ի հնազանդութենէն հայրապետեաք. ԽԳ. ամք. Յ. Ի. Գ. և կացին հակառակ՝ հայրապետեաք. Է. ամք ՁԻ. Ի.

ՀԵՏԱԶՈՏՈՒԹԻՒՆ.

Յայսմ տեղւոջս՝ հայ պատմիչն ժողովէ զթիւ և զժամանակ այն հնազանդ կաթուղիկոսաց. և հնազանդելոց եկեղեցոյն հռոմայ. որք

ՁՂԸ սինչ

rum, tum ſchismaticorum Patriarcharum, qui hucuſque Armenam rexerunt Eccleſiam. Cur autem talis calculus hìc potiùs, quàm in fine ſubducatur; ea fortaſſe ratio eſt; quia poſthac nulla fuit in Armenia continuata ſeries obedientium, vel inobediẽtium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Patriarcharum, ſed ex vtriſque valdè promiſcua, & confuſa viciſſitudo; vt ex ſequentibus perſpicuè conſtabit. Prima porrò annorum ſubductio, à diuo nempè Gregorio ad vſque Nierſesẽ Aſcdarachenſem, non nihil pati difficultatis, & minus temporis, quàm opus eſſet, calculare videtur: nec ſanè mirum; dum tempora duorum priorum Armeniæ Patriarcharum ab alijs etiã hiſtoricis nimiùm confusè tradita reperiuntur. Nicephorus enim ex Euſebio refert, S. Gregorium ad Nicænum Concilĩ acceſſiſſe: contra verò Baronius ex Metaphraſte, quin ex ipſis actibus Synodi Nicænæ, non Gregorium, ſed Ariſtarcem ſacro illi Cœtui interfuiſſe, commemorat; immò erroris arguens Nicephorum, ipſum Gregorium longè ante Nicænum mortuum fuiſſe, putat. Nos interim ex Armenis hiſtorijs ſatis exploratum habemus, Gregorium plures annos Nicæno ſuperuixiſſe Concilio, ad quod tamen non ipſe, ſed Ariſtarces acceſſerit; vt ſuo iam loco * oſtenſum eſt. Vt autem benè ſaluentur, quæ ex ſupra dictis vera exiſtimamus: nimirùm in Armena Cathedra primò ſediſſe D.

Niceph. lib. 8. c. 14.

Baron an. 325. Metaph. apud Sur. t. 5. die 30. Sep c. 39. Concil. Nicæn. vbi triplici nomine ſubſcriptus reperitur, Acrites, Ariſtæus, Ariſtarces.

* Vide c. 3 num. 3. & ſeq.

Gre-

Gregorium anno Domini 311. & in ea vixiſſe annos 30. ſecundò Ariſtarcem annos 7. qui Nicæno interfuit; tertiò Vertanem annos 15. & à Diuo Gregorio vſque ad Nierſeſem Aſcdarachenſem ſubduci annos 218. quibus ſeptem alij adhuc viderentur deſiderari: omninò prorſus aſſerendum eſt, in triginta illis annis Pontificalis adminiſtrationis S. Gregorij omnes etiam ſeptem annos Ariſtarcis includi; hoc pacto videlicet; S. Gregorius, poſtquam Eccleſiam Armenam fundauerat, ac rexerat multos annos, ſecedens in ſolitudinem, filium ſuum Ariſtarcem in Patriarchalis munere rectionis Epiſcopum Coadiutorem adhibuit ſeptem annos, quandiù hic viuus ſuperſtitit; intra quos contigit Nicæna Synodus, ad quam miſit eundem anno Domini 325. trigeſimo verò anno ſui Patriarchatus, quã do ipſe Gregorius mortuus eſt, vtrique, Patri ſcilicet, & Fratri ſucceſſit Vertanes, qui eo munere functus eſt annos 15. Sic igitur procedendo, calculantur à primo anno Patriarchatus D. Gregorij vſque ad Nierſeſem Aſcdarachenſem anni 218. vt Armenus iam refert Hiſtoricus, & optimè, quæ hactenus tradidimus, verificantur.

Ե 7

կենալով ՚ի նման գաւս. Ը. և ապա առէր ՛ի-ըստաւակէս. ամս. Է. որ եմուտ ՚ի Ժողովն Նիկիոյ. և զկնի սորա առէր վարդանէս-ամս. Ի. և ԼԹ ՚ի սբբոյն Հ-բիգորէ մինչ և ՚ի Նեբսէս աշտարակեցին անցեալ ամք. ՈՒ. Ը. և ոչ որպէս Եբեւ ի Թվոցս ամք. ՈՒ.Ի.Ե. վս այսորիկ ասելի է՝ առնեւին. ԼԹ. Է. ամքն առաջնորդուԹԵ ՛ի-ըստաւակէսի մտանեն ՚ի մէջ. Ը. ամացն առաջնորդուԹԵ սբբոյն Հ-բիգորի. և ոչ Թվին ստատոյ նոցա. քանզի նոյն սբն յետ առաջնորդելոյ զնիկեղեցին հայոց ամս յոլով. գնաց ՚ի յանապատ. և նստոյց յաԹոռն եւ զաէր ՛ի-ըստաւակէս որդի եւ ՚ի տեղի եւ-բեան. ոնելով զնա որպէս զբորենպիսկոպոս եւ ամս. Է. զոր և առաքեաց ՚ի Նիկիոյ Ժողովն յամի ՈՒն. Յ.Ի.Ե. ապա ՚ի յերեսնեբորդամի պատրիարգուԹԵ վաղճանեցաւ սբն Հ-բիգոր. և առէր վարդանէս Ժառանգեաց զաԹոռն հօր և եղբօրն եւ ամս. ՃԵ. և վայրկէս տրամբանելով. զհարսան Թիւն ամաց. ՈՒ.Ի.Ը. եղ ՚ի սբբոյն Հ-բիգորէ մինչ և ՚ի Նեբսէս աշտարակեցին. որպէս ասէ հայ պատմիչն. և տառագեալ լինին ամենայն վերոյգրեալ աւանդուԹիքն.

Ը 8

EX

ՀԱՅՈՑ

Հայոց Պատմութիւն.

EX ARMENA

Hiſtoria.

ԺԷ. գլուխ. ԺԷ.

Caput XVII.

XXXIV

Տէր Յոհան՝ ի տաշրայ. ի գիղ ՚ի օձնոյ. այս. Ժա: Սա առաքեալ Ժողով ՚ի գեղաքաղաքն մանազկերտ. ՚ի սահմանս գլխոյ վիճակին հարքայ. հրամանաւ՝ աշխարհակալ տէրն տաճկաց Օմարայ. և հնազանդութեամբ իւրոյ ենթակային, որ ՚ի բաղտատ: եւ կային անդ վեց եպիսկոպոսունք ասորոց: և եդին կանոնս սիրաբանութեամբ, խառնուիլ ՚ի քո մի կամք, և միաբերանութեամբ, և մի բնութեամբ: և հաստեալ ասորոցն՝ չոգան յիւրեանց քահանայութեան տեղիս: եւ եբարձ գլխոյն, և գլուխն: եւ կանոնիւ հաստատեաց, ոչ արկանել ջուր ՚ի սբ խորհուրդն: Սա սահմանեաց յաղագս հայոց զշաբաթ օրն; եբրև գկնի լսել անել զպահոն: Սա ասաց, յաւուրս մեծ ի հինգ շաբթին ոչ հարկ դնել ժողովրդեանն. ասելով՝ նուիրութիւն է խորհրդոյն. զի տէրն ոչ է խաչեալ, և ոչ թաղեալ, և ոչ յարուցեալ: Սա զձուկն, զձէթն, զգինին, զթանն, զպանիրն, և զձուն, միաձայնակ կարգեաց: և կանոնիւ հաստատեաց, ոչ բաժանել ՚ի միմեանց:

Dominus Ioānes Oznienſis è Prouincia Daſcerana, annos 11. Hic iuſſu Homaris, Sarracenorum Ducis, & auxilio Caliphæ Babilonis, Synodum congregauit in Vrbe Manaſchierti in confinibus Harcanæ Prouinciæ; vbi, conuenientibus cum Armenis ſex Aſſyrijs Epiſcopis, definita fuit in Chriſto vna natura, vna voluntas, & vna operatio; fuerunt- que à ſacris ablata Myſterijs fermentum, & aqua; canoneque ſtatutum eſt, non eſſe amplius in Sacrificijs aquam vino miſcendam: & poſtquàm Armenij Aſſyriorum voluntati obſequuti fuere, in ſuum vniuſcuiuſque locum reuerſi ſunt. Patriarcha iſte decreuit, in ſabbatis Quadrageſimæ ieiunium eſſe frangendum, quemadmodum in Dominicis; & Feria quinta Maioris hebdomadis non diſtribuendam eſſe populo ſacram Communionem; eo quòd Dominus non fuerat tunc crucifixus, neque ſepultus, neque à mortuis exuſcitatus. Præterea ſtatuit, piſces, oleum, & vinum eſſe in eodem ordine computanda tempore ieiunij cum lacte, caſeo, & ouis; ac denique Armenios, & Aſſyrios nunquam ab inuicem ſeparandos.

Conciliabulum Manaſchiertenſe, in quo Armenij, ab Aſſyrijs ſeducti, redeũt ad priores errores.

A Ioanne Oznienſi Patriarcha interdicitur miſtio aquæ in ſacris Myſterijs.

ANNOTATIO.

IOannes Oznienſis, Armeniæ Pleudopatriarcha, & Doctor inſipientiſſimus, cuius hæreticæ propoſitiones in ſecunda Parte confutabuntur, decoloratione, macieque vultus innata, & vaferrimæ hypocriſis artificio (vt Armenorum Catholicorum traditione accipitur) præferebat cunctis ſpeciem auſteri viri, ieiunijs, carniſque macerationi addicti; quapropter tantam adeptus fuerat apud omnes famam ſanctitatis, adeòque populum illum doloſis verbis dementauerat; vt, quamuis Armenam Eccleſiam iniquiſſimis legibus, decretiſque ad vltimam penè ruinam perduxerit, & è qua illa, erroneis eius, ipſiuſque ſectatorum ſcriptis obfirmata, nunquàm deinceps emergere valuit, illud tamen vſque in hanc diem perſeueret in vulgi fœce delirium, quo plerique eiuſdem Eccleſiæ reparatorem, ac ſecundum illuminatorem eum nominare minimè vereantur.

Oznienſis hypocriſis in vltimũ diſcrimen adducit Armenam Eccleſiam.

Circa tempora itaque Sextæ Synodi Generalis, quæ Conſtantinopoli ad hæreſim Monothelytarum profligandam celebrata fuerat anno Redeptionis 680. dum ſub duriſſimo adhuc Sarracenorum iugo gemebat Armenia, pœnas luens Manichææ, de qua ſuprà loquuti ſumus, impietatis; prodijt in ea peſtilens Coluber iſte, Oznienſis inquam, *Serpentinus* latinè interpretatus, vt Eccleſiam, ibi ſub Infidelium dominio

Sexta Synodus Generalis damnat hæreſim Monothelytarũ.

ՄԵԿՆՈՒԹԻՒՆ
Վարդապետին։

Յոհան օձնեցի, սուտ և խաբէբայ վարդապետն՝ գոլով ի նէրսէս դպոլ ամիշոսակոդ. ցուցանէր առ աչս մարդս զերևոյս ոչխարի. և ի ձեռն մեծի կեղծաւորութեան հաճոյացոյց ամենեցունն զինքն առաքինի։ Ցոր որոյ աղանդաւորս բանիւ, և սուտ վարդապետութեամբ դարձեալ խաբեայց և մոլորեցոյց զպարզամիտսն հայոց. և թեպետև մոլորական ահմանադրութեամբ և օրինօք արատնալէր զանչափ մեծաս եկեղեցւոյն նոցա. պատուհասով գնաց կրկին անգամ ի յընթհանուր կռնատղիկ եկեղեցւոյն ընդ սահմանաւորս կռնատղիկ եկեղեցւոյն ունանց այնքան անուիաք և մոլորութեամբ նորա արբուցեալք. մինչդեռ հաւատարին թէ նմա սուրբ էր. և գմոլորեցեալն կոչէին այսօր երկրորդ լուսաւորիչ։ Իսկ մեք ի յեկեղեցոյդ հաւատոյն ընդդեմանաբանեցեալք ի դէմ մեծամեծ հայոյութեանն սորա պատճառաւք, և վկայութեամբ սրբոց հարցն, մանաւանդ վարդապետութեամբ այլոց սբ վարդապետացն հայոց։

Հաւրդ և ի մէջ հայոց աշխարհին այս օձաբարոյ վիշապս ի ժամանակս վէցհարիւրորդ տեղեկութեան Մեհենհարցոյն, որ գոլեալ նեղն ի կոստանդնուպոլիս ի Թվին փրկչին, ո. և .ճ. ամին վասն կորուսանելոյ զհերձուածողութեանն սատղային ի քս մի կամս, և մի նէրգործութեան Հ-ռ ինամին ծամանակի, յորում հայաստան կրէր զբազում չարչարանս ընդ լուծով ծառայութեամբ Մահկաց. և փոքունք զպատուհասեան այս մի հերձուածողու-

մբ թէն

minio iamdiù ſylueſcentem, pluribus etiam oppleret erroribus, flatuque peſtifero penitùs arefaceret. Hoc ergo malum vt ſacrilegus Patriarcha Paganorum viribus, ac fœdiori exequeretur iniuriâ, accepto è Ducibus Sarracenorum mandato, prædatorium coegit Conciliabulum in Vrbe Manaſchierti: vbi cũ Aſſyrijs Epiſcopis coniurare faciens in propriam perniciem Armenos, ne dum priſtinam Acephalorum hæreſim vnius in Chriſto naturæ de integro confirmauit; verùm etiam tunc imminẽtem Monothelytarum vnius voluntatis, & operationis, in ſacra illa, & œcumenica ſexta Synodo damnatam, in ſuam recèns Nationem inuexit. Et quamuis eadem Armeniorum Eccleſia nonnullis etiam tum vitiaretur abuſibus; vtpote quæ ad Sacerdotium non admitteret niſi eos ſolummodò, qui ex ſacerdotali genere orti eſſent; Quadrageſimæ tempore diebus Dominicis caleum, & oua comederet; atque more Iudaico carnes intra Altare aſſaret, & populo comedendas diſtribueret: non ceſſans tamen Oznienſis alijs eam erroneis ritibus deprauare, decreuit inſuper, vt vino tantùm in ſacrolancto incruento Sacrificio vteretur, nulla admiſta aqua; vt Populus feria quinta in cœna Domini non communicaret; & in Quadrageſima non ſolùm Dominicis, ſed Sabbati quoque diebus ieiunium frangeret. Vt verò ſuam magis cohoneſtaret hypocriſim; atque dictas ſanctiones, alioſque per-

Errorem vnius voluntaris in Chriſto nouiter amplectũtur Armeni.

Abuſus Eccleſiæ Armenæ.

niciales abuſus reformatæ, arctioriſ- Ժ
que diſciplinæ prætextu ſuaderet; in- 10
iunxit vltro Armenis, vt in ipſorum
ieiunijs, quæ quidem crebrerrima
ſunt, adhuc à piſcibus, oleo, & vino
abſtinerent; quod illi hucuſque in-
uiolabili lege obſeruant. Hæc pla-
nè ita ſe in Armenia tunc habuiſſe,
indicant tũ ſuprapoſitæ hiſtoriæ ver-
ba, tum ſubſequẽtes ipſius ſextæ Sy-
nodi pro Armenis ſanciti Canones.

Canones pro Armenis ſanciti à Synodo Quiniſexta.

Canon 32.

QVoniam ad noſtram cognitio- ԺԱ
nem peruènit, quòd in Ar-
meniorum Regione vinum tantùm 11
in ſacra Menſa offerunt, aquam illi
non miſcentes, qui incruentum Sa-
crificium peragunt: adducentes Ec-
cleſiæ Doctorem Ioannem Chryſo-
ſtomum, hæc dicentem in Interpre-
tatione Euangelij ſecundum Mat-
thæum: Quamobrèm non aquam
bibit, cum ſurrexit, ſed vinum: im-
probam aliam hæreſim radicitùs
extirpans. quoniam enim nonnulli
aquà in Myſterijs vſi ſunt; oſten-
dens, quòd & quando Myſteria tra-
didit, & quando, poſtquàm reſur-
rexiſſet, abſque Myſterijs ſolam, ac
nudam menſam appoſuit, vſus eſt,
inquit, vino ex genimine vitis; vi- ԺԲ
tis autem vinum, non aquam gene- 12
rat.] Et ex eo aquæ in ſacro Sacri-
ficio adiunctionem Doctorem ſub-
uertere, exiſtimant. Vt non ab hoc
tempore in poſterum ignorantia te-
neantur, Patris ſententiam ortho-
doxè aperimus. Cum enim impro-

Chryſoſt. in cap. 26. Matthæi.

ba

Հայք հաստատապէս առնեն մինչ
և յայս օր: Ի՛ թէ ի ժամա- 10
նակս այնոսիկ այնպէս վարէին եկե-
ղեցիքն հայաստանեայց, որպէս և
այժմ ասացաք. յայտնի վկայ են
ոչ թէ միայն բանքն վերոյգրեալ
պատմութեանն, այլ և կանոնա-
դրութիքն սահմանեալք վասն հա-
յոց ի սբոյ հարցն վեցերորդ ա-
սացեալ տիեզերոդոսին, որք են այս
պիսիք:

Կանոն. Լ. և. Ե.

Ֆանալի ծանուցումն եղև մեզ, 11
եթէ ի յաշխարհն հայոց, որք առ-
նեն զպատարագն, մատուցանեն միայն
զգինի առանց ջրոյ ի վեր սբոյ սեղա-
նոյն: և առ այս ածէն վկայ նուի-
րեալ զվարդապետն եկեղեցւոյ սբն
Յոհաննէս ոսկէբերանն, որ ի մէկ
նուիրէ սբոյ աւետարանին ըստ մա-
թէոսի ասէ այսպէս: Վասն որոյ չէ
չարութիւն ո՛չ էարբ զջուր, այլ զգի-
նի: զի զմիւս չար հերձուածն արմա-
տախիլ արասցէ: քանզի էին ոմանք,
որ ի սբ խորհուրդն ջուր ի կիր ար
կանէին. ցուցանելով այսպէս, զի յոր
ժամ աւանդեաց զխորհուրդն, և
յոժամ յետ յարութիւնն բազմեցաւ
ի լոկ և անխորհուրդ սեղանն. ի կիր
հասկ զգինի ի բերոյ որթոյ, ասելով.
եսկ որթն գինի և ոչ ջուր ծնանի.] 12
Ի՛ սակս այսոցիսի բանից՝ կարծէն.
եթէ սբ վարդապետն մերժէը զխառ-
նուածն ջրոյ ի սբոյ պատարագէն:
Հարկ զի մի այսուհետև տգիտու-
թիւն մոլորեցուցանէ. մեք յայտ առնեմք ու-
ղղապէս զմիտս սբոյ հօրն Յոհաննու-
վն որոյ գիտելի է. զի ի նախկին ժա-

մէ յայ

ba Hydroparaſtatarum, hoc eſt,
13 eorum, qui aquæ defenſionem ſuſcipiebant, antiqua eſſet hæreſis, qui pro vino ſola aqua in proprio Sacrificio vſi ſunt: refellens hic vir diuinus iniquam eiuſdem hæreſis ſucceſſionem, & oſtendens, quòd directè Apoſtolicæ traditioni aduerſatur, id, quod iam dictum eſt, confirmauit. Quoniam autem & ſuæ Eccleſiæ, vbi eſt illi paſtoralis adminiſtratio tradita, aquam vino miſcendam tradidit, quando incruentum peragi Sacrificium oportet; ex pretioſo, ac honorabili noſtri Redemptoris latere ex ſangui-
14 ne, & aqua contemplationem oſtendens, quæ in totius Mundi viuificationem effuſa eſt, & peccatorum redemptionem; & in omni etiam Eccleſia, vbi ſpiritalia lumina refulſerunt, hic ordo diuinitùs traditus ſeruatur; nam & Iacobus, Chriſti Domini noſtri ſecundum carnem frater, cui Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Thronus primùm eſt creditus; & Baſilius Cæſarienſium Eccleſiæ Archiepiſcopus, cuius gloria omnem terrarum Orbem peruaſit, myſtico nobis in ſcriptis tradito Sacrificio, ita tradendum in ſacro miniſterio ex aqua, & vino ſacrum calicem, ediderunt; & qui Carthagine
15 conuenerunt ſancti Patres, adeò apertè, & præcisè mentionem fecere, vt in ſanctis nihil plus, quàm corpus, & ſanguis Domini offeratur, vt ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis, & vinum aqua miſtum. Si quis ergo Epiſcopus, vel Presbiter,

Iacobus Apoſt. & Baſilius, in ſuis Liturgijs.

Synod. Carthag. 3. can. 24.

non

non ſecundum traditum ab Apoſtolis ordinem facit, nec aquam vino miſcens, ſic immaculatum offert Sacrificium; deponatur, vt imperfectè, ac ſimpliciter myſterium annuncians; & quæ tradita ſunt, innouans.

ՔԷն առաքելոյ. և ոչ մատուսցէ զամենասքուրբ բաժակն խառնեալ ՚ի գինւոյ և ՚ի ջրոյ. անկեալ ՚ի կարգէն եւբեան, որպէս այն, որ մատուցանէ զխորհուրդն անկատարած, և այլապէս զհանդուԹիս զայս.

Canon 33.

QVoniam cognouimus, in Armeniorum Regione eos ſolùm in Cleri ordinem referri, qui ſunt ex genere Sacerdotali; ijs, qui hoc facere aggrediuntur, mores Iudaicos ſequentibus; nonnullos autem eorum, etiam non tonſos, ſacros cantores, & diuinæ legis lectores conſtitui: decernimus, vt deinceps non liceat ijs, qui volunt aliquos ad Clerum adducere, ad eius, cui manus imponitur, genus reſpicere: ſed examinantes, an digni ſint, iuxta expoſita in ſacris Canonibus decreta, in Cleri catalogum referri; vt eos Eccleſiaſticè promoueant, ſiue ſint ex Maioribus ſuis Sacerdotibus, ſiue non. Sed etiam, vt nulli ex omnibus permittant, iuxta ordinem eorum, qui ſunt in Clericorum ordinem relati, populo in ſuggeſtu diuinas ſcripturas recitare, niſi is Sacerdotali tonſura vſus fuerit, & benedictionem à ſuo Paſtore canonicè ſuſceperit. Si quis autem præter hæc facere deprehenſus fuerit, ſegregetur.

Կանոն. Լ. և. Դ.

Եւ զի ծանեալք. ԹԷԹ ՚ի յայլ ազգաց հայոց միայն ընդունին ՚ի կարգ կղերիկոսուԹէ զայնոսիկ, որք են ծնեալ ՚ի քահանայական ցեղէ. հետեւելով ըստ այսմ սովորուԹեանցն հրէից. նա և կայցուցանեն զամանս ՚ի նոցանէ եղբօրս և ընԹերցօղս ածայինս օրինացն առանց հաւանելոյ ջինեցս նոցա. ՚ԼՔ որոյ սահմանեմք. զի այսուհետև որք կամիցեն ածել զոմանս ՚ի կղերիկոսուԹի. մի ակն ունիցեն առ ցեղ նոցայ. այլ միայն քննելով, ԹԷ են արժանաւորք ըստ եկեղեցական կանոնացդ, ածցեն զնոսայ ՚ի կղերիկոսուԹի, և առաջարկիցեն ՚ի յաստուածեան եկեղեցւոյ, ԹԷ և ցեղեալ եցեն ՚ի նախնեացդ քահանայից, ԹԷ ոչ: ՚ԱՀՒ և այս հրամայեմք. զի մի ոք իշխեսցէ առալ հրամանս կղերիկոսացն ելանել ՚ի յաստիճանս, և անդ ընԹերցուել ժողովրդեանն զգիրսն ածայինս. ԹԷԹ ոչ եցեն քահանայք. և ոչ կանոնաւորէս ընկալեալ եցեն զօրհնուԹի ՚ի հովիւէն իւրմանց: Եւ ԹԷ ոմն արասցէ զընդդէմ հրամանացս այսոցիկ, որոշեսցի յեկեղեցւոյ:

Կանոն. Ծ. և ՀԸ.

ԺԹ

19

Վանդատիս լուաք. եթէ ի յայն
ժամուն հայոց և ի յայլ տեղիս,
ոմանք ուտեն զձու և զպանիր յա-
ւուրս շաբաթի և կիրակէի ազու-
ցին: սակս որոյ հարկաւոր հան-
բնաբ. զի բոլոր և տիեզերամաս-
նական եկեղեցին ոչ զմի կարգ պահեսցէ ի
հաստատել զպահս. և հրամայեսցի,
որպէս ի մայր կենդանեացն Նոյեան
ի ձուէն և պանրէն, որք էն պատ-
ճառք ծնեալ ի նոցանէ յորոց և հրամա-
բիսք: Եւ որք ոչ պահեցեն զայս եթէ
հղիբնիկաք եցեն, անկցին ի կարգէն
իւրմանց. և եթէ աշխարհականք, որք
չնացեն:

ի

20

Կանոն. Ղ. և Ի.

Եւ դարձեալ պիտոյ եթէ եղեւ մեզ.
եթէ ի յաշխարհն հայոց ոմանք
եփեն զիւան ի մէջ եկեղեցւոյն. և
հրէաբար բաժանեն գնա քահանայ-
ից: Ուստի մեք գանն անարատ պա-
հելոյ զեկեղեցին, հրամայեմք. զի ու-
քահանայ որ եչխանայէ առնուլ զբա-
ժին ինչ այնպիսի մսոյ ի մատուցա-
նողացն: այլ առցեն միայն զորինչ
ասացի ընդհանուր մատուցանողն արտա
քոյ եկեղեցւոյն: Եւ եթէ ոմն այս
պէս ի չարացեալ. որոշեսցի:]

ՀՈ

21

Եւ յայսմ կանոնիս գան բառնալոյ
ի մէջոյ հայոց զասացեալ չար սովո-
րութիւնն հաստատեցան ի վեցերորդ
ընդհանուր ԼԻԲՆՀՈԴՈՍԻՆ. որ ի
կոստանդնուպոլիս ի դուռն պա-
լատին եղեւ. Եւ ներկայ գտեալ յայնժամ
այն եկեղեցին առաքինորդեալ ի մոլո-
րեցուցչէ Օհնեցւոյն. ոչ ընկալաւ

մէ

զիւո

Canon 56.

SImiliter accepimus, & in Armeniorum Regione, & in alijs locis, in ſabbatis, & Dominicis ſanctæ Quadrageſimæ quoſdam ouæ, & caleum comedere. Viſum eſt ergo & hoc, vt omnis Dei Eccleſia, quæ eſt in vniuerſo terrarum Orbe, vnum ordinem ſequens, ieiunium perficiat; & abſtineat, ſicut ab omni mactabili, ſic ab ouis, & caleo, quæ quidem ſunt fructus, & fœtus eorum, à quibus abſtinemus. Qui autem hoc nõ ſeruauerint, ſi ſint quidem Clerici, deponantur; ſin autem Laici, ſegregentur.

Canon 99.

POrrò hoc quoque in Armeniorum Regione fieri didicimus, quòd quidam intus in ſacris Altaribus carnium membra coquẽtes, fruſta offerunt, Sacerdotibus Iudaicè diſtr buentes. Quocirca Eccleſiam immaculatam ſeruantes, ſtatuimus, nulli licere Sacerdoti, ſeparata carnium membra ab offerentibus accipere; ſed ijs ſint contenti, quæ offerenti vila fuerint, eiuſmodi oblatione facta extra Eccleſiam. Si quis autem hoc non fecerit, ſegregetur.]

Hi Canones, ad tollendos Armenos abuſus, à ſexta Synodo Trullana, ſeu, vt magis propriè loquar, à Quinisexta ſanciti ſunt: quitamen apud illam Eccleſiam, à peruerſo tunc Patriarcha ſeductam, nihil põderis

deris eo tempore habuerunt. Vndè irreparabilis eiuſdem Eccleſiæ caſus deploratus fuit amariſſimo animo à celebri Doctore illo Armeno, Moyſe nuncupato, cuius meminit ipſorum Mænologiũ die 25. Nouembris: ibique memorata eius verba ſunt hæc.

Moyſes Doctor Armenus deplorat ſtatũ ſuæ Regionis.

Defleo te Armeniorum Regio; defleo te vniuerſa Septentrionis ora; quia ablatus eſt à te Rex, & Sacerdos, Conſiliarius, & Magiſter: receſſit pax, & acceſſit confuſio; corruit orthodoxa fides, & graſſata eſt hæreſis cum inſcitia. Lugeo vos Armeniarum Eccleſias, deſpoliatas ſpecie ornamenti Altaris, ſtrenuis priuatas Ducibus, ac Paſtoribus. Et poſt alia iterùm: *Exurge Ieremia, exurge, & prophetico ſpiritu deplora noſtras præſentes miſerias, necnon etiam & futuras. vaticinare facinora Paſtorum inſipientium, vt quondam Zacharias in Iſrael. Epiſcopi noſtri ignaui, ſeipſos, & gloriam ſuam amantes, nec à Deo vocati; argento electi, & non ſpiritu; inuidi, manſuetudinem, in qua Deus inhabitat, deponentes; quique in lupos conuerſi dilaniant greges ſuos. Monachi hypocritæ, ſemetipſos exaltantes, gloriæ cupidi, ſuperbi, calumniatores, pigri, artium, ſcientiarumque oſores.* Hactenus ille. Et hæc ſatis de ſtatu Eccleſiæ Armenæ tempore, quo illius gubernacula à Ioanne Oznienſi præpoſterè tractabantur. Quomodò autem ſatannicum eius Conuenticulum Manaſchiertenſe fue-

եր 22

եր 23

եր 24

դնոսա. այլ հանստաա ճաայ ի յառա-
ջադոյն մոլորու-թին. որոյ վէրայ ցաւ-
ակից հոգւով, և արտասու-ամբ աչօք
դառնութեամբ ողբայր հայոց վարդա-
պետն Մովսէս. որոյ բանքն ի յայս
մատու-ցին. ի. ին. նոյեմբերի. ին
սոքա.

Ողբամ զքեզ հայոց աշխարհ, ող-
բամ զքեզ հանուս-ից հիւ-սիսականաց
զէհադոյն. զի բարձաւ ի քէն թա-
գաւո-ր, և քահանայ, խորհրդական
և ու-սու-ցանող. վտռվեցաւ խաղա-
ղու-թիւն, և ապստամբացաւ անկար
գու-թի. դըղրդեցաւ ուղղափառու-
թիւն. և կայիայեցաւ սպիտու-թիւ-
ամբ չարափառու-թիւն. Ողբամ զքեզ
նենգեցեք հայաստանեայց. որ թո-
ղեալ ի բարեզարդու-թեանց բեմին.
ի քաղաց գրկելոց, ի հովուաց, և ի
հովու-ասիւաց:] Ե-ւ յետ այլոց բա-
նից դարձեալ ասէ. Զարթիր Եր-
միա. զարթիր, և ողբա մարգարէա-
կան հոգւով զորինչ Զաւա-ա-ացաբս.
և զորինչ Զաւա-ա-անալոց եմք: գու-
շակեա զառնել հովու-ացդ սպիտաց.
որպէս Երբեմն Զաքարիա յիշեին.
եպիսկոպոսք ազխատք, և քնդինք
նահաձք անձամբ առեալ պատիւ.
և ոչ յաստու-ծոյ կոչեցեալք. արծա-
թով ընտրեալք և ոչ հոգւով. ոսկերք
հանանձնաւոք. Զողեալ զհեղու-թիւն
յու-մ ուծ բնակիչ. և զայլք եղեալ՝ զիւ-
րեանց հօտսն զիշատեն: կրծնա-ոտք
կեղծա-ւորք. անձնասիրք. մնասիաբ.
պատու-ասէրք. վհծակա-ւորք. հպարտք.
դատասէրք. զրաբանք. ծոյլք. ատե-
ցողք արու-եստից, և վարդապետա-
կան բանից:] մինչ և յաստա-ն բանք
մովսէս վարդապետին: Ե-ւ այս բա-
ւ ասացեալ յաղագս կացու-ածէ եկե-

եր

ղեցին

fuerit poſteà à pluribus orthodoxis Armeniæ Patribus, & Concilijs execrationi ſubiectum, ſuis dicetur in locis. Interim, dum Armenia poſterioribus annis magis, ac magis in ſuis obfirmaretur erroribus, non intermittebat, Deum iratum, ſuæque obſtinatæ peruicaciæ iuſtum vindicem experiri. Turcæ enim è Portis Caſpijs egreſſi anno Chriſti 763. improuiſò in illam irruperunt Prouinciam; quam & anno ſequente iterùm inuaſerunt, ac immaniter populati ſunt; de quibus irruptionibus agit Theophanes, Græcorum Hiſtoricus.

Turcæ è Portis Caſpijs irrúpunt in Armeniã.

Theoph. apud Baron. t. 9. an. 763.

EX ARMENA Hiſtoria.

Caput XVIII.

XXXV. Domnus Dauid Guotainus ex Oppido Atamæ, annos 13.

XXXVI. Domnus Tiridates Taſnauorenſis, annos 23.

XXXVII. Alter Domnus Tiridates Taſnauorenſis, annos 3.

XXXVIII. Domnus Syon Aracazuotanus ex Oppido Peſnuotz, annos 8.

XXXIX. Domnus Iſaias Necainus, ann. 13.

XL. Domnus Stephanus Theuinenſis, annos .

XLI. Domnus Ioab Vſtanus ex Gurobalato, annos .

XLII. Domnus Salomon Charnenſis, annos . ֊ե 2

XLIII. Domnus Georgius Aracazuotanus ex Oppido Oſciachani, annos 3. Տէր Յովհաննէս յարագած-ոտնէ. ՚ի գեղջէ օշականոյ. ամս. ֊գ.

XLIIII. Domnus Ioſeph Aracazuotanus ex Vrbe Metropolitana ſancti Gregorij, annos 11. Տէր Յովսէփ յարագած-ոտնէ. ՚ի մայրաքաղաքէ սրբոյն Գ֊րիգո֊ րի. ամս. ԺԱ.

XLV. Domnus Dauid Maſaſſinus ex Oppido Acoghiz, annos 27. Տէր Դ֊աւիթ ՚ի մաղազայ. ՚ի գեղջէ ակօղոյ. ամս. ֊իէ.

XLVI. Domnus Ioannes khadanus ex Oppido Vecaiz, annos 22. Տէր Յոհաննէս ՚ի խատայոյ. ՚ի գեղջէ վկայից. ամս. ֊իբ.

XLVII. Domnus Zacharias Guotainus ex Oppido Zachæ, annos 22. Ad hunc egregiam, diuerſisque teſtimonijs refertam, de feſto Dominicæ Natiuitatis Epiſtolam miſit Ioannes Nicææ Epiſcopus. Տէր Զաքարիա ՚ի կոտայից. ՚ի գեղջէ Նագայ. ամս. ֊իբ. ԱՂՒ ոմն գրեաց Թողթ գեղեցիկ, և աղդի աղդի վկայու֊թ֊ե֊, վ֊ս ոտնի ծնընդեան քի֊, տէր Յոհաննէս եպիսկո֊ պոսն Նիկիոյ. ֊գ

XLVIII. Domnus Georgius Charnenſis, annos 22. Huius ætate Aſciut Pacratidem, Abaſi Pacratidis, exercitus Armeni Ducis Generalis, filium, inſtituerunt Regem Armeniæ, qui Regnum iampridem collapſum in integrum reſtituit. 3 Տէր Գ֊էորգ ՚ի գեղաքաղաքէն դաւնոյ. ամս. ֊իբ. ՚ի սորա աւ֊ուրս կար գեալ կայսրեանն Բասիլ֊ոս հայաս տանեաց զԱշոտ բագրատունի, զոր դն ԱԲասայ բագրատունոյ, հայոց սպարապետի. որ ՚ի վաղընջուց գնա֊ ւանեալ Թ֊գոր֊Թիւնն կրկին նորո֊ գեաց.

XLVIIII Domnus Masctuoz, vir Dei, annum 1. Տէր Մաշտոց. այր ա֊յ. ամս. ա֊ ֊իթ

L. Domnus Theodorus, annos 11. Տէր Թ֊էոդորոս. ամս. ԺԱ. Ժ

LI. Domnus Ioannes, annos 7. Տէր Յոհաննէս. ամս. Է. Ժա

LII. Domnus Eliſeus, quem recipere noluerunt; ſedit tamen ſic dubius annos 7. Տէր Եղիսէ, զոր ո֊չ ընկալան. ընդ֊ անկն, և ընդ֊ տէրու֊Թիւն. ամս. Է. ԺԲ

LIII. Domnus Ananias, annos 22. Տէր Ա֊նանիա. ամս. ֊իբ. ֊գ

LIIII. Domnus Vahanus Vasburachenſis, annos . Hoc tempore ſciſſa fuit Sedes Armeni Patriarchatus: ſiquidem exiſtebat nunc magnus, ac acerrimus ille Armeniorum Doctor Gregorius Narechenſis, qui verbis, ſcriptiſque Theuinenſe, & Manaſchiertenſe Concilia execratus fuerat, atque 4 Տէր Վահան ՚ի վասպուրական. ամս. ֊։ ՚ի սորա աւ֊ուրս բաժա֊ նեցաւ աԹոռ հայրապետու֊Թ֊ե֊ հայոց. բանզի յայսմ ժամանակի էր մեծ վարդապետն հայոց, անյաղԹ Գ֊րիգոր Նարէկացին. որ գրով, և բանի֊ նզովեաց զժողով֊ն Գ֊ձեայ, և զմանազկերտայ. և կամօք և գործ֊ով միաբան եկաց սբ

Schiſma ortum in Armeno Patriarchatu.

կա֊

քաջասիրտ եկեղեցւոյն : Սա էր հա-
մահոգ վահանայ. եւ հնազանդ է
կեղեցւոյն հռոմայեցւոց. քանզի ղվա-
հան ի վասպուրական նստուցին. եւ
զսա փախստական արարեալ մի կար
ծեաց դասանուէ ժողովոյն քաղկի
դոնի. եւ մի պատկերս մուծանելոյ
յեկեղեցի եւ ի սեղան սբ. զոր վան
ատր կարծեաց փախուցանել. եւ գնաց
եալ՝ տեղէ կողմանն վասպուրական.
Եւ փոխանակ նորա նստուցին զտէր
Մաթփաննոս ի յանի.

Vahanus Patriarcha catholicus.

que animo, & opere cum ſancta vniuerſali Eccleſia concors, vnius erat conſilij cum Vahano Vasburachenſi, & vterque Eccleſiæ Romanæ obediens. Itaque Vahanus, poſtquàm Patriarchatum obinuerat, tum quia in ſacrum Eccleſiæ altare Sanctorum imagines introduxerat, tum quia de ipſo ſuſpicio profeſſionis Chalcedonenſis Concilij habebatur, fugitiuus effectus eſt: & in ſuam Vaſburachenſem Prouinciam ſe recipiens, ibi adminiſtrationem ſui muneris exercebat; ipſius autem loco Domnum Stephanum Anienſem in Patriarchali Sede conſtituerunt.

Եղեւ Մաթփաննոս ի յանի. ամս.
Եղեւ Խաչիկ. որ միաբեռեաց զա-
Թոռ հայրապետութեան հայոց ի նմ.
Թվին. կացեալ ամս. ի.

Domnus Stephanus Aniēſis, annū. 1. LV.
Domnus Khaccich, qui rexit Armenam Eccleſiam anno * Armeniorum 420. vixitque in eius regimine annos 20. LVI.

* Hoc eſt, anno ſalutis 971.

ՀԱՒԵԼՈՒԱԾ-ԻՆ.
Վարդապետին.

Ի սմին ժամանակին, յորում աշ
խարհն հայոց յոյժ յաճախեալ
էր ի ժողովրդեամբ. եւ առատ էին
մեղք եւ շարութիւնք. յայնժամ անդ
ադա յատ ելան շնորհք. եւ ծաղկեցան
ունակք առաքինի եւ գեղապայծա-
ռացեալ, եւ քարոզողք ուղղափառու-
թեան. յորոց մինն էր վահան կիթս. որ
վն քարոզելոյ զհաստատուն ճշմարիտ,
համբերեաց զհալած-ուխտ մեծ-ամեծ,
հղեալ փախստական. եւ մեռան անդ
յաղթ վարդապետ, եւ սբբազան ե-
պիսկոպոսն վրիպոր նարեկացինորոյ
անուն յիշատակի հանապազ ի մէջ
սբբոց պատարագին հայոց. որք եւ
պատուով մեծաւ պահեն զգեղեցիկ
գիրս աղօթիցն նորա. զոր սորա էր
կոչեցեալ ի յատուկս վանսն. եւ կրօ

Gregorius Epiſc. Ar. catholicus.

ANNOTATIO.

QVando in Armenia hæreſes vt cum maximè graſſabantur, abundabatque ſummoperè malitia, ibidem, ſuperabundante gratia, clariſſimi hoc eodem tempore floruere viri; inter quos, orthodoxæ fidei præcones, virtutibus omnibus opulenti, præ alijs præfulſerunt, Baſilio, & Conſtantino Imperantibus, tum Vahanus Patriarcha, qui pro eiuſdem fidei defenſione ſæuiſſimas hæreticorum inſectationes, & odia ſubijt; tum Gregorius Narechenſis Epiſcopus, cuius Armeni perpetuam celebrant memoriam in ſua liturgia, eiuſque pulcherrimum venerantur ſacrarum precum Opuſculum. Hi igitur ambo, reli-

gione, atque animo coniunctissimi, peruersa Maiorum suorum Conciliabula Theuinense, & Manaschiertense detestantes, in Armenæ fidei correctionem, & concordiam cum vniuersali Ecclesia pro viribus incubuere: quocirca plurimùm in alijs etiam Armeniorum codicibus commendantur; & Prior quidem à toto laudatus fuit Tarsensi Concilio, in cuius actibus hæc ab Armenis Patribus memoriæ prodita inueniuntur: *Vahanus Patriarcha tempore Basilij, & Constantini Imperatorum Ecclesiæ vnionem componere satagebat, nec tamen pium illius desiderium valuit vlteriùs progredi.* Posterior verò celebratur à Niersese, Lampronensi Episcopo, qui in Oratione ad Patres eiusdem Concilij sic fatur: *Vbi relinquemus Concordiam Papchenis Patriarchæ cum Ecclesia magna Græcorum; necnon eiusdem Successorum & Regum, & Doctorum, ex quibus vnus erat gratiæ diuinæ opus, ac pluribus excelsior, Angelus in corpore, Gregorius Narechensis?*

Concil. Tarsi. Arm. in Relat. ad 9. petitionem Græcorū.

Pijssimis horum Virorum laboribus, in Armeniorum hæresibus exterminandis, & catholica fide in eos introducenda perfunctis, suam quoque & maximam certè operam adiunxit sanctissimus Monachus ille, Nicon Armenus, Prouinciarum illarum Apostolus; cuius nomen die 26. Nouembris à Græcis in Mænologio, & à Latinis in Romano Martyrologio inter Sanctos relatum

S. Nicon. Armenus.

ա՛ն դ-եաց կայսերաց՝ գոլով միմեանց սիրելի և բարեկամք. և՛ ի դա՛մ նոցին ուղղափառ հա՛ւատոյ միաբանեալք և միահաւո՛ր-ք. գրով և բանիւ հակառակեին մոլորու-թե՛ան այնոցիկ. և քանզսկս զինեալ ընդդէմ չարամոլոցն դնային, և մանաւանդ ի կարի յոյժ քանայինն հզգալ էր միաբանու-թե՛ն եկեղեցւոյն երբեմն ընդ կաթո՛ղիկէ աբ եկեղեցւոյն այլոց քրիստոնէից. Որոյ սպա՛ռ գա՛մ գտանեմ զնոսա յոյժ գոլաբար նեալս՝ ի գերն հայոց: քանզի զ-Վահան հանապ յիշո՛ւմ առնելով հարքն տար անի ժողովին՝ ի պատուականն առ ինեալորդ խնդիրս յուշադ. ասեն այս պէս. Վահան կամ՛ն քանաց առնել զմիաբանու-թի՛ն ի ժամանակս Վասլի և Կոստանդեայ Թագաց. և ո՛չ կա՛րաց ցանկու-թի՛ն իւր ընթա՛նալ ի յառաջ.] Ե՛ւ զԳ-բիգորէ Նարեկացոյն այսպէս ասէ Ներսէս լամբրոնացին՝ ի յառենական խօսքն. Ո՛ւր դնցուք զԷաբգենէ հայրապետին զհամաձայ նու-թի՛ն առ մե՛ծ եկեղեցին հռոմայ. և զնորին հետեւողացն Գագա՛ղոյց և վարդապետաց. յորոց մի էր, և ինն ա՛ծ-աշնորհ, և յորմէնց գերազանց, հրեշտակն՝ ի մարմնի, Գ-բիգոր Նարեկացին.]

Վասն ո՛չ Ե՛ս սոքա միայն աշխատեցան սրբել զեկեղեցին հայոց՝ ի մոլորու-թե՛ց. և հինանել՝ ի նմա զուղղափառու-թե՛ն այլ և ս՛ի նոյն ա՛ւուրս եր և եղեալ՝ ի աշխարհս յայնոսիկ ա՛ծ-ապին և մե՛ծ այր. աբե՛ն Եղիկոն, հայ ազգա՛մբ՝ ի ձեռն քարոզու-թե՛ն իւրմ՛ան, և լուսով չքմաղիւ հա՛ւատոյ լուսաւո՛րեաց զհայաստանեայն, և զնո՛մ արևելս: վա՛ն որոյ առնէ զիշխանութի՛ն

latum habetur, annis ſingulis in Eccleſia publicè recolendum. Eius verò res præclarè geſtas, Græcè conſcriptas, atque ex Sforciana bibliotheca acceptas, Iacobus Sirmũdus Aruernus Ricomagenſis in latinum conuertit; ex quo Baronius, ſancti huius agendi primordia, in Armenis Regionibus cœpta, colligens, ac ſummatim perſtringens, in hæc retulit verba.

Baron. tom. 10. an. 863.

Ortus Nicon in Ponto Polemoniaco parentibus honeſtiſſimis, ijſdẽ inicijs, vbi adoleuit, fugam arripiens, ad Monaſterium Aureæ petræ dictum, ſitum in finibus Ponti, & Paphlagoniæ, religione ſanctiſſimum, ſeſe contulit: ibique ſub eius Monaſterij Abbate, viro religioſiſſimo, ad duodecimum annum monaſticam vitam omnibus numeris perfectionis excoluit. Cum verò diuinitùs eſſet admonitus eius Abbas, ipſum ad plurimarum gentium cõuerſionem vocatum, è monaſterio abire cogit ad Apoſtolatus ſui munus implendum: vt planè de eo illud Ioannis elogiũ haud incongruè vlurpari poſſit: *Fuit homo miſſus à Deo.* quippe qui vt alter Ioannes, Vox clamantis in deſerto, & illud vbique iugiter inclamantis: *Pœnitentiam agite*; ab ijſdem vocibus cognomentum acceperit, vt dictus ſit μετανοῖτε, id eſt, Pœnitentiam agite. Qui primùm Orientis vbi peragraſſet Regiones, Apoſtolatus ſui primitias, in conuerſione Armenorum ab innumeris quibus detinebantur erroribus, Deo dicitur conſecraſſe. iſtatamen

Ioan. 1.

tamen ab Auctore non recenſentur; eo quòd ipſe res ab eo geſtas in Græcia tantùm, vbi & defunctus eſt, vt ſibi notiores, ſcribendas ſuſcepit. Vbi verò Dei Omnipotentis miſericordiâ Creta inſula eſt recuperata à Chriſtianis, ad eius culturam idē Nicon ab Oriente euocatus à Deo mittitur, &c.] Hæc Baronius, qui vlteriùs enarrare proſequitur quanta idem S. Nicon miracula, & in Creta inſula, & per vniuerſam Græciam, pœnitentiam prædicando, operatus ſit, atque vberes fructus ex eius prædicatione collectos. Cuiuſmodi autem eo tempore fuerint Armeniorum errores, quorum magna ſaltem ex parte S. Nicon eas Prouincias, ad ſummum tunc impietatis culmen euectas, expurgauit; idem ſanctus copiosa narratione exponit: cuius verba in Bibliotheca veterum Patrum talia ſunt.

Errores Armeniorum priſci temporis.

Vide in Biblioth. Margar. tom. 3.

Quæ ab Armenis præter rationem fiunt, & creduntur, hæc ſunt: Dicunt, diuinam naturam eſſe patibilem, & in Arphtardocitarum hæreſim inducti, Trinitatem paſſam dicunt. Hoc autem etſi non audent apertè dicere; ijs tamen, quæ faciunt, hoc declarant. Tres enim cruces coniungentes, & vni ligno tanquam iugo affigentes, nominant hoc, *Sancta Trinitas*. Adijciunt autem ſancto, atque adeò ſanctiſſimo hymno illud: *Qui crucifixus es pro nobis*; Petri Fullonis rabiem ſequentes, & nobis quidem aſſerũt, ſe de Filio hoc adijcere: ipſi autem, Deum eſſe patibilē, apertè ſentiunt.

Ex-

Եւ դարձեալ՝ կարծեն զհոգին սբ
գոլ փոքրագոյն քան զհայրն և զորդի 17
դէ. վ՚ այսորիկ յերկոց յառաջեալ քան
չկայն առնեն զմիջինն փոքրագոյն. ա
սելով զնա գոլ նշան հոգւոյն սրբոյ.
Դարձեալ՝ դնեն չփոթութիւն ՚ի մէջ
երկուց բնութեանցն քր. Եւ ոչ խառնեն
ջուր ընդ գինւոյն սբ բաժակին. Եւ
՚ի հինգերորդ աւուրն ուխտարկն ՚ի եկ
բիկուն տօնեն զտօնն աւետաց. եր
գելով զառաջն. և ընթերցելով զաւե
տարան պատմաշաւիղ սմին տօնի.
և յառաւօտուն տօնախմբեն զծնունդն
քի. և ՚ի սբ պատարագն զնոյն այսոյտ
նորին. բայց անոյտ լինի. մի թէ
զայս առնեն կարծելով, թէ ՚ի նմին
աւուրն աւետաց էզև ծնունդ քր 17
փրկչին մերոյ յն քն. թէ ոչ. այս մի 18
այն յայտնի է. թէ ոչ հաւանութեամբ զմար
միոն քի այնպէս ներքսագեալ ՚ի յորովայ
նի սրբոյ աստուածածնին. որպէս և մեք հաւ
առեմք. քանզի զինարդ հնարեւոր է
իմանալ. թէ ՚ի միում աւուր կատա
րեալ եղեն էրէխայն, և միանգամայն
ծնեալ. յորմէ և բազում այլ անտե
ղիք հետեւին. ազգի թէ կարծեն.
եթէ զինի. Ե. ամսոց եղև ծնունդն
յորժամ շրջի ամն ՚ի նոյն օրն; մեծ ա
նէն արդեօք ոչ թէ զմարդկային ծնո
ւնդ. այլ զձիայինն և զէշայինն. զի այս
պիսի անասունք ծնանին յետ միոյ
կատարեալ ամի. Իսկ յորժամ լինին
տօնն ամն այսոյտնոր թէ. ոչ պատշա 19
ճաւոր աղօթիւք, ոչ աւետարանաւ,
և ոչ երգիւ հնամ այլով ընթերցմամբ
վարին. այլ միայն ընկղմեն զկանչն ՚ի
ջուր. հատանելով զայս բառ առան.
Եւ ապա ՚ի յոթներորդ աւուր զինի
ամն այսոյտնոր թէն տօնեն զթլփատու
թիւն. ոչ գիտելով. թէ յառաջ թլփա

Exiſtimant quoque, Spiritũ ſanctũ eſſe Patre, & Filio minorem; vndè & paulò ante dictarum crucium mediam minorem ſtatuunt, in Spiritus typum hanc eſſe reuelantes. Ijdem & duarum Chriſti naturarum vnione, confuſionem decernunt; & in ſanctum Calicem aquam non immittunt: & quinto die menſis Ianuarij veſpere feſtum Euangeliſmi celebrant, tum aliam quoque huius feſti conſequentiam facientes, tum etiam conueniens Euangelium legentes: mane autem Chriſti Natalem celebrant, & in diuino Sacrificio ſancta Theophania. An autem eo Euangeliſmi die venerabiliſſimum Saluatoris noſtri Natalem fuiſſe exiſtimantes hoc feſtum celebrent, incertum. Manifeſtum autem eſt, quòd non ſicut nos, carnem Domini in Dei Matris vtero formatam eſſe exiſtimant. Quomodo enim fieri poſſet, vt infans vno die perfectus, completuſque naſceretur? Et innumerabiles abſurditates ex eo deducuntur. Sin autem exiſtimant, poſt duodecim menſes, anno in eundem diẽ reuerſo, editũ eſſe partum: non tam magis humanam natiuitatem, quàm ab Equis, & Aſinis ſimilem introducunt: hæc enim animalia poſt annum pariunt. In feſto autem ſanctorũ Theophaniorum non oratione, non Euangelio, non hymno, non aliarum ſcripturarum lectione vtuntur; ſed crucem tantùm in aquam immergẽtes, hoc ſibi ſufficere exiſtimant. Circumciſionem autẽ octo diebus poſt

Theophaniam celebrantes, fallun-
tur; neſcientes, quod priùs circum-
ciſus, deinde baptizatus eſt.

Deinde cum Magnus Gregorius,
qui fuit magnę Armenię Epiſcopus,
decreuiſſet, Armeniæ Epiſcopum
à nullo eſſe alio ordinandum, quàm
ab illius temporis Cæſareæ Cappa-
dociæ Archiepiſcopo, vbi ipſe quo-
que ordinatus eſt; & horrendæ exe-
crationes, & anathema in eos fit in-
tentatum, qui aliter faciunt: hæc
quidem illi tranſgrediuntur; à Sy-
riæ autem Amerano vniuerſalis eo-
rum Epiſcopus ordinatur. Si autem
negant, Magnum Gregorium hæc
conſtituiſſe; oſtendant nobis eius
ad filios conſtitutiones, & os eis ob-
turabitur. Quando enim vniuerſa-
lis eorum Epiſcopus non ordinatur
ex Canonibus; quomodò qui ab
eo ordinantur, fide digni habe-
buntur?

Porrò autem à ſacris quoque
Euangelijs abſtulerunt vocem, quæ
dicit: *Et factus eſt ſudor eius ſicut*
guttæ ſanguinis in terram deſcenden-
tis: hoc eſſe imbecillitatis exiſti-
mantes, non diuinæ Maieſtatis. Sed
etiam hiſtoriam, quæ nos docet,
quòd mulier ad Ieſum tanquam
adultera adducta eſt; cum is autem
dixiſſet: *Qui non peccauit, lapidem*
in eam proïjciat, receſſerunt omnes;
nec à Chriſto condemnata eſt: reij-
ciunt; hanc auditionem multis eſſe
pernicioſam dicentes.

Comedunt autem & in Sabbatis,
& in Dominicis ſanctæ Quadrage-
ſimæ oua, caſeum, & butyrum; &

in

ակեցաւ ըստ. և յետոյ մկրտեցաւ:

Եւ դարձեալ՝ Թէոփիլոս մեծն
Հայոց լուսաւորչէն, առաջին և
սիսեցի կաթուղիկոսն Հայաստանեայց, հրամա-
յեալ էր հիմնոյ կաթուղիկոսն ոչ ձեռ-
նադրել յայլմէ ումեքէ, բայ միայն
յԱրիմեպիսկոպոսէն կեսարիոյ կա-
պադովկեցւոց. յորմէ և ինքն ձեռնադ-
րեցաւ: և զարհուրելի նզովից ե-
նին եալ էր զայնոսիկ, որ ոչ առնէին
այսպէս: սակայն նոքա չանդիմեն
զայս. և կաթուղիկոսն եւ բնակ
յԱղուանոյքէն առաքեայ ձեռնադրի:
Ազգաց Թէ ասեն, Եթէ սբն Հր ըն
դոր ոչ սահմանեալ էր զայս, ցուցցին
մեզ գիտուն սահմանս աւանդեալս առ
որդիսն նր. և յայնժամ նոցայն բերան
խցցի: քանզի Եթէ կաթուղիկոսն Ե-
րեանց ոչ ձեռնադրի ըստ կանոնաց,
ղե արդ արժանաւորք լինիցին ձեռնա-
դրեալքն՝ ի նմանէ:

Եւ զատեալ՝ ընկիցին՝ ի սբ աւե
տարանէն զայն որ ասէ. Թէ հոսէին՝ ի
նմանէ քրտունքն երբեմն զկայլակս արե
ան ողոն ողոն հեղեալ՝ ի յերկիր. հա
մարելով զայս երբեմն զտկարութիւն որ,
ոչ զիւծ-այնու մեծ-գործել չուԹէն: ևս
և ս մերժէն զպատմեալ Թէին զայն ընդ
ցեալ կնոջն. զոր մեղ ուսոյց աւետ
մեր յն քն, հրամայելով. Թէ անմեղն
՝ի ձենջ նախ նա ընկեացէ քար՝ ի մէ
դայն: և վարկեալ ընկեն լուեալ զայս.
նկանեին մի ըստ միոջէ: ուսաւն և քն
ոչ դատապարտեաց զկինն: և ասէն
զայնոսիկ դատաստանն զոր բազմաց
ճշմարտեաց:

Եւ դարձեալ՝ ի շաբաԹս և կի
րակին աղուհացիսն ուտեն զեռ, և
զպանիր, և զիւղ. և զայս առնէ և ս
կաԹուղիկոսն Ե[illegible]. և կայ սո

Նոսա

Նոյնպէս կանոն ինչ, որ ասէ. ԵԹԷ ոք ղինւոն, և զպանիրն, և զձուն ոչ հաշուեսցէ միատաշակ ընդ գինւոյ և ձէթի. նզովեալ լիցի: Նաև և զբոլոր շաբաթն բարեկենդանին զմիս ուտէն: Եւ զշաբաթն, որ առաջադրեալ բարեկենդանին, պինդ պահօք պահէն. զոչինչ ուտելով առնուն բայց ի հացէ և ջրոյ. և կոչէն զնա շաբաթն առաջաւորաց. ոչ գիտելով զպատճառս այսպիսի անուանն: ուստի ոմանք ասեն գոլ զպահն Մարգոսի ուրուք. ոմանք՝ զպահն Նինուէացոցն. ոմանք՝ զպահն Ադամայ, յոր ժամ մերժեալ էղև ի դրախտէն: զոմանս որոյ յայտնի լինի նոցա, առնել զպահս զայս առանց պատճառի: եւ այլ ոմանք ասեն. ԵԹԷ երբ ուտեն Նոյնպէս եպիսկոպոսս, որ ունէր ի շուն կոչեցեալ Ադուաքար. զի զի առաջ քան զհասանելն եպիսկոպոսին՝ երթ գայր և՝ ի դէղս. շունն այն առաջել լով զնա, լինէր աւետաբեր մերձա կոյ գալստեան նորին: եւ նոյն ժամ շունն մեռանի. եպիսկոպոսն յոյժ ուրա նայեալ, հաստատեաց զպահն զայն վասն յիշատակի սգաւորութեան այնր] Ադրդ՝ գայս յետինս, որ լուեալ էր սբն Ներսէս ի յայլ ոմանց. եւ հաստատէս կարծեմ, Թէ եղև առաս պելուԹէն հնարեալ ի յուտացն հայոց Թշնամեաց: եւ՝ Նեղկոնն հետևի ասել: Եւ դարձեալ՝ յոյժ ոմանք զպատարագսն, ոչ Թէ հանեն զգլուխն ի գլխոյն. այլ և զգիեղարն վերաբերեն գլխոյն. Թեպետ և սբն Պօղոս յայտնապէս ասէ. Թէ ոչ է պատշաճ մարդ ունել զգլուխն ծածկեալ ի յաղօԹս:

Եւ դարձեալ՝ ոչ պաշտեն զպատ

ԻԺ Է կերսն

in primis eorum vniuerſalis Epiſcopus; & eſt apud eos Canon, qui dicit: *Si quis butyrum, caſeum, & ouum, vino, & oleo non æquiualere exiſtimet, ſit anathema.* Septimana quoque τῆς τυροφάγου carne veſcuntur; ieiunantes ſeptimana, quæ eſt ante ἀπόκρεων intenſis ieiunijs, præter panem, & aquam nihil aliud guſtantes. Vocant autem hanc ſeptimanam Artziburzia*: neſciunt tamen, quid ſibi velit vis huius nominis. Sed nonnulli quidem dicunt, fuiſſe hoc cuiuſdam Sergij ieiunium; nonnulli verò Niniuitarum; aliqui verò Adami, quando ex Paradiſo deliciarũ eiectus eſt. Et hinc ſine ratione ieiunare conuincuntur. Quidam autem dicunt, & videtur verum eſſe, quod ab eis dicitur, fuiſſe quemdam apud eos Epiſcopum, qui vtebatur catulo, cui erat cognomen Artziburzes*, (id autem præcurſor, ſeu præceſſor, Latinè appellatur) præcedebat enim Epiſcopum in Vrbem, vel Vicum ingreſſurum: quo mortuo ſeptem dierum ieiunium ab Epiſcopo conſtitutum eſt in memoriam luctus, qui fuit propter canem.] *Hoc vltimum puto accepiſſe Niconem à Græcis, infenſiſſimis Armeniorum inimicis. Proſequitur Nicon:* Sacrum autem celebrantes, non ſolum capiti tegmen non detrahunt, ſed etiam capiti cucullam adijciunt; licet diuinus Paulus apertè exclamet, detectos eſſe debere in oratione.

Venerabiles autem Imagines

Ee non

* Artzibur zia, vocabulum à Græcis corruptũ: dicitur ab Armenis Arracciauuoraz.

* Propriè dicitur Arracciauor.

1.Cor.11.

non adorant; ſed, quod magis eſt, eorum vniuerſalis Epiſcopus cum reliquis eos, qui adorant, anathemate percutit. Nec crucem adorant, niſi clauum in eam immiſerint, & ipſam etiam baptizauerint; poſtquam autem clauo fixa, & baptizata crux fuerit, & alterum duorum lignorum diuiſum, & relictum fuerit, rectum ſcilicet, vel tranſuerſum; id ſolum, quod relictum eſt, adorant. Sed & omnia ferè, quæ ſunt abolita, legalia adhuc peragunt. Agnum enim magno Dominico ſacrificant, & limina inungunt, & eius oſſa comburentes, ſeruant cinerem cum ſanguine in ſignum expiationis: & velum ante altare ſtatuunt, & tintinnabula ipſi, & altari appendunt. Quin etiam pro mortuis ouium, & boùm ſacrificia peragunt, nec defunctum aliter ſeruandum exiſtimant, niſi tertijs, & nonis, & quadrageſimis eius diebus eiuſmodi ſacrificia peracta fuerint. Antequàm autem huiuſmodi ſacrificia peragantur, ſal benedicentes, dant beſtijs in nutrimentum, & ſuper earum etiam capita dicunt quaſdam orationes, & eas mactant; nominant autem hæc ſacrificia, Natalitia. Si qui autem aliquid horum negant, eum, qui hoc facit, anathematizant.] Hucuſque S. Nicon de erroribus, quibus Armenij ſui temporis detinebantur. Quoſnam verò ex dictis erroribus, cæteris eius prædicatione reiectis, illi retinuerint, conſtabit inferiùs.

Præ-

եղ 26

եէ 27

եը 28

հերձս սրբոց: այլ մանաւանդ կը-ծիս իւրեանց, և եպիսկոպոսն նզո-վին զայնոսիկ. որք պաշտեն զխոտա: և ոչ են երկիւղածք անէծն. եթէ նախ ոչ նայի նա բնաւ եռալ և սիրտեալ: և եթէ բնաւ եռալ և սիրտեալ խաչն լուծ-ուածք բաժանե-ցին, երկիւղածքն են ոմն փայտ-ոյն, որ ինայ բաժանեալ ի միւսոյն, ձգյլ են զերեթ տախտակ ին կատարելն զայս օրինակաւն ետ-ծոյլ խոհեմանալ: քոտոզի ի մեռ-կերակին պատարագեն զգոյն. և արեամբն օծ-ին զանս դ-ռանցն. և այ տնկոյ զոսկերսն նորա, պահեն զմոխիր և զաթիրն առ ի նշան քաւ-ութե-ան: և վարագոյզ ծած-կեն զանդրան: և զան կանուխ կախեն ի սեղանն և ի վա-րագոյն: և մի նոքիցէքն տեսա-ցանեն զպատարագս ոչխարաց և ի զանց. և ոչ կարծ-ին լինել օգուտ-ութ ինչ մեռելոյն. եթէ ոչ կատարին զոյսպիսի պատարագս ի յերրորդ, և ի յիսներորդ, և ի քառասնե-րորդ աւուրն: և յառաջ քան զատ-նելն այսպիսի պատարագացս, օրհնեն զաղն, և տան ուտել զնա անասնոյն. և առնելով ի միջ գլխոց նոցա զաղօթս ասեն, զնուռն զնասն. և զայս պնոխս պատարագս կոչեն մատաղ: և եթէ ոք արհամարհիցէ զատաղե-ալ սովորութիւնն, նզովեն զնա:] Ասյս ամ գրեաց աբէն Նիկոն յաշարա-մարտութեանց. զոր ուսանէին հայք ի ժամանակին այնոսիկ. Թևսիսա չ-ասյ ի հնոն քարոզութեանն սրբոյ Հոգին զնասն. բայ ի սակաւ-ուց ոմանց. զոր պինդ պահեցին մինչ և ցայս օր. որպէս և առնլոյ Նիկ ի տեղի նը-ը:

Præſtitit præterea ſanctitate in Regionibus illis haud multò poſt Niconis ætatem Macharius quidam Armenus, Antiochenus Patriarcha, cuius hiſtoriam, ab auctore eiuſdem ſeculi conſcriptam, compendifaciens Surius, hoc vtitur exordio: *Gemma regalis, quam non artificis manus, ſed omnium artifex Deus in ſuo repoſuit diademate, Armeniæ decus, parentum gloria, beatus puer Macharius, nobiliſſimo apud Armenos ſtemmate ortus eſt: quippe cuius Maiores omnes ab omni hominum memoria præcipua fuere nobilitate; nec inter eos facilè quiſpiam degener repertus eſt. Parentes habuit Michaëlem, & Mariam, multa quidem generis claritudine inſignes, ſed quibus non minus ſplendoris, & ornamenti acceſſerit ab optimis moribus nati ex ipſis filij clariſſimi.* Surius, tom. 2. die 10. Aprilis.

Tum enarrare proſequitur, quomodò in pietate, ac ſcientijs educatus idem beatiſſimus puer Macharius ab Antiochenæ Sedis Antiſtite, ſeniori Machario, ipſi electione totius Cleri, & Populi eadem in Sede ſucceſſerit: qui deinde, poſt multa in cura paſtorali egregiè præſtita, atque miracula edita, peregrinaturus Hieroſolymam, ſe abdicauit Patriarchatu, & Eleutherio, viro probitate ſpectabili, reliquit Eccleſiam. veniens Hieroſolymam, permulta ibi ab Infidelibus patitur, detruſuſque in carcerem, ac diuinitùs liberatus, nonnullos ex ijs ad fi-

dem conuertit. Cum autem Hierosolymæ famâ celebris euasisset, ignotus latere cupiens, migrat in Occidentem, borealesque lustrat Ecclesias. Denique redditus iam virtute miraculorum vbique conspicuus, dum in monasterio sancti Bauonis in Flandria subsisteret, ibidem 4. idus Aprilis, anno Salutis 1012. sancto fine quieuit.

Ititem anno Christi 1016. alius moritur vir Armenus, sanctitate insignis, nomine Simeon, de cuius vita sermo apud Baronium texitur ab auctore, quem, etsi nomine incognitum, eodem tamen vixisse tempore, certum est. Quæ igitur tum ex dicto Auctore, tum ex Baronio de hoc referuntur sancto, sic breuiter accipe: Vitam anacboreticam exercuit Simeon in Palæstina: vndè diuino monitu in Occidentem se transferens visitaturus Sanctorum memorias, peregrino venit habitu Romam, Benedicto Octauo Summo Pontifice. Cum multa hic Sanctorum corpora circumeundo visitaret; tandem ad Oratorium sancti Ioannis Baptistæ Lateranensis Ecclesiæ applicuit, vbi Benedictum Pontificem cum multis religiosis Episcopis in congregata Synodo residentem inuenit. Dum hoc in loco deuotæ orationis moram, vt ei semper consuetudo fuerat, diu in longum protraheret; vnus ex Clero, Simeonem virum sanctum, & catholi-

Baron. tom. 11. an. 1016.

ՃԼԲ 32

ՃԼՐ 33

ՃԼԳ 34

յաՃառէն. և էտ զպատճառսն Ճն առաքինասէր վարդոյ ունին, որոյ անուն էր Լեւոն: և յետ ապրելոյ զնոսա ի յերուսաղէմ. և անդ յոյժ չարչարեալ նզնե յանհամասից. և արկեալ ի բանդ. և ապա ազատեալ յայլ սրբոյն Երանելոյն զարձոյց զնա ի նոցանէ ի հռոմ առն բեւեռակ գոլով և անդ յոյժ պատուեալ ի ժողովրդենէ. և ցանկալով մնալ անձամբ. գնաց ի կալուածս ուր, և շրջեցաւ ընդ ամս հինս ապրելոյ ի կիզիկեան գաւառիս ուր էր և յայտնեալ սրբութիւնն Ճն Ճեզնելոյն. և վախճանեցաւ յաստեղ կենացս ի գիւղին որում անուն Ճէ Բասին

Եւ դարձեալ ի Ճէին ծնընդեանն ՌԺԶ. այլ մեռաւ այլ սբ կրօտաբնակ յաՃ ի գաւառիսն, որ էր ի հայոց աշխ. կոչեալ Սեւերոմէ. և բարի նիստն պրկ զպատասխանի Ճէ վարուց սրբոյ ի մատուռսն Հաւատնեցւոց. և ասէ այսպէս Սեւերոմէ հայ աղիւսէ և ուղղափառ. նախ հետեւեցաւ Ճգնաւորութեան Ճէ անապատաւ ի Պաղէստինէ և գնաց տեսանել սպա կոչեցեալ յայլ վայր յանտառ ի մէջն հռոմի առնանել սբ առնիսն և զպատուականսն մատուռս սրբոցն ի յաՃուրս մեծ Պատկին բէնեդիկտոսի ուՃեցողի. և մտեալ ի մեծ եկեղեցի սբ Յովհաննու մկրտչին եգիտ անդ զսրբազան հայրապետն բէնեդիկտոս. որ հանդերձ բազմութիւն եպիսկոպոսաց առնէր պաշտօն եհան եբդն ինչն աղօՃէ ի սմին առեղծուածս յոյժ ի չեզակաւ ըստ սովորութեանն եբդ. առնեալ զնա սի սնի կղէրիկոս. և զպաշտօնեալ Ճէ ի հայոց ազգին էր. հայ մտեալ զուղղափառ և սբ սպն այլ դրլ

ղեկդաւ ած ոդ և կեղծաւորս մանիկեցի. և չար ամբաստանօղ դանկատաւ առնէր զիանակ առաքի ժողովոյն այլ և յորդորէր զիւղովուդն առ՝ նոսա նել զնա. և ասէր այսպէս։ Ոչ ապաքէն տեսանէք զայր առաքինի. որ՝ ի տեսանել երեսաց, և՝ ի ձեռն, և՝ ի պատկերի մարմնոյն է մի կեղծաւորս հերձուածող։ ուրեմն յորիանալ՝ ի վերնոյն, քարկոծ եսցուք զնա. կամ հրով այրեսցուք զնեղոսանն։

Զայս ասէր աներամբ կղերիկոսն. քանզի զնան էրկար ժամանակի, յորում մանիկեցիքն բնակեալ էին՝ ի յայսմհարն հայոց. և զնան այլոց հերձուածոդաց, որ տոգեկանեալ էին զնոյն աշխարհն մոլորութեբ եւ բազում յայնժամ հայոց անուն ոչնչեր չար համբաւ՝ ի յայնմհետս. և երբեմն ձա նաչէին զնոսդ մինչ գոլ հայ, կարծէին հերձուածող։ Եւթէ և հանդիպեալ էր. Թէ՝ ի նմին ժամանակին գտեալ էին՝ ի չարութեսն զմանիկեցիս ոչ մանաւ և հրով այրեալ էին զնոսայն։ Եւքանզի ամ մանիկեցիքն սովոր էին ցուցանել՝ ի տեսակ զկեղծաւորսն Թէ՝ զնան ծածկելոյ զանօրէնութեն Թէ՝ ևս ևս։ զի այսորիկ սովորութեբ էր՝ ի յայնմհետս խնդրել, և ճանաչել զնոսա իւրայսպիսի նշանսցս։ Որ առ՝ ի չէ բանիս Տիրոջն առ Եւստաքիոս յաշակերտսն զնաւտացս

ricus nequitiæ, ac ſuperbiæ furore plenus in Armenum inueheretur; cuius quoque flagitio plures adiuncti fuerant, vnanimiter conſpirantes: qui, inſtigante diabolo, virum ſanctum, ac pium toto conamine moliebantur occidere. Qua de re Romanus Pontifex cum vniuerſo Epiſcoporum Collegio turbabatur, & quibus indicijs hoc verè potuiſſet cognoſci, ſciſcitabatur. Aderat tunc ibi religioſus, ac reuerendus Epiſcopus, qui ab Armeniæ finibus peregrè Romam venerat, atque conſilio, & ſapientia præditus, reuerentiâ ſanctitatis habebatur egregius. Hic Dominum Papam humiliter adiens, dulciſſimis illũ verbis exhortabatur, dicens: Tua, Beate Pater, iubente auctoritate, furor Populi conquieſcat; & quis vir ille ſit, vel cuius profeſſionis, ſeu qualiter catholicam fidem excolat, me percontante, tua Paternitas recognoſcet. cuius ſapienti conſilio credidit Venerabilis Papa, eoque iubente, ſeditio Populi conquieuit.

Tum verò ſuprà memoratus Epiſcopus virum Dei Simeonem aggreditur, & Armenica lingua ita eum alloquitur: Quis es? vnde es? dic ergo frater monache; & ſi catholicæ fidei cultum tenes, per me his omnibus innoteſcat. Ad hanc vocem Simeon, qui Deo plenus erat, nuſquam verò ſapientia vacuus, denuo quoque interroganti prudenter reſpondens, catholicæ, & Apoſtolicæ fidei perfectionem ita confitendo perdocuit, qualiter per vniuerſum

լբ 38

լթ 39

40

Նման խորհրդով ամբաստանէր զնոր այրն Սիմէոնէ. և յարուցեալ զբազումս ամբոխս վարդիան, ջանայր սպանանել զնա՝ղղափառ ծառայն նորա: Եղեալ՝ մինչդեռ լինէր աղմուկս շինմանն. սբ հայրապետն բէնեդիկտոս ընդ բոլոր ժողովոյն եպիսկոպոսաց յոյժ խռովէին. և խնդրէին ճանաչել զձշմարտութիւն երթղութեաս այսորիկ: Քայր յոյժ ամաչեալ՝ հնձդն հռոմի ուղղափառ և պատուական ոճս եպիսկոպոսացն հայոց. որ էր նահատակ և որբութիւնն մեծաւ զսպդարիալ: Նա մատեալ խոնարհաբար առ պապն, աղաչեաց զնա բանիւ քաղցրութեան, և ասաց: Սբ հայր. հրամայեա՛, զի դադարեսցի բարկութիւն ժողովրդեան այսորիկ. և նա հաւանեալով և քնեալով զայրն օտար. ճանաչեցից. թէ որպիսի՛ ինչ իցէ, թէ ուղղափառ, թէ հերձուածող. որպէս զի սբ հայրապետութեանդ ծանուցուսցի ճշմարտութիւն: Եւ հանապատով պատուական հայրն բէնեդիկտոս բանից եպիսկոպոսին. հրամանաւ նորա վազ վաղվաղակի դադարեցաւ աղմուկ խռովութեան:

Եւ ապա դնացեալ եպիսկոպոսն առ Սիմէոնէ. խօսեցաւ ընդ նմա հայ բարբառով. և ասաց. Ո՞վ ես դու, և ո՞ւստի եկեալ աստ. ասա՛ ինձ եղբայր աբեղա. և զինչ հանապատս նախ. զի ես յայնմանէ ազգէ հանապատալդ ամ սոցայ: Իսկ Սիմէոնէ, որ լի էր հոգւով սրբով և ամենայնիւ իմաստութեամբ. պատասխանի տալով ցեսէն. խոստովանեցաւ զուղղափառ հանապատն կաթուղիկէ սբ եկեղեցւոյն հռոմայ. և զդաւանութիւն ամենասբ ժողովոյն Նիկիոյ: զոր

մի [illegible] նբբև

իբրև լուաւ եպիսկոպոսն, եւ հանապազեաց, թէ
ծառայն այր լինէր սրբութեամբ 41
եւ ոչ զգաստութեամբ. տեսի ոչ
չարս նորա. եւ ծանեալ առ
ասս սրբոյն. այսպիսի նշանաւ ցու
ցանէր ժողովրդեանն. թէ ոչ ամ
ստեղծ մեծ արարեալ էր, հալածել
լոկ իբրև զհերձուածողն զայրն այ
նբ եւ արդար։

Եւ[1] յետ սակաւ խօսեալ էին ընդ
միմեանս զբանն յոլովս. եւ առա
գեալ էր եպիսկոպոսն զչարաբարո
վաղվաղակի գնաց. եւ յայտնեաց
մեծ Պապին եւ ամենայն ժողովրդեանն
զոր զղջմամբ հաւատացեալ ծառայն այ.
եւ սրտիկ խոստովանեցեալ զամենայնսն
եղծուածոցն. եւ էր այր լի սրբու [Եբ]
թեամբ, եւ սրբութեամբ։ Ընդայլ կրկն 42
զի առնեակաւն ածէ ամենայն ի գի
տութիւն. ոչ էձողց առանց պատճառի
զիշխողին կամ, որ յորդորեալ էր զինչ
զոյնս ջան առ ի սպանանել զսբն
Սիմեոնէ. վասն զի ի նմին ժամու
եղև ընծառնալ ի դիմի էն. եւ այ
սահարկեցաւ. եւ առնջնալ ցան օդ
բազմօք շրջէր զինչն ի վեր հոգոյն
Ե՛ւ իբրև Պապն եւ ամ ժողո
վուրդն առնէին զայն սքանչե
լագործութիւնս զայս. առնեալքն
բարձրաւորած աղաղակելով փառ
աւորէին զաւէր. եւ գոհութիւն մա
տուցանէին առնեակալին այ։

Եւ[2] առեալ Սիմեոնէ զիշխէլ [Եգ]
կոն այսահարեալ, եւ առնջնալ ի 43
յայնոյն պղծոյ, գթացաւ ի վերս նո
րա։ եւ յիշեալ զաւետացելոյն էին. Թէ
սիրեցէք զթշնամիս ձեր. օրհնեցէք զա
նէծ եղս ձեր. բարի արարէք առելե
ացդ ձերոց. եւ աղօթս արարէք ի վե
ր սխոցեակ, որ լրկեն զձեզ եւ հալա

sum Orbem Apostolorum Symbolum, in Nicæna Synodo peroratum, clara voce personuit. Quod cum peregrinus Episcopus audisset, Dei scilicet famulum fide, & sanctitate plenum veraciter esse, magno repletus gaudio, pro reuerentia sanctitatis, eius pedibus se prostrauit humilitatis obsequio: his signis ostendere Populo volens, quàm enormiter peccassent, eum crimine hæresis infamando.

Postquam igitur plura inter se Armenico idiomate contulerunt ad inuicem, ad extremum Episcopo totum de seruo Dei, quod quærebat, innotuit: quod protinus Papæ, ac omnibus, qui aderant, Simeonem scilicet veræ fidei esse professorem, sanctum, iustum, & æternæ Trinitatis cultorem, palàm declarauit. Sed quia Deus Omnipotens Deus vltionum Dominus est, Clericum, qui ad necandum seruũ Christi Populum concitauerat, non reliquit impunitum; cum quippe eadẽ horà spiritus malignus arripiens, pro illata Simeoni iniuria diutissimè volutando vexauit. Videntes autem Romanus Pontifex, ac totus Clerus, vniuersusque Populus tanta Dei magnalia, eleuatis in Cœlum manibus simul cum clamoribus, Omnipotenti Deo laudes, & gratias referebant.

Tunc cernens Simeon peruasum Clericum ab vltore spiritu crudeliter tormentari, memor Euangelici dicti: *Diligite inimicos vestros; benefacite his, qui oderunt vos; & orate* Matth. 5.

orate pro persequentibus, & calumniantibus vos; compatitur miserrimo: & eleuata super eum manu signum crucis, increpando dæmonem, edidit, moxque malignus spiritus, per os vexati turpiter exclamans, vlulando euanuit. eàdem verò hora liberatus Clericus, pedibus viri Dei Simeonis prouolutus corruit, ac ingenti gemitu plorans, se reum, culpabilemque multùm accusans, de patrato scelere veniam postulauit.

Tit. 44

Theor. Ego plurimùm in his extraneos ab Eccleſiæ Doctoribus diſſidere video. Nam illi eruditi homines exteri indiuiduum, ſiue hypoſtaſin, & vnum numero, ſubſtantiam definiunt; quod ſanè diuini Patres non admittunt. quippè Patres illi, gubernati diuinitùs, ſubſtantiam & naturam eſſe vniuerſalia dicunt, quæ ſcriptores exteri ſpeciem vocarunt. quapropter in ſacroſancta Trinitate naturam vnam, & vnam ſubſtantiam, hypoſtaſes verò tres tradiderũt: natura nimirùm, & ſubſtantia plures hypoſtaſes continente: hominum quidem certè natura, cum vna ſit, infinitas habet hypoſtaſes, puta Petrum, & Paulum, & homines ſingillatim vniuerſos. Ariſtoteles autem indiuiduum, & vnũ numero, ſiue hypoſtaſin, propriè ſubſtantiam definijt, his verbis vſus: Subſtantia, quæ proprijſſimè, primùm.

Differentia inter naturam, & perſonam.

եղ 24

Հաւ է՛ մեզ նեղանալ՝ ի վր այսպիսի ացս։

Տ՛ր՝. Հաւասք քան Թէ բերցու՛ք ի մէջ զկայու՛թիս, հարկաւո՛ր համարիմ զի յայտնի արասցուք, Թէ զինչ ինչ է ու՛Թի, և գոյացու՛Թի, կամ բնու՛Թի և զինչ անձնաւո՛րու՛Թի, կամ հիպօստասիս, որ Թարգմանի ենԹադրու՛Թիւն որոյ հարցանեմ զքեզ. Թէ զինա՞րդ նմանաս դու զայդոսիկ. մի Թէ ոչ և օտար վրդովտ. կամ Թէ ոչ սբ վրդովտքն ևկեղեցւոյ սահմանեցին զնոսայ։ Լ՛Թ՛ան. Մեք լաւ գիտեմք զառ՝ի յերկոցունցն բացատրեալ սահմանս բառիցս այսոցիկ. և ուղղա՛ղ յարատբերեմք զնս՝ի ճշմարտու՛Թի ո՛ղղափառու՛Թէ։

եե 25

Տ՛ր՝. Ես տեսանեմ; զօտար վրդովտ յոյժ բացանալոյն ըստ այսմ մասին՝ի վրդովտացն ևկեղեցւոյ։ զի նոքա զինԹադրեալն և կամ զանձն. յր՛. զանհատանն ոչ է՝ մի Թուով՝ անուանեն գոյացու՛Թի. նոքա յայ առաջնոր դեալ սբ հարքն ոչ ասեն այսպէս. այլ ուսուցանեն, Թէ գոյացու՛Թի և բնու՛Թի են ընԹհանրական ինչ. զոր և օտար վրդովտքն կոչեն տեսակ։ ուստի և մեզ աւանդեցին. Թէ՝ի սբ Երրորդու՛Թէն է՛ մի բնու՛Թի և մի գոյացու՛Թի, նոքա ենԹադրեալք և կամ անձնաւո՛րու՛Թիք՝ երեք։ զի մի բնու՛Թի և մի գոյացու՛Թի զբազում ենԹադրեալս և կամ յոլով անձնաւո՛րու՛Թիս ընդունի զոր օրինակ. մարդկայինն բնու՛Թիւն մի արդեօք գոլով, նեղբընդունի զանձինս անձնաւո՛րու՛Թիս. յր՛. պետրոս. զոլոմոս. և զիւրաքանչիւր մարդն։ Բայց ևկեղեցասէրն ասէ. Թէ գոյացու՛Թիւն յայտ առնէ զինԹադրեալն և զանձն, որ է՛ անհատ և մի Թուով և սահման

եզ 26

մի[illegible] նե

նե զինա այսմ . Հ֊ոյացու֊Թ֊ , որ ես հաւանիս և մանաւանդ այսպ ասեմ , որ ոչ ասեն զինքնակայիւ զոմանից . և ոչ է՝ ի մեզ ինքնակայն ոուսուք . որպէս . այս մարդ . կամ այս ձի՝ Ոյոյ աղագաւ զի այդ հնարեւոր ինչ . Թէ օտարք ի հօ առնս մերմէ միաբանեսցին ընդ վըճռոս մեր ըստ այսմ մասին . Էրբ սոքա ասհ մանէն զդոյացու֊Թ֊ին և զբնու֊Թ֊ին ընդհանրական ինչ . եսկ նոքա մաս առ՝ որ ասեն :

Լ֊Թան . Ամեք և ես եմանամէչզդոյացու֊Թ֊ և զբնու֊Թ֊ զհասարակաց ասել եսկ զանձն և զինքնադրեալն զհատ նաւ՝ որացն Ս֊Ոյն՝ . բաւական է արդարև հայր սէր . զի և դու ըստ այսմ մասին համաձայն լինիս հարցն սրբոց : Հ֊ապա զինչ արասցուք բացադրեսցու֊ք զսահ մանս վէրսացեալ բառիցն . կամ Թէ բաւական լիցի մեզ դեռեւ Թէ դոյացու֊Թ֊ և բնու֊Թ֊ են ընդհանուր ինչ . եսկ ենդադրեալ և անձն մասնաւո՝ որ :

Լ֊Թան . Եթէ քեզ ոչ լինիցի ծանրագրել . ես ապրեցայ ժամար կամօք լուայց Ս֊Ոյն՝ . Ես զոչինչ հնոյ յառաջ բէրեցեմ . այլ միայն զոր ինչ ուսուցին մեզ լուսաւո՝ որ Ջահքն Եկեղեցւոյ :

Լ֊Թան . Եա՛ ես զսոյն այս ցանկամ լսել . Թէ զինչ աւանդեցին վարդապետքն Եկեղեցւոյ :

(Հ֊ապա Ս֊Ոյնանէ՝ Երկարաձամ տրամաբանու֊Թ֊ և ի՝ ներուն բազում վկայու֊Թ֊ց սրբոց հարցն , ցուցանէ զանազանու֊Թ֊ն . որով բնու֊Թ֊ և դոյացու֊Թ֊ տարբեր էին ի յանձնաւո՝ որու֊Թ֊նէ և յենադրելոյն . որպէս և կարէ ընդէրցող տեսանել ի ճառն տերն գրանկաց : զոր և մեք Թողումք պատմել . զի մի Երկարապատմու֊մ յոյժ եցիմք . և զի հայք և ես խոստովանին

մ֊ն֊ զայն

mùmque , ac maximè ſic dicitur , eſt quæ neque de ſubiecto quodam dicitur , nec in aliquo ſubiecto eſt ; velut hic homo , vel hic equus . Quo igitur pacto fieri poteſt , vt alieni ab ouili noſtro cum Doctoribus noſtris hac in parte concilientur ; cum hi ſubſtantiam & naturam vniuerſale quiddam ; illi ſingulare definiant ?

Gener. Nos quoque ſubſtantiam , & naturam de vniuerſalibus accipimus ; perſonam verò , & hypoſtaſin de ſingularibus . *Theor.* Macte animo , beatiſſime Pater , ob hanc ſatisfactionem : qui & hac in parte cum ſanctis Patribus conſentis . Quid igitur ? horum ne finitiones , ac declarationem exponemus ; an ſolùm hoc nobis ſufficiet , quòd ſubſtantia , & natura quiddam vniuerſale ſint ; hypoſtaſis , & perſona , ſingulare ? *Gener.* Si tibi moleſtum non erit exponere , lubens equidem audiam. *Theor.* Nihil ego meum proferam , ſed quicquid ipſa nos Eccleſiæ lumina docuerunt . *Gener.* Idem & ipſe cognoſcere geſtio , quid nimirum Eccleſiæ Doctores tradiderint .

Hìc pluribus ſanctorum Patrum doctrinis profuſiſſimè oſtendit Theorianus differentiam inter naturam ſiue ſubſtantiam , & hypoſtaſin ſiue perſonam : quę quidem omnia , cum vel ipſi Armenij hanc differentiam apertè confiteantur , ne nimiùm Lectorum mentes defatigemus , miſſa facimus , curioſo in Bibliotheca Patrum legenda . Tandem concludit ille , na-

turam

turam & ſubſtantiam vnum & idem eſſe, & de vniuerſalibus dici; hypoſtaſin verò & perſonam aliud idem, ac dici de ſingularibus. præterea poſſe vnam naturam in pluribus eſſe perſonis, vti conſtat de ſancta Trinitate: & vnam numero perſonam continere plures naturas. Nec diſcrepat Armenus Patriarcha; qui demum ſic ei reſpondit.

Gener. Iam tempus fuerit, vt auctoritates in medium proferas, de quibus ſanctorum hominum mentem perſpiciamus; quippe de ſubſtantia & natura, de hypoſtaſi & perſona conſentimus, nulla penitùs in re diſſidentes; nam illa priùs etiam, quàm abs te dicerentur, intelligebamus: ſed ex ore tuo lubebat audire, quænam de his veſtra eſſet ſententia. Nunc ergo dicito, quinam ſanctorum Patrum naturas duas poſt viſitionem ſtatuerit.

Theor. Primùm, cum tempore primum, magnum illum Athanaſium proferre, par eſt, cuius hæc ipſa verba ſunt in epiſtola ad Epictetum Corinthi Epiſcopum; *Ex hoc abſurditatem perſpicere poteſtis. Si verbum vnius eſt ſubſtantiæ cum corpore, de terra naturam ſuam habente; ſique conſubſtantiale eſt Patri Verbum, iuxta confeſſionem Patrum; etiam ipſe Pater vnius erit ſubſtantię cum corpore de terra facto. Et cur Arrianis indignamini, filium dicentibus eſſe creaturam; cum ipſi dicatis, Patrem vnius cum creaturis*

Athanaſ. epiſtol. ad Epictetũ.

զհնդկեսի տաբբերու-Թիւն Պետեր և ինքն Մրմանէ յետ բազում բանից եղրակացուցանէ. Թէ բնու-Թիւն և դէմ յացու-Թիւն զմի և զնոյն նշանակեն, և ասին զհոստաբանաց. և Թէ ենԹադրեալ և անձն ևն այլ մի և նոյն, և ասին զմանաւանդաց: Նա և ա՛ս Թէ կարէ մի բնու-Թիւն գոլ ի բազում անձինս, որպէս յա յտ է ի սբ երրորդու-Թենէն. և Թէ կարէ մի անձն ունել զբազում բնու-Թիւնս Պետրոց բանիցն ոչ ընդդիմանայ, այլ հաւանի Եւեթ ևս կՅանն և ասէ ցՄրմանէ:)

Կիրան. ձեռն ժամանակ է այժմ, առաջաբերել զասացեալսն ի սբբոց հարցն ի մէ՛ տնօրէնու-Թենն քեզ. զի կարասցուք ճանաչել զմիտսն ևբեանց: բանզի յայնց գոյացու-Թէ և բնու-Թէ. և յայդ անձին և ենԹադրելոյն մեք ոչ ևմք հակառակք, այլ միաբանզի առաքեան զմեզնու-Թիւն քոյ, և մեք լաւ ևմք նայեաք զայդ. Թեպետ և կամեցաք լսել զնա ի բերանէդ քումմէ վա՛ ճանաչելոյ զորսիսու-Թիւն նաճեանց հերոց ի մէ՛ այնը երևիս. Իսկ ապա սակս ինձ այժմ Թէ նմ կոչ ի սբբոց հարցն, որ յետ միաւո՛ու-Թենն սակաց երկու բնու-Թի:

Մրմէ. Նախ պարտ է մեզ ի մէջ առնել զմեծն Աթանաս. եբրև զայն որ առաջադոյն էղև ժամանակաւ: Սա ի ԹուղԹն առ Ե՛պիկԹետոս եպիսկոպոս կորնԹոյ սրսամաբանէ այսպէս ի սմանէ կարէք դուք առնուլ զհետեւեալ ան առեղիս: բանզի ևԹէ բանն ունի զնոյն գոյացու-Թի հօրն ըստ հարցն խոստովանու-Թէ, որևէս ապա և հայր ունի զնոյն գոյացու-Թի հօրն ըստ հարցն խոստովանու-Թէ. և վասն էր դուք բարկանայք ի մէ՛ աՀրեսա՛ կանացն, որք առեղծուած առնդրդին.

turis eſſe ſubſtantię?

Gener. Quid ad nos dictum iſtud Philoſophe? *Theor.* Grauiter eos tangit, qui dicunt, vnam eſſe naturam Verbi, & Carnis. Ac vide, obſecro, quàm admirabili ratione ſanctus vir Athanaſius in tertia figura ſyllogiſmum nectat. Quippe iam anteà pro confeſſo habetur, quæcunque de ſubſtantia dicenda veniant, eadem & naturæ accomodanda. Hoccine in confeſſo eſt, an non? *Gener.* Omnino id quidem.

Theor. Commutemus ergo ſubſtantiæ nomen cum naturæ vocabulo, & dicamus: Si eiuſdem eſt naturæ Verbum cum corpore, de terra naturam ſuam habente; ſique Verbum vnius eſt cum Patre naturæ, iuxta confeſſionem Patrum; etiam ipſe Pater erit eiuſdem cum corpore terreno naturæ. Quo fit, vt ſi qui dicant, Verbum vnius eſſe cum corpore ſubſtantiæ, (valet autem hoc tantumdem, ac ſi dicas, eiuſdem naturæ) ſequatur, & Patrem eſſe vnius cum corpore ſubſtantiæ, ac naturæ. quodquod obſurdius? Quid ergo de hoc impoſſibili diſcimus? Verbum non eſt eiuſdem cum corpore ſubſtantiæ, nec eiuſdem naturæ. Quòd ſi Verbum nec eiuſdem eſt cum corpore ſubſtantiæ, nec eiuſdem naturæ: planum eſt, eſſe illum ſubſtantiæ, naturæque diuerſæ. Si naturæ diuerſæ; omnino alia natura Verbi eſt, alia corporis: non

ergo Christus vna natura est. Quòd si primam hanc diui Athanasij propositionem, *Si Verbum vnius est substantiæ cum corpore, de terra naturam suam habente*, quàm accuratè facta sit, perspexerimus; maximum thesaurum reperiemus: quippe non frustra positum est, *de terra naturam suam habente*. *Gener.* Rectissimè dicis: sed pergito.

ԵՐԿՐ. Ուղիղ ես ասում. բայց ինձ հարկաւոր է Կիւրեղի վկայութիւնը, որ առաջին Թուղթն առ Եւկունդոս ասէ. Տոյժ անպատշաճ է ասել, թէ մարմինն փոփոխեալ եղեւ ի բնութիւն աստուածութեան, եւ կամ հակառակաբար. այլ. թէ բանն փոփոխեալ եղեւ ի բնութիւն մարմնոյն. քանզի նոյն բանն անփոփոխելի եւ անայլայլելի նախնական եւ անհնարին է այս միտս, զի ոչ կարէ առնել ինչ անցանել ի բնութիւն ստուածութեան: եւ մարմինն առնել եմս է արարած:]

Cyril. ep. ad Successum.

Theor. Accedat & sanctissimus Cyrillus, cui vos magis innititimini, testimonium orationi nostræ perhibiturus; qui in priore ad Successum epistola inquit: *Par est, quod absurditatem attinet, dicere; quòd corpus in diuinitatis naturam mutatum sit; & vicissim, quod Verbum mutatum sit in naturam carnis. nam sicut hoc fieri nequit, cum ipsum Verbum sit incommutabile, & alterationis expers; ita nec illud alterum: non enim creatorum quidquam ad naturam diuinitatis transire potest; & caro quoque creatura est.*

Եւ դարձեալ նոյն Կիւրեղն ասէ առաքանելով ի Թուղթն առ Եւլոգիոս զնոս զերկու բնութիւն. եւ անդ եւս ցառաջագոյն եղեալ եպիսկոպոսացն ար եւելից, որք զնոսն ոչ ուզէին ասել այսպէս: Ոմանք ընդդիմանան դա- անուն Թեանն արեւելցոց եպիսկոպո- սացն. եւ ասեն. Զի ամեներ եպիսկո- պոսն աղեքսանդրացի հաստեցեալ եւ ընկալեալ զասոցս երկուց բնու- թեցն:] Եւ յետ սակաւուց դարձ նելով ասէ: Նոյնպէս եւ Նեստո- րեական ասէ երկու բնութիւն, նշա- նակելով զասպբերութեան մարմնոյ եւ

Idem perspicuè in epistola ad Eulogium tam pro se naturas duas profitens, quàm sanctissimos Orientis Episcopos, idem tradentes, propugnans: *Reprehendunt*, ait, *nonnulli factam ab Orientalibus Episcopis expositionem; & cur, inquiunt, naturas duas dicentes Alexandrinus Episcopus ferre potuit, aut probauit?* Et paulò post subijcit: *Sic & in causa Nestorij; quamuis duas naturas, discrimen*

Eiusdem epist. ad Eulogium.

carnis

բանին . քանզի այլ է բնութիւն բանին . և այլ՝ բնութիւն մարմնոյ : ապա
ևս ոչ խոստովանի ընդ մեզ զմի աստուածութիւն : եսկ մեք միաբանելով զիրաւ խոստովանանիմք մի քրիստի որդի, և մի առ , նա և բանին մի մարմնացեալ բնութիւն :] Եւ դարձեալ՝ ապա հան ինչ յետոյ ասէ : Եւ արդ՝ ձանաչել զտարբերութիւնն երկուց բնութեանն . ոչ է բաժանել զմի քրիստոս :] Եւ զկնի այլոց բանից վերս առին ասէ : Եւ մի տպեհասցեն զայն. թէ ուրուբեք յիշումն լինի միաբանութեան . ոչ միոյ նոյն բաղադրութեան նշանակի . այլ կամ երկուց . կամ իրրիցս , և զանազանելոց բնութեանն միմեանց : վասն որոյ՝ որք ասեն զմիաստուածութիւն կենդանական և մտաւոր մարմնոյն ընդ բանին . և ոչ ասեն զերկու բնութիւն . նորա զայս միաս ունին : եսկ յետ որոյ խոստովանեցաւ զմիաստուածութիւնն . ոչ եւ եթէ բաժանին ի միմեանց միացեալքն . այլ այնուհետև լինին մի որդի . և մի բնութիւն բանին մարմնացելոյ :] Հայի ի նոսա այսոցիկ յայտնապէս ասէ սբն կիւրեղ. եթէ ճանաչել զտարբերութիւն երկուց բնութեանցն . ոչ է բաժանել զմի քրիստոս ի երկուս : բայց դուք ի սմանէ երկնչեք . և նզովեն կիւրեղ ի բաց մերժէ զսուտ երկիւղ ի մտաց նոցա :

Եւ դարձեալ՝ նոյն սբն ի յերկրորդ թուղթն առ Սկիւնդոս զնոյն ուսուցանէ այսպիսի բանիւ : Հաւրդ՝ մտօք խորհելով զիւրարն առնման զմարդկային բնութեն . առաւելեմք զերկու բնութիւս միացմամբ շաղկապելս առանց բաժանման , չիւթման, և փոփոխութեան : քանզի մարմինն՝ է

մ ծ մար

carnis , & Verbi ſignificans , dicat : (nam alia natura verbi eſt , alia carnis) vnionem tamen nobiſcum non confitetur . Nos enim , his vnitis , vnum Chriſtum , vnum Filium , vnum Dominum confitemur : vnam denique naturam Verbi incarnatam . Ac paulò poſt : Itaque noſſe naturarum duarum diſcrimen , non eſt vnum Chriſtum in duo ſecare . Rurſum poſt alia : Nec illud ignorent : vbicunque fit vnionis omnino mentio , non vnius rei coitio ſignificatur ; ſed vel duarum , vel plurium , & inter ſe natura diſcrepantium . qui ergo dicit vnionem , videlicet carnis animatæ , ac mente præditæ , cum Verbo : quique duas naturas dicunt ; eorum hæc mens eſt , atque ſententia . Verùm poſteaquàm vnionem confeſſi ſumus , non amplius à ſe inuicem vnita diuiduntur ; ſed vnus deinceps filius eſt , vna Verbi incarnati natura . Ecce in his diuæ memoriæ Cyrillus apertè dicit , duarum naturarum diſcrimen noſſe , non eſſe Chriſtum vnum in duo ſecare . Hoc enim vos vereri ſoletis ; at beatus ille Cyrillus vanam hanc veſtram formidinem reijcit .

Quin & idem in altera ad Succeſſum epiſtola eadem ſe ſentire , his verbis oſtendit : Itaque modum aſſumptionis humanæ naturæ animo conſiderantes , naturas duas coiuiſſe per vnionem , videmus , citra diuiſionem , confuſionem , & mutationem . Caro enim caro eſt , non

Eiuſdem epiſtol. ad Succeſſū .

diuinitas ; licet Dei caro facta sit : similiter & Verbum Deus est, non caro ; licet dispensatione quadam carnem propriè suam fecerit. Cum igitur hæc animo consideramus, minimè delinquimus, dicentes hunc in vnionem concursum ex duabus naturis factum, sed tamen post vnionem naturas à se inuicem non diuidimus ; nec vnum, & impartibilem in duos filios secamus: sed vnum dicimus filium, &, vti Patres loquuti sunt, vnam naturam Verbi incarnatam. Quantùm ergo mente, atque oculis animi duntaxat videre possumus, quo pacto Vnigenitus ille factus sit homo; duas naturas esse dicimus, at vnum Christum, & Dominum, & Filium, Dei Verbum, quod homo factum, & incarnatum est. Quid clarius hoc quærimus ? *naturas* enim, ait, *duas esse dicimus.*

Idem in Enarr. libri Leuit.

Rursus idem ille Diuus Cyrillus in enarratione libri Leuitici, de purgatione lepræ differens, ait : *Totum igitur rursus Seruatoris nostri mysterium, & purgationem, quæ per sacrosanctum Baptismum fit, respice. Duas aues accipi viuas, & mundas, iubet ; vt per has volucres hominem illum cœlestem intelligas, hominem pariter, & Deum, in duas quidem naturas (quantùm ad id, quod de vtraque dici conuenit) distinctum ; quippe Verbum erat, exortum à Deo in carne mulieris ; non tamen diuisum ; vnus enim ex ambobus Christus: propterea duæ sumuntur aues, & ambę*

մարմին, և ոչ այլ. Քանզի և այլ մարմին եղեալ է. Նմանապէս և բանն այլ է, և ոչ մարմին. Քանզի պէտ և անօրէնութիւնք զինչ արար զմարմինն. Հաղորդ եբրև զմասն անձնէ այսպէս, ոչ յանցանիմք ասելով զեղեալ միաւորութենն յերկուց բնութեց: Իսկ ապա յետ միաւորութեն ոչ բաժանեմք զբնութիւնսն ի միմեանց, և ոչ հատանեմք զմինն անբաժանելի յերկու որդիս, այլ զմի գոլ առնեմք զորդին, և այլ հարքն խօսեցան զբանեղեն մի մարմնացեալ բնութիւն: Քո որպ որքան մտօք, և միայն հոգւոյ աչօք կարեմք տեսանել. Քէ զիարդ միածինն մարդ եղև, երկու ասեմք գոլ զբնութիւնս. և զմի քս, և տէր, և որդի, բանն այլ, որ մարմնացաւ, և մարդացաւ:] Չինչ խնդրեմք յայտնագոյն քան զայս: զի ասաց. Քէ երկու ասեմք գոլ զբնութիւնս:

Եւ դարձեալ նոյն սբն Կիւրեղ ի մեկնութիւն ղեւտական գրոցն ձառելով յայդ սրբազանն ի բորոտութենէ. ասէ: Քէ Նայեա ի բոլոր խորհուրդն փրկչին մերոյ. և ի սրբազանն որ լինի ի ձեռն մկրտութենէն: բանզի հրամայէ առնուլ զերկու թռչունս կենդանի և սբ: զինչ բօք հնազանդս զմարդն այն երկնաւորս. որ մարդ էր և ամբ. զանազանել ի յերկու բնութիւնս, ըստ այնմ զոր պարտ է ասել յաղագս երկոցունցն: վն զի էր բանն, ծնեալ յայր ի մարմնի կնոջ. բայց ոչ բաժանեալ. զի յերկոցունցն մի քս: սակս այսորիկ են առեալ երկու թռչունք. և երկոքինն նմանին իբրև զմի:] Լսեմք. Քէ որպէս յամենայն որբէք նմանելին այն Կիւրեղ խոս

 տալ

մանանի զերկոս բնութեն։

Եւ դարձեալ՝ ի միւս Թուղթն առ Լէկունդոս նոյն եւս ասէ այսպէս։ Զի՞ որ զտէրն ասէ չարչարեալ՝ ի մարմնի եւ սուկ մարմինն, զաստ՝ ի մտաց եւ ի կամաց առնէ զչարչարանս։ Իսկ եթէ ոչ ասէ զնա չարչարեալ եւս ըստ մտաւ՝ որ հոգւոյ, չի կամաւ՝ որ եղեցն չարչարանքն. ոչ արգելու ասել զնա չարչարեալ ըստ մարդկայինն բնութեն։ Եւ եթէ այս՝ ճշմարիտ է՝. վասնզի ոչ ասիցեմք զերկուս բնութեն յետ միացման առանց բաժանման։ Եւ այլ որոյ ասելով ոմն՝ զերկուս մերժել չարչարեալ. ոչ զայլ ինչ ասէ, քան թէ զերկուս մերժ ըստ բնութեանս մերոյ չարչարեալ։] Եւ յետ եառնելն. որպէս եւ առնելին երիցս յայտնաբար խոստովանի զերկուս բնութեն յետ միացմանն։

Եւ դարձ՝ առեալ եւս զմնծն Հ֊րիշ գոր ասաբանն. որ ի նէզբօղեանն յաղագս որդւոյ ասէ այսպէս։ Հայտ ցուք, կոչել ասծ՝ ոչ թէ բանին, այլ նորա որ առեալ էր ազգ. քանզի զինարդ կարէք եսկապէս այլ ասծ լինել։ զոր նման՝ եւ հայր ասի ոչ նորա որ առեալն ազգ, այլ բանին. վասն զի երկեակ էր։ Ուստի այսպիսի ըստ մասինն ինչ ասին յատկանալ զերկոցունցն. եւ ըստ մասին ինչ անյատկաբար։ Եւ եթէ այս ոչ նոյնպէս լինի, որպէս ի մերս. քանզի ասծ յատկապէս եւ սուրբ է՝ մեր ասծ. բայց ոչ յատկապէս է հայր մեր։ եւ այս է այն որ քարշէ զհերձուածողն ի մոլորութեն. Յի. միաբնութեն եւ փոխոխումն բառիցս այսպիսի վասն միացման բնութեանցն։ Իսկ սորա այս է նշան. զի երբ բնութիքն ի միաս ածելոք զանազանին. եւ

rursus vnius instar intelliguntur. Vides, vt vbique beatus ille Cyrillus naturas duas confiteatur?

Quin & in altera ad Successum ait epistola: *Qui Dominum nuda carne passum dicit, alienum à ratione, voluntateque cruciatum facit. At si quis dicat, eum participe mentis anima passum, vt spontaneus sit cruciatus; nihil dicere prohibet, eum in hominis natura passum: quod si verum est, cur non duas naturas extitisse dabimus post vnionem citra vllam diuisionem? quare si quis ait, Christo pro nobis carne passo: nihil aliud dicit, quàm Christo pro nobis natura nostra passo.* Vides, vti clarissimè naturas duas beatus Cyrillus post vnionem confiteatur?

Epistola ad Successum epist.

Etiam magnum illum in rebus diuinis Gregorium videamus. Ait enim in Oratione de Filio: *Deum appellari putemus, non Verbi, sed eius, quod oculis cernebatur. Quì enim propriè Dei Deus esse possit? Quemadmodùm & pater dicitur, non eius, quod cernebatur, sed Verbi: erat enim duplex. Itaque partim hæc de vtrisque propriè, partim non propriè dicuntur; diuerso scilicet modo, quàm in nobis res habet: nam Deus propriè quidem noster est Deus, non autem propriè pater: & hoc illud est, quod hæreticos in errorem trahit, vocum scilicet harum coniunctio, permutatis inter se vocabulis, propter naturarum coalitionem; eius hoc argumentum est: cum naturæ cogitando distinguuntur, etiam ipsa simul*

Nazianzenus in Orat. de Filio.

voca-

vocabula diſtinguuntur. Vides, eum Chriſtum appellare duplicem? Rurſus ait: Cum naturæ cogitando diſtinguuntur, etiam ipſa ſimul vocabula diſtinguuntur. Verùm videamus & ſequentia: Paulum dicentem audi. Deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ. Chriſti quidem ille Deus eſt; pater autem gloriæ: nam licet vtraque natura copulata, ſit quiddam vnum; non tamen hoc à natura eſt, ſed propter coitionem. Audi quid dicat: licet vtraque natura copulata, ſit quiddam vnũ; non tamen hoc a natura eſt. Si verò non vnum à natura eſt, relinquitur omnino, duo eſſe à natura.

Item in prima ad Cledonium epiſtola diſertis verbis ait: Naturæ duæ, Deus & homo, quemadmodùm & anima, & corpus: non tamen duo filij, nec Dij, ſicut nec hic quidem duo homines: tametſi Paulus ad hunc modum internam, externamque partem hominis appellauerit: atque, vt paucis rem complectar, aliud quidem atque aliud ſunt ea, de quibus Seruator conſtat, (niſi adſpectabile ſit idem cum inadſpectabili, & temporis expers idem cum eo, quod tempori ſubeſt) non tamen alius atque alius; abſit hoc. ambo enim hæc copulatione vnum ſunt, Deo nimirum humanam naturam, & homine diuinitatem ſuſcipiente; vel quocunque tandem alio verbo quis hanc rem exprimendam duxerit. Dico autem aliud, atque aliud vice verſa, atque in Trinitate res habet: illic enim alius atque alius, ne hypoſtaſes confundamus; non autem aliud atque aliud, quòd tria ſint vnum & idem

Kiuſdē ad Cledoniũ. epiſt. 1.

ինքեանք բարբառքն զանազանին.] Լսեմք. Եւ որպէս կոչէ զքեզ Երկեակ. Եւ դարձեալ ասէ. Օի երբ բնութիւն ի միաս ածեալք զանազանին. եւս ինքեանք բարբառքն զանազանին. ապա առնուցուք զհետեւեալսն. զոր զՊօղոսն որ ասէ. հՀՃ ան մի բոյ յի քն. հայր փառաց. քին արդեօք նա ած է. եւ հայր է փառաց. զի Քեզեա և Երկրքին միացեալ բնութիւնքն են մի ինչ. սակայն ոչ լինին այս ի բնութենէ, այլ վն միաւորութիւն.] Լուր զինչ ասէ. Քեզեա և Երկրքին միացեալ բնութիւնքն են մի ինչ. սա կայն ոչ լինին այս ի բնութենէ. հՀպա Եէ ոչ է մի ինչ ի բնութէ. հայր արդեօք առնելն զի Երկեակ եղէ ի բնութէ.

Եւ դարձեալ ի յառաջինն Թուղթն առ Կղեդոնիոս ասէ. բնութիւք եր կու. բանզի ած և մարդ. որպէս հզի և մարմին. բայց որդիք ոչ Երկու, և ոչ ած. զի և ոչ Երկու մարդիկք Քեզեա և աբէն Պօղոս այսպիսի ինչ պիտի կոչեալ էր նեքրքին և արտաքին մարդոյ. և զի համառօտապէս ունկնդրից զիրն. այլ ինչ, և այլ ինչ են այնպիսի, յորոց փրկիչն բալ կանայ. զի Երեւելին ոչ է նոյն ընդունելի Քեզեա և ոչ առժամանակին ընդ ժամանակաւորն. բայց ոչ են այլ ոչ, և այլ ոչ. բայց լինին այս. բանզի Երկրքին սուրբ միաւորութիւք են մի ոչ. զի ած էառ զմարդկային բնութենէ, և մարդ զած եղեալ ինչն. կամ Եէ ունկնդրից այլոչ մարդ զիրսդ Քեզեա զայս այլով բառիւ. եսկ ես ասեմ այլ ինչ, և այլ ինչ. և ոչ որպէս ի Երրորդութենէն, յոր բում նին հակառակաբար լինին մեզ զի անդ այլ ոչ, և այլ ոչ. զի մի չիմոնեացուք զանձինս բայց ոչ այլ ինչ, և այլ ինչ.

զի

զի երկքեանն մի են ըստ աձ-ութիւն։] Ես
ԼՐԵանէս. Թէ որչափ զգուշութիւն 51
խօսի յաղագս աձ-այնն երից։ այլ ևայլ
ասէ. և այլ ինչ են այնոքիկ. յորոց
միմիոյն բաղկանայ Յիւայլ և այլ բնու-
թիւն այլ ինչն՝ չէզոքական անուն է
դնելոյ զբնութիւնս ցուցանէ. իսկ այլ ոչն
ցուցանէ զանձն և զայս առաւել երևե-
ցուսանէ ոչն ասելով. Թէ անդ. Յի-
ւ հերետիկոսութիւնն՝ այլ ոչ, և այլ ոչ։
զի մի շփոթեսցուք զանձինս. բայց ոչ
այլ ինչ և այլ ինչ. զի երկքեանն մի են
ըստ աձ-ութիւն։ ևս յլ և հետևի և
ասէ։ Որպէս և այն, Թէ բոլոռաստևո-
ամ ինչ եղև. և այն, Թէ ըս բնակէ՛ի
սիրտս մեր. այսպիսիքս ոչ ասէին ըստ
այնմ մասին բն, որ անկանի ընդ աչօք. Եբ
այլ ըստ այնմ, որ իմանի մտօք. Թէ 52
որպես և որպէս միաւորեալ են բնու-
թիւնքն, նոյնպես և միաւորին անու-
անքն ասացուածոցս. ընդգկելով զի
մեանս վասն միացման բնութեացն։]
ևս յառաջիկ բաւ ասիան եղեն յղգս մէ
ծ ին եկեղեցոյն աձ-ուրանին։

ևս զոյ յայտ ասացուք այժմ. Թէ
որպէս ինոյն միտս ունէր սբն եկե-
զար նէս ացին. որ՛ի գիրսն ասս. Լիմայ
ընկերս այսպէս գրէ։ Եւ քանզի ճա-
նաչեմք զերկուս ինչ՛ի քն զմինն աձ-ա
յին. և զմիւսն մարդկայինն. զմինն
բնութիւն աձ-այինն. և զմիւսն անօթ
նութիւն մարդկայինն։ սակս այսորիկ
զյաւ հաւնականն վերաբերեմք աձ-ու- Եգ
թեն. իսկ ըզսահման էակն յարաբե- 53
րեմք մարդկայինն բնութենն։] Իսմա
ցեր. Թէ որպէս այդս այս աձ-այինն ա
ռէ. Թէ զերկուս ինչ ճանաչեմք՛ի քն.
զմինն աձ-այինն. և զմիւսն մարդկա
յինն։ և ապա զմինն. ասէ. բնութիւն ա
ձ-այինն։ և յառաջագոյն ընդունուսով.

& idem ſecundum diuinitatem. Vides, quàm accuratè de rebus diuinis loquatur? *Aliud*, ait, *atque aliud ſunt ea, de quibus Seruator conſtat*: hoc eſt, alia atque alia natura; nam aliud, neutro genere poſitum, de natura dicitur: alius verò de hypoſtaſi; atque hoc, progrediens vlteriùs, manifeſtò declarat. *Illic*, ait, nimirùm in Trinitate, *alius atque alius, ne perſonas confundamus: non autem aliud atque aliud, quòd tria ſint vnum, & idem ſecundum diuinitatem*. Quin & vlteriùs inquit: *Sicut & illud, per Chriſtum omnia facta eſſe; et Chriſtum in cordibus noſtris habitare; non ſecundum eam Chriſti partem dicitur, quæ in oculos cadit: ſed eam, quæ intellectu percipitur, permiſtis videlicet, vt naturis, ſic etiam nominibus, ſeque ratione connaturalitatis inuicem complectentibus*. Hæc de magno illo Gregorio Theologo protuliſſe, ſatis eſt.

Eiuſdem verò ſententiæ ſanctum quoque Gregorium Nyſſenſem Epiſcopum fuiſſe, demonſtrabo, in lib. ad Simplicium his verbis vtentem: *Quoniam duo de Chriſto agnoſcimus, hoc diuinum, illud humanum: vnum naturâ diuinum, & vnum diſpenſatione humanum: idcirco æternitatem diuinitati equidem attribuo, creatum verò humanam ad naturam referimus*. Audiſti ne, quo pacto & hic diuinus vir dicat, duo nos de Chriſto agnoſcere, hoc diuinum, illud humanum? deinde vnum naturâ diuinum, inquit, & progreſſus vlteriùs, Creatum, ait,

Nyſſenus in lib. ad Simplicii.

ait, humanam ad naturam referimus. Ecce diuinam in Chriſto naturam, & naturam humanam manifeſtè confitetur. ճդ 54

Basilius in lib. aduerſus Eunom.

Quin & Baſilij liber, aduerſus Eunomium ſcriptus, eadem docens, hæc verba continet: *Mediatorem illum Dei, & hominum, ſicut à magno illo Apoſtolo appellatur, nihil ita demonſtrat, vt Filij nomen, vtrique naturæ, diuinæ ac humanæ, ex æquo accomodatum. Idem enim & Dei filius eſt, & filius hominis per diſpenſationem factus eſt.* Vides, vti duas naturas, diuinam & humanam, confitetur? Eadem facientem videre licet in quarto eiuſdem argumenti libro, vbi hæc verba ſunt: *Vbique temperamentum eius, quod humanum eſt, cum illo, quod diuinum, prædicans Apoſtolus, nihilominus in vtroque, quod cuique proprium eſt, perſpicit.* Hæc & de ijs, quæ vtrique naturæ propria ſunt, tradit; veluti quæ reapſe ſint, & animi conſideratione percipiantur. Hinc paulò poſt ſubijcit: *Ac ne quis naturæ temperamenti experti paſſionem in cruce attribuat, per alia clariùs errorem huiuſmodi corrigit, mediatorem eum Dei, & hominum, & Deum appellans: vt, quoniam duo de vno dicuntur, de vtroque, quod vtrique competit, intelligatur.* Hic apertiſſimè duo de vno dici prædicat, nimirùm naturas duas. ճե 55 ճզ 56

Idem in Orat. 2. de Filio.

Similiter & in Oratione de Filio ſecunda, clariùs idem duarum naturarum proprietates, etiam poſt ineffabilem illam coniunctionem, ſaluas

ղ ճ զ ղնան

ոչ էր միաւորեալ ընդ բնութիւնէ հօրն. ոչ էր միշտորդ, այլ բաժանեալ ի նմա նէ. քանզի որպէս է՛ միաւորեալ ընդ բնութիւնէ մարդկան. զի եկեալ է՛ առ մարդիկան. նոյնպէս և միաւորեալ է՛ ընդ այլ բնութիւնն. զի եկեալ է՛ յայլ.]

ՀԱրդ ապա՝ այն մեծ և ահեղերոյն ի նա սբ ժողովին. որ հրաւանաւ այլ, և ամենասէր կայսերացն եղև գումարեալ ի քաղաքն քաղկեդոնի. գոլով միահաւոր հոգւով ընդ նախասացեալ սբ հարսն. հաստատեաց, թէ մի էր քն. մի որդի. մի աէր. և միածին. ճանաչելով ի յերկուս բնութիւս. անշփոթ, անփոխելոյ, և անբաժանելի. ոչ ի բաց բաժանեալ զբանաւորութիւնն բնութեանցն վասն միաւորութեանն. այլ առաւել զառաջ ծառայեալը յաւակութիւնէն երկուբանչիւրոյ բնութեան. և ի մի ենթադրեալն և ի մի անձն շաղկապեալը. ոչ բաժանեալ կամ անջատեալ ի յերկուս անձինս. այլ մի և նոյն որդի միածին, բանն աստ, և աէրն քն.

Լիմն. ՀԱռնել բարբարիկն զերկուս բնութիւնէ ի մուծանել զառաջադոյն ինչ բաժանման. և երկնչիմ արդեօք. զի վասն խոտորելոյ ի դժոխոցն Ե-տիբեայ, որ ասէր զմի բնութիւն. մի դուք անկցուք ի դժոխան Նեստորի. մուծանելով զերկուս անձինս ի ձեռն երկուց բնութեանն.

Լիմն. Նեստոր ասէր զերկուս բնութիւս բաժանեալս. ոչ միացեալս ի մի անձն. որպէս և գրեաց սբն Կիւրեղ ի Թուղթն առ Ե-ւլոգիոս, ասելով. Նոյնպէս և Նեստոր Թեսթեր ասէ զերկուս բնութիւնէ. նշանակելով զտարբերութիւնս մարմնոյ և բանին. քանզի այլ է բնութիւն բանին. և այլ՝ բնութիւն մարմնոյ. սակայն ոչ խոստովանի զնոր

enim cum hominum natura coniunctus est, quoniam ad homines venit; ita & cum Dei natura, quoniam à Deo venit.

Cum hisce sanctis Patribus consentiens sancta illa, magnaque, & vniuersalis Synodus, Chalcedone nutu Dei, pioque decreto Augustorum congregata, statuit, vnum, & eundem esse Christum, filium, Dominum, vnigenam, in naturis duabus citra confusionem, mutationem, diuisionem, separationem adagnitum: nequaquam naturarum discrimine sublato propter vnitionem, sed salua potiùs proprietate vtriusque naturæ, ac in vnam personam, & vnam hypostasim coëunte: non in duas personas partitum, vel diuisum; sed vnum, & eundem filium vnigenam, Deum Verbum, Dominum Iesum Christum. Synodus Chalc.

Gener. Omnino duas dicere naturas, speciem quandam diuisionis introducit: ac vereor equidem, ne deuitato Eutychis barathro, quod est, vnam naturam dicere, in Nestorij barathrum incidamus, per duas naturas, duas personas introducentes.

Theor. Nestorius verò duas naturas separatas aiebat, non vnitas in vnam personam; atque hoc sanè denotans sanctus ille Cyrillus in epistola, quam ad Eulogium scripsit, ait: *Sic & in causa Nestorij; quamuis duas naturas, discrimen carnis, & Verbi significans, dicat: (alia nam-* Cyrillus ad Eulogiũ.

que natura Verbi eſt, alia carnis) vnionem tamen nobiſcum non confitetur. Nos enim his vnitis, vnum Chriſtum, vnum Filium, vnum Dominum confitemur; vnam denique naturam Verbi incarnatam.

Tu igitur iuxta ſapientis illius Salomonis admonitionem, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram inceſſeris, ſed media, regiaque via. Sunt enim quatuor hæreſes, ex diametro inter ſe pugnantes: duæ de Diuinitate, ac duæ de natura humana. In Diuinitate Sabellius quidem aiebat, eſſe naturam vnam, & vnam hypoſtaſin: Arius verò tres hypoſtaſes, ac tres naturas diuerſas, & alienas à ſe inuicem. Nos verò nec in vnum tria commiſcemus, ne Sabellij morbo laboremus; nec in tria peregrina & aliena inter ſe diuidimus, ne in Arij furorem incidamus; ſed naturam vnam in tribus hypoſtaſibus prædicamus. Rurſum de Incarnatione Dei Verbi velut ex diametro inter ſe pugnabant Neſtorius, & Eutyches. Quippe Neſtorius aiebat duas naturas ſeparatas, & duas Perſonas, & duos Chriſtos, & duos Filios. Eutyches verò naturam vnam, & vnam hypoſtaſin. Nos autem dicimus vnam hypoſtaſin, vnum Chriſtum, vnum filium in duabus perfectis naturis, diuinitate, inquam, & humanitate, inſeparabiliter, & citra confuſionem vnitis, itaque ſemitâ media, regiaque, ſicuti diximus, incedito;

Sabellij, & Arij errores,

Hæreſes Neſtorij, & Eutychis.

que-

մեզ միասնորոգեալ բայց մեք միասնութեամբ զնոսա. զմի քս, զմի որդի, և զմի տէր խոստովանիմք. նա և զմի բնութեամբ բանին զմարմնացեալ.]

Եղ 66

Եղբա՛ դու ըստ խրատուն իմաստնոյն Սողոմոնի մի խոտորիր՝ ի յաջ, և մի յահեակ. այլ ընթացիր ընդ ուղիղ և միջին ճանապարհն. քանզի դուք նին չորք հերձուածողութիւք, հակառակք միմեանց դէմ յանդիման, երկու ըմն ամբարիշտութեան մարդէղութեն. զի յաղգ ամբարիշտն ասէր Սաբելիոսն, գոլ մի բնութեամբ և մի անձն. իսկ Արիոս ասէր զերիս անձինս և զերիս բնութիս տարբերս՝ ի միմեանց. Եկ 67 բայց մեք՝ ի բաց կալով յաղանդոյն Սաբելիոսի, ոչ շփոթեմք զերիսն՝ ի մի անձն. եւ հրաժարելով՝ ի սրամտութենէն Արիոսի՝ ոչ բաժանեմք զմինն՝ ի յերիս զանազան բնութիս. այլ քարոզեմք զմի բնութիւն գոլ ի յերիս անձինս. Նմանապէս և յաղագս մարդէղութեան բանին դիմեմ՝ առեալ ընդ մի միանալ Նեստոր և Եւտիքէս. քանզի Նեստոր ասէր զերկու բաժանեալ բնութիս, զերկու անձինս, զերկու քս, և զերկու որդիս. Իսկ՝ Եւտիքէս ընդ դէմ նորին ասէր մի անձն և մի բնութիւն. Եղբա՛՝ մեք ասեմք մի անձն, մի քս, մի որդի. և երկու կատարեալ բնութիս, զաստուածութիւն և զմարդկութեն միացեալս անբաժանելապէս և անշփոթապէս. Ուս ան և պարտ է՛ ձեզ. որպէս յաւանին ասացաք. ընթանալ ընդ ուղիղ և միջին ճանապարհն. ըստ որում և ասէր այն աստուածաբան հօրն պողոսն. Եթէ յորժամ զմիջին ասեմ. զձախակողմեանն խնայեմ. զի

Եղ

ան-

ՃԷ 57

ՃԸ 58

ՃԹ 59

ՄԾ

ſaluas & integras eſſe, tradit. *Credimus*, inquit, *in vnum Deum Patrem ingenitum, & in vnum Filium genitum, Ieſum Chriſtum, eiuſdem ſubſtantię cum Patre ſecundum diuinitatem, & nobiſcum ſecundum carnem: non duos, ſed vnum filium, ſaluis naturarum proprietatibus.*

Quin & magnus Ambroſius, Mediolanenſium Pontifex, ad Apollinarim ſcribens, ſic ait: *Diſcrimen carnis, & diuinitatis ſeruemus: vnus in vtroque loquitur Filius; quoniam vtraque natura in ipſo eſt. Verùm licet idem loquatur, non vno tamen modo loquitur: nam vides in eo nunc quidem Dei maieſtatem, nunc autem paſſiones hominis.* Conſentanea iam dictis & in ſecundo ad Gratianum Auguſtum libro tradit. *Homo Ieſus Chriſtus, Dominus maieſtatis, dicitur crucifixus; quia conſors vtriuſque naturæ, id eſt, humanæ, atque diuinæ.* Sed & in libro ad Sabinum Epiſcopum idem vir ſanctiſſimus ait: *Cum eſſet in proprietate diuinitatis, exinaniuit ſe, & accepit plenitudinem naturæ, & perfectionis humanæ: ſicut Deo nihil deerat, ita nec hominis conſummationi, vt eſſet perfectus in vtraque natura.*

Ambroſius ad Apollinarim.

Idem in lib. 2. ad Gratianū.

Idem in lib. ad Sab.

Generalis. Equidem arbitror, ante multos annos curæ tibi fuiſſe, libros vti colligeres, ſanctorumque virorum auctoritates de naturis duabus excerperes.

Theorianus. Ea verò multæ curæ, multique temporis egent, quæ rara ſunt, & inuentu difficilia: de duabus autem naturis non penuria, ſed ſupra modum ingens abundantia, copiaque reperitur in omni à ſpiritu Dei profecta ſcriptura, quanta ſcilicet eſt aërjs latè diffuſi amplitudo. Quarè ſi etiam pluribus opus ſit, paratus ſum & alias proferre.

60

Et quidem mox liceat audire magnum illum philoſophum, atque martyrem Iuſtinum, de ijſdem loquentem in libro de Trinitate, capite 17. *Cum audieris*, inquit, *de vno Filio voces contrarias, conuenienter partire naturis ea, quæ dicentur: ſi magnum, ac diuinum aliquid, diuinæ naturæ attribuens; ſin exiguum, & humanum, ad humanam naturam referens. Sic enim et ipſarum vocum diſcrepantiam vitabis, natura qualibet ſibi cognata recipiente; & vnum Filium tam ante omnia ſecula, quàm recèns ortum iuxta litteras ſacras confiteberis*. Hæc diuinus ille Iuſtinus.

Iuſtinus mart. in lib. de Trinit. c. 17.

61

Ioannes autem Chryſoſtomus in epiſtolæ ad Timotheum ſcriptæ interpretatione ſic ait: *Mediator amborum conſors eſt, quorum ſcilicet eſt mediator: quippe mediatoris eſt, vt coniunctus eorum vtrique, quorum mediator eſt, participet*. Ac paulò poſt: *Si ergo non coniunctus eſt cum natura Patris, non eſt mediator, ſed eſt ab eo ſeparatus. Quemadmodum enim*

Chryſoſt. in epiſt ad Timoth.

62

ղվկայու-Թեան վասն երկուց բնու-
Թեցն: ԱՐԻՆ. Բազում հոգի և բա-
զում ժամանակք պիտոյ են վասն այնց
նրաց, որք են տակաւ-ք և դժուարա-
գիւտք: նակ վկայու-Թեց երկուց բնու-
Թեցն ոչ գոյ պակասու-Թիւ. այլ առա-
տու-Թիւն մեծ: և այնչափ է՛ բազմու-
Թեան այնոցիկ՝ ի յիւրաքանչիւր սե
գերան. որչափ և մեծ է՛ լայնու-Թիւն
ծաւալէալ օդոյ: ուստի և պատրաստ
եմ առաբերել զայլ յոլովս. եԹէ գոն
պիտանացուք:

Լե արդ լուացուք տակաւ-ին
զմեծ վիճաբանիչն և զքեր սբ վկայն
Յուստինոս· որ՛ ի գիրսն նւրջղդա ա
նուանբ երրորդու-Թեն. ՛ի. Էէ. ներդ
զլուխն ասես այսպէս· Յորժամ լուիր
ցես վն միոյ որդւոյն զբառս հակառա
կաց. վէրաբերեալ քոյ պատշաճի առ
նւրաքանչիւր բնու-Թի զասացեալսն·
եԹէ լուեցես զմեծ ինչ և զաստ-այինն·
ուղղեա զայն առ աստ-այինն բնու-Թիւն·
ապա Թէ զխորը ինչ և զմարդկայինն·
յարաբերեա զայն առ մարդկայինն
բնու-Թիւնս զի այսպէս առնելով. միա
բանեցես զբացատմանու-Թիւն բառիցն. զի
նւրաքանչիւր բնու-Թիւն զիւրն առնու-
ցէ ինքեան· և և զոյ խոտորումն խզես զմի
որդի, ծնեալ առաջ քան զյաւիտեան
անդ, և զնոյն ծնեալ՛ ի վերջին ժամա
նակս ըստ սբ գրոցն·] ահա յայտնէ ս
ստ աստ-այինն այրն Յուստինոս·

Իսկ սբն Յոհան ոսկեբերանն՛ ի
մեկնու-Թի Թիմոթէոս առ ԱՐԻ
մեԹէոս, ասէ· Միջնորդն է՛ հաղորդիչ
երկոցունցն, որոցն է՛ միջնորդ· քանզի
պարտ է՛ միջնորդին. զի միաւորու-Թիւ
հաղորդեսցի երկաքանչիւր բնու-Թեանցն
նոցիկ, որոց լինի միջնորդ·] Լե յիս
տակաւ-ուց դարձեալ ասէ· Ահա Թէ

զի ամենայն բնութիւն առնելիս ոչ կարէ չարչարել՝ մարմնի". բայց սահայն քո արդարև չարչարեցաւ. Եպիկոն. Չարչարեցաւ արդեօք. բայց միայն՝ ի մեր մարդկային բնութեն որ կարէր չարչարել՝ մարմնի". Հաւատ ուրեմն քո զերկոս բնութիւն ոմնէր. զմինն, որով կարէր չարչարել. և զմիւսն, որով ոչ կարէր չարչարել՝

Ես՝ յետ որոյ այսու բանիւս խոցեալ եղև բերանն եպիսկոպոսին Պետրոսի. յարեալ սրբակրօն Եպիսկոպոսն Գրիգոր, ասաց. Ես՝ ի հռոմ եմ. և ընդ հռոմայեցւոց կողմանէ եմ. և միաբանիմ նոցայ. Հաւատ յետ երկուց աւուրց մեք դարձեալ կոչեցեալք, եկաք՝ ի վեր նստուցաւ առ սրբազան Կիւրեան. և եբրև բազմեցաք՝ ի միասին. նա խոսեցաւ ընդ ամենեսին, և ասաց՝

Կիւրեան. Որչինչ՝ միայ տարակուսութիւն՝ ի յասել զերկոս բնութիւն՝ ի քո. եթէ խոստովանիմք զնոսա այնպէս բաժանաբար միացեալս՝ ի մի անձնա հորութիւն՝ որպէս և այն սբն Կիւրեղ ասէ՝ ի յերկրորդ Թուղթն առ Եկեւնդոս, ասելով՝ Որբան մաօք և միայն հոգւոյ աչօք կարելի է տեսանել. Թէ զինարդ Միած՝ ենն մարդ եղև. երկու առնէ գոլ զմիացեալ բնութիւս. և մի տէր, և որդի, բայն այլ որ մաք միացան՝ և մարդացան՝] Սմանաւ՝ անդ զի և զայն այս ասէն յայտնապէս ամ գերապայծառ հաւրհայր՝ բիչքն Եկեղեցւոյ. զորոց վկայութիւս առաջաբերեաց Իմաստասէրն՝ Եկն որոյ անպատշաճ է՝ քաղաքանն մարդոյ, հակառակել տակաւին այնչափ յայտնի և բացատրեալ ճշմարտութեն՝ և այսու հետև մեզ ոչ է՝ պարտ աշխատիլ՝ ի վերայսր բանի՝ Բայց

reipſa Chriſtus paſſus eſt. *Epiſc.* Sed in natura noſtra, quæ ſic comparata eſt, vt patiatur. *Theor.* Ergo Chriſtus naturas duas habebat, vnam ſic comparatam, vt pateretur; alteram non vt pateretur.

His cum obturatum eſſet os religioſiſſimo Petro, ſupradictus religioſiſſimus Epiſcopus Gregorius, ſurgens: Ego Romanus ſum, inquit, & cum Romanis ſentio. Poſt biduum rurſus accerſiti, aſcendimus in cœnaculum ad ſanctiſſimum Generalem: cumque conſediſſemus, omnes ſic alloquutus eſt:

Gener. Nihil ambigui eſt, duas in Chriſto naturas dicere, ſi confiteamur eas vnitas inſeparabiliter in vnam hypoſtaſin; quemadmodùm ſanctus ille Cyrillus in prima ad Succeſſum epiſtola loquitur: *Quantùm*, inquiens, *mente, atque oculis animi duntaxat videre poſſumus, quo pacto Vnigenitus ille factus ſit homo: duas eſſe naturas dicimus vnitas, at vnum Chriſtum, & Filium, & Dominum, Dei Verbum: quod homo factum, & incarnatum eſt.* Quin etiam omnia illa lumina Eccleſiæ, quorum auctoritates anteà Philoſophus adduxit, hoc ipſum expreſsè clamant. Itaque manifeſtis, & apertis, & veris aduerſari, non eſt hominis Chriſtiani: ac de his quidem poſthàc minimè laborandum. Quid autem prohibet, quo minùs & duas naturas in vno Chriſto, & vnam

Cyrill. ep. 1. ad Succ.

vnam naturam, propter expertem diuiſionis & ſeparationis naturarum vnionem, confiteamur? quippe ſanctum illum Cyrillum in altera ad Succeſſum epiſtola ſic diſertè dicentem reperimus: *Non de ijs duntaxat, quæ naturâ ſimplicia ſunt, vnum verè dicitur; ſed etiam de illis, quæ compoſitione copulata ſunt: quale quiddam eſt homo, ex anima, & corpore conſtans; nam ea diuerſæ ſunt formæ, nec eiuſdem inter ſe ſubſtantiæ: verùm vnita naturam hominis vnam abſoluunt.* Quoniam igitur ex anima & corpore, quæ diuerſæ naturæ ſunt, vna natura hominis abſoluitur, atque dicitur; non abſurdum arbitror, ex diuinitate, humanitateque Chriſti vnam abſolui, dicique naturam. Hoc ſoluito; ac ſatisfactum nobis erit.

Idem in epiſt. 2. ad eundem.

Theor. Satis erat magnæ Sanctitati tuæ ad hoc, vt perſpiceres, non vnam eſſe dicendam naturam in Chriſto poſt vnionem, prolata ſancti viri, Gregorij Theologi, à nobis auctoritas, quæ extat in altera de filio oratione, ac hujuſmodi verba continet: *Licet vtraque natura copulata, ſit quiddam vnum; non tamen hoc à natura eſt, ſed propter coitionem.* Cum ergo dicit: Non hoc à natura eſt, dare ſcilicet prohibet, ne vtraque copulata vnum naturâ dicantur. Quid dilucidius hoc requiris?

Narian. Orat. 2. de Filio.

Gener. Sic textus in Armenica ſcriptura non habet. *Theor.* Mendoſus eſt ergo liber tuus. Mox

Theo-

78 79 80

ſանկան՝ ինչ սրինելէ մեզ, խոստովան
նել միանպատման և զերկու բնու-Թի՛ ի
մի քն, և և զմի բնու-Թի՛ ոչ անբա
ժանելի միաւորու-Թ բնու-Թի՛ն այ
նպիսի՛ ոչ զն սբն Կիւրեղ՝ ի յերկրորդ
Թու-ղԹն առ Ս՛էկունդոս գրե այսպէս.
ոչ Թէ միայն նոքա, որք ունին զմի
պարզ բնու-Թի՛, մի ինչ ասին. այլ և
նոքա, որք բաղադրու-Թ՛ են միաւո
րեալք. որպիսի՛ է մարդ, ի հոգւոյ և
ի մարմնոյ բաղադրեալ. զի Թեպետ
տգայ են զանազան կերպարանք, և
ոչ միմեանց հաամապատկեալք: սակայն
գոլով միաւորեալք, կատարեն զմի
բնու-Թի՛ մարդոյ:] Եւ՝ որոյ Թէ՛ ի
հոգւոյ և մարմնոյ, որք են երկու զա
նազան բնու-Թիք, կատարե և ասի մի
բնու-Թի՛ մարդոյ. ապա ոչ հաամարիմ
անդէպ, ի յաած-ու-Թենէ և մարդ-կու
Թենէ կատարել և ասել մի բնու-Թի՛
քն: Ա՛ղդ լու-ծեա զայսպիսի տատա
նումս-Թիս. և բաւ ապէս լինիցի մեզ
վճռեալ:

Ա՛րիւ. Եւ՝ ոչ ասելոյ զմի բնու-Թի՛
ի քն յետ միաւորման. այլ զայս էր գե՛րա
կատար Լիւրեղ-Թէդ-բաւ ականն լինել
ի վերայ ասացեալ բանիցն սրբոյ հօրն
Գ՛-բեգորի ած-աբանին. որ ի յերկրորդ
կնդրեզեանն յաղագս որդ-ու-թ այսպէս
ասէ. Թ-եպետ և երկուքին միացեալ
բնու-Թիքն են մի ոմն. սակայն ոչ լինի
այս՝ ի բնու-Թենէ. այլ վն միաւորու
Թեն:] Ա՛ս-տուած ասելով. Թէ ոչ լինի
այս՝ ի բնու-Թենէ յայտնապէս ապգե
լու-ասել մի բնու-Թի՛ զերկոսեան միա
ցեալսն: արդ զինչ խնդրես առաւել
յայտնի քան զայս:

Կրթան. Ա՛յդպէս ոչ է պարտ՝ ի
գերան աշ-ածաբանին Թարգմանեալ՝ ի
հայս: Ա՛րիւ. Ա՛պա սղալ է գրեալ

եթէ առ այն միայն հայեսցուք . բա-
րի ոչ արասցուք ։]

Եւ անսպասելիօք ի քեզ՝ երկնչել
ի Թուոյ երկուցին ։ զի որպէս և մեք
ասելով զերիս անձինս ի մի աստու-
ծեն, ոչ այսու բաժանեմք զմի բնու-
թիւնեմ և ի անօրէնութեաս այսմիկ
ասելով զերկու բնութիւն , այսու ոչ
հաստանեմք զմի անձն քի ։ Եւ այս է
այն զոր ասէ աստուածաբան հ֊բնծորիոսն
ի յերկրորդ գիրսն առ Կլէդոնիոս ։
Թէ Եւս ասեմ այլ ինչ և այլ ինչ. ոչ ոյզ
ի յերրորդութենն , յորում նիւն հակա-
դարձաբար լինի ։ վա զի անդ այլ ոչ .
և այլ ոչ . զի մի չիոնթէացուք զան
ձինս . բայց ոչ այլ ինչ և այլ ինչ. զի
երէքեանն մի են ըստ աստուածեն ։ Եւ
ես որոյ խորհիր մատադրութիւ զնե-
բանիւր շարադրութենէ բանիցն սրբա
կրօն հայրապետին ։ նախ ասէ . Թէ Ես
ասեմ՝ ի քս այլ ինչ և այլ ինչ ։ բանզի
այլինչն չեզոքական սեռիւ եդեալ՝նշա
նակէ զբնութենն . ուստի զայլ և զայլ
բնութես խոստովանի ի քրիստոս այլոյն
նշանակէ զանձն . զոր այսոցիկ հետեւի,
և ասէ . բայց ոչ այլ ոչ , և այլ ոչ ։ Եւ
դարձեալ՝ նայեա առ այն . Թէ ոչ ոչ
պէս ի յերրորդութենէն , յորում նիւն
հակադարձաբար լինի ։ զի ի յերրոր
դութենէն է մի բնութիւն . բայց ոչ մի
անձն։ նակ ի քս է մի անձն. բայց ոչ մի
բնութիւն ։ Եւ այս է զոր նշանակէ հա
կադարձաբանն ։ զի անդ է մի բնու
թիւն , և երեք անձինք . նակ աստ մի
անձն , և երկու բնութիւն ։

Եւ յետ ասացելոցս այսոցիկ՝ սրբա
կրօն նախնորպան հ֊բնծոր , ազգա
կան ամենասէր կաթողիկոս , աստուածակ հայ
րենի աղաղակեաց և ասաց. Եւս ի հոգով
մայեցուց կոչմանէ եմ . որ ոչ ոչ ասէ

quemadmodùm Gregorius ille
Theologus ait : *Medium cum dico,* 69
veritatem intelligo ; ad quam ſolam
ſi reſpiciemus, rectè faciemus .

Nec eſt , quòd numerum duorũ reformides: quemadmodùm enim, cum in Diuinitate tres hypoſtaſes dicimus , nullam naturæ diuiſionem facimus; ſic & in hac diſpenſatione , cum duas naturas dicimus , nullam ipſius hypoſtaſis diuiſionẽ facimus : atque hoc illud eſt, quod Gregorius Theologus in 2. ad Cledoniũ libro dicit : *Dico autem aliud atque aliud* ⁊*verſa* ⁊*vice , atque in Trinitate res habet . illic enim alius atque alius , ne* ζ *hypoſtaſes confundamus: non autẽ aliud* 70 *atque aliud ; quòd tria ſint* ⁊*vnum, & idem ſecundum diuinitatem .* Rectè verò quamlibet ſeriem verborum religioſi huius Theologi conſidera. *Dico*, inquit , in Chriſto *aliud atque aliud*; nã aliud , neutro genere poſitũ, naturam ſignificat ; adeòque aliam atque aliam naturam in Chriſto dicit . Alius verò ſignificat hypoſtaſin ; ideò ſubiecit : *Non alius atque alius* . Etiam illud inſpice : *Verſa* ⁊*vice , atque in Trinitate res habet .* Nam in Trinitate vna natura eſt, ſed non itidem vna hypoſtaſis: in Chriſto autem vna hypoſtaſis eſt, & non itidem vna natura : hoc ſcilicet denotat illud : *Vice* ⁊*verſa* . Nam ibi natura vna eſt , ac tres hypoſtaſes : hìc autem vna hypoſtaſis, & duæ naturæ .

His dictis , religioſiſſimus Epiſcopus Gregorius, ſanctiſſimi Generalis Conſobrinus , voce magna

exclamabat: Ego Romanus ſum. Anathema non dicenti duas in Chriſto naturas.

Poſtridiè religioſiſſimus Sappirij Epiſcopus aduenit; itaque cum illo Generalis ſeorſum ea communicabat, quæ de propoſita quæſtione dicta fuiſſent: etiam oſtendit ei quaſcunque ſanctorum hominum auctoritates habebat, duas in Chriſto naturas dicentium. at is, quòd diſertus eſſet, ad lubitum ſuum eas peruertebat. itaque cum Generalis eum valdè reſiſtentem, ac repugnantem deprehenderet, nos accerſebat, & his verbis vtebatur: Petrus hic Epiſcopus, qui præſens eſt, colloqui tecum de argumento, quod inter nos tractamus, cupit; ait enim, ſanctum virum Cyrillum vnam dicere naturam poſt vnionem.

Theorianus. Vbi nam hoc, Domine Epiſcope, ſanctus Cyrillus dicit? *Epiſcopus*. In ſecunda ad Succeſſum epiſtola, aduerſus eos, qui dicunt: Si vna natura facta eſt poſt vnitionem, neceſſe eſt, eum in natura ſua paſſum; ſic ad verbum ait: *Qualia verò paſſum ipſum in natura propria, neceſſe eſt, ſi poſt vnitionem vna filij natura dicatur incarnata?* Vides ne, quòd poſt vnitionem vnam naturam dicat? *Theor*. Et quænam eſt illa propria filij natura, in qua neceſſe non eſt, eum eſſe paſſum? *Epiſc*. Diuinitas filij. *Theor*. Ergo filius in natura propria non eſt paſſus? *Epiſc*. Abſit hoc; quippe natura diuina ſic comparata non eſt, vt pati poſſit. *Theor*. Tamen reipſa

Cyril. ep. 2. ad Succ.

72

73

74

ի ըս զերկու բնութիւն, նզովելոյ լինի։

Զայսմ ի վաղիւն եկն առ մեզ Պետրոս սրբակրօն եպիսկոպոսն սա ի ներքս։ զոր և առեալ կաթուղիկոսն ի զատ. ծանոյց նմա զրոյնս առաջեալ եղև յառաջ ի տրամբանութիւն. և եւս նոյոյ նմա զամ վկայութիւնս սրբոց հարցն յորս էր կոյս բնութեցն։ Թեպետ և ինքն Պետրոս ոչ հաճանէր, դարձեալ ցանէր զվկայութիւնս զոյնոսիկ առ ի միտս եւր։ ուստի կիւն գտեալ զնա հակառակող. կոչեաց զմեզ և ասաց։ Պետրոս եպիսկոպոս յայն կայ խօսել ընդ քեզ ի մէր առաջի կայ բանիս. և ասէ, Թէ սէն Կիւրեղ ասաց մի բնութիւն յետ միաց մանն։

Տէր՛. Յորում առեղծած զայդ ասէ սէն Կիւրեղ ոմ աեր եպիս կոպոս։ Եպիկան. ի յերկրորդ Թուղթն առ Սէկուենդոս. ներքս գրելով ընդ դեմ նոցայ, որք ասէին. զի եթէ յետ միացմանն մի բնութի ասէ. ապա ի հարկէ բանն չարչարեալ էր ի յիւրեան խրեան բնութեն։ Ես պատասխանատուէ սէն Կիւրեղ այսպէս. մէն էր հարկաւոր էր նմա չարչարել ի յիւրեանն բնութեն, եթէ յետ միաց մանն մի բնութեն որդւոյ ասացեր մարմնացեալ։] Ոչ ապաքէն առեալ նես. որպէս յետ միացմանն զմի բնութի ասէ։ Տէր՛. Հաւքն ոչն է՛ որդւոյ այն իւրեանն բնութեն, որ ի հարկէ ոչ պատրաստ էր չարչարել Եպիկան. Է՛ ասէ բնութեն որդւոյ Տէր՛. Ուրեմն որպէս ոչ չարչարեցաւ ի յիւրեանն աստուածային բնութեն։ Է՛պիկան. քան լինի.

Theorianus, qui eius dicti Syriacam interpretationem excerptam habebat, eam Generali porrigens, ait; Lege Domine. Generalis autem, accersito quodam ex ijs, qui Syriacè legere nossent, legi iussit, & ita scriptum reperit, vti Theorianus dixerat.

Itaque Theorianus: Hoccine sufficit, inquit, Domine? an etiam & aliam requiris auctoritatem? nam equidem Syriacè non noui, sed ita perscriptum in Syrorum libris Cessunij reperi; atque hoc reperto, maximoperè gauisus sum. *Gener.* Quando in Armeniorum scriptura textus ita non habet, aliunde certior fieri volo, debere nos duas in Christo naturas post vnionem fateri, non vnam. *Theor.* Facillimum id quidem ei perspectu, qui agere malitiosè nolit. *Gener.* Mihi verò ne contingat vnquam agere malitiosè, præsertim diuinis in rebus; nec vlli alij, qui ex Christi præscripto viuere velit: sed confirmari desidero, ne inconsideratè, perque subreptionem pronuntiem.

Theor. Fateris, vnitas esse naturas citra mutationem, & alterationem? *Gener.* Omnino; quippe sanctus ille Cyrillus in epistola ad Successum sic ait; *Par est, quod absurditatem attinet, dicere; quòd corpus in Diuinitatis naturam mutatum sit, & vicissim, quòd Verbum mutatum sit in naturam carnis: nam sicut hoc fieri nequit, cum ipsum Verbum sit incommutabile, & alterationis expers; ita nec illud alte-*

Cyrill. e ad Succ

rum : non enim creatorum quidquam ad naturam diuinitatis tranſire poteſt ; & caro quoque creatura eſt.

Theor. Ipſe nos ſubleuaſti à negotijs, qui ſanctum Cyrillum teſtem doctrinæ noſtræ produxeris. Nam ſi fieri nequit, vt in ſubſtantiam, vel naturam diuinitatis creatum aliquod tranſeat; & ipſa quoque caro creatum eſt; quidnam de hoc colligatur, ipſe dicito. *Gener.* Quid hoc ſit, ignoro; quidnam eſt, quod colligis? *Theor.* Carnem, & Verbum non vnam eſſe naturam.

Gener. Equidem non oblitus ſum eorum, quæ à ſancto Cyrillo prolata ſunt anteà, cum diceret: *Quale quiddam eſt homo, ex anima & corpore conſtans; nam ea diuerſæ ſunt formæ, nec eiuſdem inter ſe ſubſtantiæ: verùm vnita, naturam hominis vnam abſoluunt.* En hìc quoque naturæ duæ, anima, & corpus; neque tamen vel anima corporis in naturam conuerſa eſt, nec corpus in animæ naturam tranſijt; ſed ambobus intra fines ſuos manentibus, vna de his abſoluta natura eſt. Itaque non eſt ex eorum numero, quæ fieri nequeunt, ex duabus naturis vnam fieri naturam: nam ecce hoc in hominis eſt compoſitione.

Theor. Exemplum illud noſtræ compoſitionis ad hoc duntaxat à ſancto Cyrillo eſt vſurpatum; vt oſtenderet, poſſe de duabus, ac diuerſis naturis vnam hypoſtaſin fieri; ſicut ex anima, & corpore Petrus

84 85 86

անախտանալի, և անապականելի. նոյն պէս և անհնարին է այս. զի ոչ կարէ առեղծեալ ինչ անցանել ի բնութիւն աստուածեան. զի և մարմինն արդեօք առեղծեալ նիւթ է։]

ՄՐբ՝. Դու իսկ քեզ քեզ ասացեր մեզ զաշխատութիւնս. որ ի մէջ աստը ցնբեն Կիւրղէ վկայ վարդապետութեա մերոյ։ քանզի եթէ անհնարին է, առեղծուած ինչ անցանել ի բնութիւն աստուածեան. և եթէ նոյն մարմինն է առեղծուած ինչ. ապա դու իսկ ասացեր, թէ զինչ ի սմանէ եղբակացուցանես։ Կիւրեան. Ես ոչ գիտեմ, թէ զինչ ի սմանէ եղբակացուցանեմ։ այլ դու զինչ եղբակացուցանես։ ՄՐբ՝. եղբակացուցանեմ. թէ մարմին և բանն ոչ են մի բնութիւն։

omnia ſtatuit , vt ſanctorũ cccxviij. Patrum fides inconuulſa permaneat . Ac propter eos quidem , qui Spiritum ſanctum oppugnant , doctrinam de ſubſtantia Spiritus à ſanctis illis c l. Patribus , aliquot poſt annis in auguſta Vrbe congreſſis , traditam confirmat ; quam illi vniuerſis notam fecerunt , non quaſi quiddam afferentes , quod prioribus deeſſet ; ſed ſuam de Spiritu ſancto ſententiam aduerſus illos , qui poteſtatem eius abolere conabantur , ſacrarum litterarum teſtimonijs illuſtrantes . Propter eos verò , qui Sacramentum dominicæ diſpenſationis falſariorum more corrumpere tentant , & impudenter purum hominem eſſe nugantur eum , qui de ſancta virgine Maria procreatus fuit ; beati Cyrilli , qui Alexandrinæ paſtor Eccleſiæ fuit , Synodales ad Neſtorium , & Orientales Epiſcopos litteras ſibi conſentientes amplexata eſt , tum ad Neſtorianæ dementiæ confutationem , tum ad interpretationem pro ijs inſtitutam , qui pio zelo Symboli ſalubris intellectum deſiderant ; atque his epiſtolam quoque beatiſſimi , ſanctiſſimique Archiepiſcopi Leonis , illius maximæ Romæ Præſidis , ad ſanctæ memoriæ Flauianum Archiepiſcopum , euertendæ deprauationis Eutychianæ causà ſcriptam , veluti magni illius Petri confeſſioni conuenientem , & columnam quãdam rectæ ſententiæ publicam aduerſus malarum opinionum auctores , ad orthodoxa dogmata ſtabiliẽ-

Qq da ,

da meritò coniunxit. Nam & ijs hæc opponit ſele, qui Sacramentum diſpenſationis in duos filios diſtrahere nituntur; & eos cœtu Sanctorum expellit, qui paſſibilem dicere diuinitatem Vnigeniti audent; & ijs reſiſtit, qui in duabus Chriſti naturis commiſtionem, vel confuſionem excogitant; & eos exterminat, qui ſumptam de nobis ſeruilem formam, cæleſtem eſſe, vel alterius cuiuſdam ſubſtantiæ delirant; & eos, qui duas quidem Domini naturas ante vnionem fabulantur, vnam verò poſt vnionem fingunt, anathematizat.

Sequentes ergo ſanctos illos Patres, vniuerſi conſona voce vnum & eundem filium, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum confitendũ eſſe docemus: eundem in diuinitate perfectum, & eundem perfectum in humanitate: verè Deum, & eundem verè hominem, ex participe rationis anima, corporeque conſtantem: eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ ſecundum diuinitatem, & eundem nobiſcum eiuſdem ſubſtantiæ ſecundum humanitatem, ſimilem nobis per omnia, excepto peccato: ante ſecula quidem ex Patre genitum quoad diuinitatem; extremis verò diebus eundem propter nos, & ſalutem noſtram, natum ex Maria Virgine Deipara ſecundum humanitatem: vnum & eundem Chriſtum, Filium, Dominum, Vnigenitum, qui duas in naturis citra confuſionem, mutationem, diuiſionem, ſeparationem agnoſcitur;

nequa-

մ՚դ 204

մԷ 205

մ՚զ 206

աւերիչ չար կարծեացն աղանդոցաց, և հաստատակից ուղղափառ վարդապետութեանց-ՔԵԳ-քանզի հակառակ է նոցայ, որք կամին բաժանել զանօթ-նու-ՔԵ խաչհատ-ըդն ի յերկու որդիս, և մերժէ ի հօտէ սրբոյն զոխտոսիկ, որք ելհեն ասել չարչարելի զնած-ուՔԵն միած-ին որդոյն ասյ. և ընդդէմ կանայ հնարողաց զեռաւնակուԹիս և զչիմԹուԹիս երկուց բնու-ՔԵանցն ելի. և արհամարհէ զնոսայ որք վայրապարսին, զառեալն ի մէնջ ծառայական կերպարանն գոլ երկնային, կամ ասյոյ օտար գոյացու-ՔԵ. և նզովէ զոխտոսիկ, որք առասպելեն զերկու բնու-ՔԵ ի ցն առաջ քան զմիաւ որս-ՔԷ, խակ յետ միաւ-որս-ՔԷն զմի բնու-ՔԵ եղէալ:

Ո-ըեմն ապա և մեք զհետ երԹալոյ զկնի սրբոց վարդապետացն այնցիկ, ամենեքեան համաձայնու-ՔԷ ուսու-ցանէմք, խոստովանել զաէ ընդ մեր յն քն՝ զմի և զնոյն որդի, զնոյն ինքն կատարեալ ի յաած-ուՔԷ և զնոյն կատարեալ ի մարդկու-ՔԷ ած ճշմարիտ, և զնոյն՝ մարդ ճշմարիտ բաղկացեալ ի բանական հոգւոյ և ի մարմնոյ. հաւասարակից հօր ըստ ած-ուՔԷ, և զնոյն՝ հաւասարակից մեզ ըստ մարդկու-ՔԷ. ամ ևրօք մեզ նմանակից, բայ ի մեղաց. առաջ քան զյաւ-հառնանս ի հօրէ ծնեալ ըստ ած-ուՔԷ, խակ ի յետին աւ-ուրս զն մեք և մերոյ փրկուՔԷ նոյն ինքն ծնեալ ի սբ կուսէն Մարիամայ ած-ածնէն ըստ մարդկուՔԷ. զմի և զնոյն քն, զմի որդի, զմի առ և միած ին. որ ի յերկուս բնուՔիս ճանաչի անշփոԹ և անփոփոխ, անանջատելի և անբաժանելի. ոչ պղով ի բաց բարձեալ զանաղանուՔի բնու-ՔԵցն վասն միաւ-որս-ՔԷն,

այլ առաքել առողջ մտալով յատ
կութիւն երկաքանչիւրոյ բնութեան,
որք միացան ի մի անձն և ի մի ենն
Բանիայութիւն. ոչ բաժանեալ, կամ
հատեալ ի յերկուս անձինս. այլ մի,
և նոյն որդի, միածին, ած բան, և
աէր մեր յն քրիստոս. որպէս և յառաջ
մարգարէքն մեզ ուսուցին զնմանէ.
այլ և ս որպէս ինքն յն քս ուսոյց մեզ.
և սբ հարքն աւանդեցին մեզ ի դաւ
անութիւնն։

հՀՈՐ քանզի այս ամ հաստատեալ
եղև ի մէնջ մեծ-ամեծ զգուշութիւբ և
քննութիւբ. սահմանեաց այս սինէզ
րանան սբ Լիւնհոդոս, հրամայել,
զի մի ոք առաջաբերցէ, կամ գրեսցէ, մբ
կամ շարադրեսցէ, կամ դաւանեսցէ, 208
կամ ուսուսցէ զայլ հաւատս։ վասն
որոյ եթէ եպիսկոպոսն ոմանք զայլ հաւ
ատս շարադրել, կամ առաջաբերել,
կամ ուսուցանել, և կամ աւանդել
զայլ դաւանութիւն սոյացնիկ, որք կա
մին դառնալ ի ճանաչութիւն ճշմարտու
թեան, թէ ի հեթանոսաց, թէ ի
հրէից, թէ յոր ինչ հերձուածոցն թէ
նէ այլոմէ. այսպիսիք՝ եթէ եպիսկո
պոսք նոցին կամ թէ կղերիկոսք, զկէ
ս լեցին ի կարգէ եպիսկոպոսի և կղերի
կութեց. եսկ եթէ կրօնաւորք, կամ աշ
խարհականք, նզովեալ լեցին։

Լ ՈՒ զինչ ընթերցան սահմա մբ
նեն բազկեդոնի ժողովոյն գերբն 209
հայոց գտան ի էղև հաւանաբար ընդդրոյն
հռովմայեցւոց։ և յետ որոյ մեկնեալ
եղեն բառք ոմանք նոյն սահմանին,
որք երևեալ էին հեթանոս անյայտս. ա
սաց Լ՛՛րհանէ ցկեթան։ հՀՈՐ տեսա
նես. տէր որբազան. թէ որպէս այս
սինհոդոսն. ո. ՀՀ. սրբոց հարցն, ի
բազաքն բազկեդոնի ժողովելոց, ոչ

յէ սահ

nequaquam naturarum discrimine propter vnionem sublato, sed vtriusque naturæ proprietate salua potiùs, & in vnam personam, vnamque hypostasin coëunte; non in duas personas discerptum, vel diuisum; sed vnum, & eundem filium, Vnigenam, Deum Verbum, Dominum Iesum Christum; sicut olim Vates de ipso, & ipse nos Dominus Iesus Christus erudijt, & Symbolum illud Patrum nostrorum tradidit.

His ergo cum omni vndique accuratione, diligentiaque à nobis sancitis, sacra, & vniuersalis Synodus decreuit, nemini fas esse, fidem aliã proferre, vel in litteras referre, vel componere, vel amplecti, vel alios docere. Si qui verò fuerint ausi, fidem aliam vel componere, siue proferre, vel docere, vel aliud ijs Symbolum tradere, qui de Paganismo, vel Iudaismo, siue Secta quacunque, veritatis ad agnitionem se conuertere volunt: eos, si fuerint Episcopi, vel Clerici, tam ab Episcoporum, quàm Clericorum ordine remouet; sin monachi, vel laici fuerint, anathemati statuit esse subiectos.]

POsteaquàm Concilij decretum recitatum fuisset, atque liber Armeniorum Romano respondere deprehensus; satis essent denique declaratæ Concilij voces, sanè tolerabiles, quæ Generali vilæ fuerant obscuræ: Theorianus hisce Generalem verbis compellabat: Vides, sanctissime Domine, sacrum illum Cœtum ɔɔcxxx. diuinorum Patrum,

Qq 2 in

in Oppido Chalcedonenſi congregatorum, non modò nihil extra dogmatum rectitudinem vel loquutum eſſe, vel ſenſiſſe; ſed ne vna quidem peregrina voce ad huius diuini decreti expoſitionem vſum. Nam fidem Patrum ſe maiorum ætate retinuit, & ipſa quoque verba. Oſtendam verò tibi, ſi placet, ex quibus antiquioribus diuis Patribus hi beati Patres vocē quamlibet huius decreti ſumpſerint: cōplures quidem certè de Cyrilli Commentarijs vſurpatæ ſunt, quem vos magis, quàm alios, ſequi decreuiſtis. *Gener.* Perlubenter id quidem audiemus, ſi dicere tibi libuerit. *Theor.* Si dicere non libuiſſet, non promiſiſſem. Verùm per inciſa ſingula Concilij decretum recitetur, & ad quodlibet inciſum decreti, dictum illius, à quo ſumptum eſt, adijcjatur.

Verba Definitionis Chalc. Cōcilij, ex Commentarijs D. Cyrilli vſurpata oſtenduntur.

EX DECRETO.

Sequentes ergo ſanctos illos Patres, vniuerſi conſona voce vnum, & eundem filium, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum confitendum eſſe, docemus.

Cyrilli, ex 1. ad Succeſſum epiſtola.

Edocti ſumus à Scriptura ſacra, ſanctiſque Patribus, vt vnum filium, & Chriſtum confiteamur. *Eiuſdem, ex epiſtola ad Eulogium:* Nos vnitis hiſce, Chriſtum vnum, eundē vnum filium, vnum Dominū confitemur.

EX

210

211

212

Ի ԱՒԵՏՄԱՆԷՆ.

ՍԺԳ
213 Օնոյն ինքն կատարեալ ի յածո-
ւԹիւն. և զնոյն կատարեալ ի մարդ-
կութիւն.

Ի Կիւրղէ Աղեքս. առ Յո-
հաննէս.

Նոյն ինքն կատարեալ ի յածո-
ւԹ. և կատարեալ նոյն ի մարդկու-
ԹիւՆ Է՛ ի նմին Աղեքս. առ Թա-
գուհիսն ՀԱպա՛ ԵԹԷ զայս և այլ
ցեմ. համարեմ զբաւն ոչ առնել. զի
որպէս կատարեալ է ի յածուԹիւն
բանն այն ի հօրէ ծնեալ. նոյնպէս և ՍԺԴ
ի մարդկուԹիւն կատարեալ է, ըստ 214
բանի մարմնոյն նորոյ. զի ոչ զանկեա
դուռնակ հոգւոյ զմարմին էառ. այլ
զկենդանացեալն հոգով բանական
նաՀ.

Ի ԱՒԵՏՄԱՆԷՆ.

ԱՀԾ Ճշմարիտ. և զնոյն՝ մարդ Ճշմա-
րիտ, բաղկացեալ ի բանական հոգւոյ
և ի մարմնոյ. հաւասարակից հօր
ըստ ածուԹԷ, և զնոյն հաւասարա-
կից մեզ ըստ մարդկուԹԷ. ամ նոյն
մեզ նմանակից, բաց ի մեղաց. առաջ
քան զյաՀԽսեանս ի հօրէ ծնեալ ըստ ՍԺԵ
ածուԹեան. իսկ ի յետին աՀուրս 215
վասն մեր և մերոյ փրկուԹեան նոյն
ինքն ծնեալ ի սուրբ կուսէն Մարիա
մայ ածածնէն ըստ մարդկուԹԷ.

Ի Կիւրղէ Աղեքս. առ Յո-
հաննէս.

ԱՀԾ կատարեալ, և մարդ կատա-

EX DECRETO.

Eundem in diuinitate perfectum, & eundem perfectum in humanitate.

Cyrilli, ex epistola ad Ioannem.

Idem perfectus in diuinitate, ac perfectus idem in humanitate. *Eiusdem, ex epistola ad Augustas.* Præterea si hoc quoque priùs atteſter, rectè me facturum arbitror: quemadmodùm enim perfectus est in diuinitate genitus ille de Patre Sermo, sic & in humanitate perfectus est, ՍԺԴ secundum ipsius humanitatis ratio- 214 nem; nec expers animæ corpus assumpsit, sed animatum potiùs per animam rationis participem.

EX DECRETO.

Verè Deum, & eundem verè hominem, ex participe rationis anima, corporeque constantem: eiusdem cum Patre substantiæ secundum diuinitatem; & eundem nobiscū eiusdem substantiæ secundum humanitatem: similem nobis per omnia, excepto peccato; ante secula quidem ex Patre genitum quoad diuinitatē; extremis verò diebus eundem propter nos, & salutem nostram, natum ex Maria Virgine Deipara secundum humanitatem. ՍԺԵ 215

Cyrilli, ex epistola ad Ioannem.

Deum perfectum, & perfectum homi-

hominem, ex anima participe rationis, & corpore conſtantem: ante ſecula quidem ex Patre genitum quoad diuinitatem; extremis verò diebus eundem propter nos, & ſalutem noſtram, natum ex Maria Virgine ſecundum humanitatem: eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ ſecundum diuinitatem; & eundem nobiſcum eiuſdem ſubſtantiæ ſecundum humanitatem.

եմէղ 216 բնաւլ, ՚ի բանականն հոգւոյ և ՚ի մարմնոյ բաղկացեալ. առաջ քան զյաւիտեանս ՚ի հօրէ ծնեալ. իսկ ՚ի յետին աւուրս նոյն ինքն վասն մեր և մերոյ փրկութեանն ծնեալ ՚ի սուրբ կուսէն Մարիամայ ըստ մարմնոյ. հայրապետից հօր ըստ աստուածութեան, և նոյն մեզ համայրապետից ըստ մարդկութեան:

EX DECRETO.

Vnum, & eundem Chriſtum, Filium, Dominum, Vnigenitum, qui duabus in naturis citra confuſionem, mutationem, diuiſionem, ſeparationem agnoſcitur.

Օմն և զնոյն քրիստոս, զմի որդի, զմի տէր և միածին, որ ՚ի յերկուս բնութիւնս ձանաչէն անշփոթ եմէ 217 և անփոփոխ, անանջատելի և անբաժանելի:

՚ի Կիւրղի Աղեքս. ա. առ Լեւկոնդիոս:

Cyrilli, ex 1. *ad Succeſſum epiſtola.*

Itaque modum aſſumptionis humanæ naturæ animo conſiderantes, naturas duas coiuiſſe per vnionem, videmus, citra diuiſionem, confuſionem, & mutationem. Caro enim caro eſt, non diuinitas; licet Dei caro facta ſit: ſimiliter & Verbum Deus eſt, non caro; licet diſpenſatione quadam carnem propriè ſuam fecerit. *Eiuſdem, ex eadem epiſtola*: Duas 218 naturas eſſe dicimus, vnũ verò Chriſtum Ieſum, Dominum, Dei Verbum incarnatum. *Eiuſdem, ex epiſtola ad Neſtorium*: Nec carnem dicimus in diuinitatis naturam eſſe conuerſam, nec ineffabilem Dei Sermonem in naturam carnis translatum: eſt enim incommutabilis, &

զՀ աղաչեմք զձեզ եղբարս, զի զայս ամենայն խորհելով զկէրպսն առնման զմարդկայինն բնութեանն, առանձինն զերկու բնութիւնս միայ միմբ շաղկապելոյ առանց բաժանման, շփոթման, և փոփոխութեան. քանզի մարմինն՝ է մարմին, և ոչ աստուածութիւն. Թէպէտ և այ մարմին եղեալ է. նմանապէս և բանն՝ աստուած է, և ոչ մարմին. Թէպէտ և անօրէն եմէղ նոքօք ինչ զիւր արարք զմարմինն:] Եւ ՚ի նոյն Աղեքս. ասէ. Երկուասէմք զդէնս-Քիս. և զմի քրիստոս, և տէր, բանն այ մարմնացեալ:] Եւ ՚ի նորին Աղեքս. առ Եւեստոր: ՈՉ ասեմք, Թէ մարմինն փոխեցաւ ՚ի բնութիւն աստուածութեան. և ոչ, Թէ անճառելի բանն այ էանց ՚ի բնութիւն մարմնոյ. զի անփոփոխելի է, և անայլայլելի, և միշտ նոյն ինքն ըստ ամենայնի:]

Ես՝ ի նորին Թղթոյն առ Վղղոկեոս
Հոյակապէս և Հանճարով Գեղեցիկ ասէ
եղեալ բնութիւն. նշանակելով զտարբերութիւնն մարմնոյ և բանին. քանզի այլ է՝ բնութիւն բանին. և այլ՝ բնութիւն մարմնոյ: սակայն ոչ խոստովանի ընդ մեզ զմիաւորութիւն: քանզի մեք միաւորելով զնոսա, խոստովանիմք մի զբնաւոս, մի որդի, և մի տէր:

մԽԸ
219

Ի ԼՍՒԱԾՀՄԱՀՆԷՆ:

Ոչ դրոյով ի բաց բարձեալ զանարատ նութիւն բնութեանցն վս միաւորութեան

մի
220

Ի Կիւրղի Թղթոյն առ Նեստոր:

Ոչ նբրև ի բաց բարձեալ զանարատ նութիւն բնութեանցն վասն միաւորութեան:

Ի ԼՍՒԱԾՀՄԱՀՆԷՆ:

Այլ առաւել զանազանել զիարտ կութիւն երկայնանշնորոյ բնութեանն:

Ի Կիւրղի. Բ. Թղթոյն առ Աքակեոնդոս.

մԽա

Թեպետ և մի որդի ասի ի մէնջ 221
մարմնացեալ և մարդացեալ միածինն որդին այլ ոչ վասն այսորիկ լինի խառնեալ ըստ կարծեացն եւթեանց. զի բանին բնութիւն ոչ էանց ի բնութիւնս մարմնոյ. և ոչ մարմնոյ բնութիւն ի բնութիւն բանին: այլ նմանի եղ կարծանշնութիւն միասի ի յատկութիւնն եւ ըստ կնթռի, որ ի վերոյ ասացեալ եղև ի մէնջ:

Յ Ի ա ի

inalterabilis, semper idem manens, secundum Scripturas. *Eiusdem, ex epistola ad Eulogium*: Sic & in causa Nestorij, quamuis duas naturas, discrimen carnis, & Verbi significans, dicat: (nam alia natura Verbi est, alia carnis) vnionem tamen nobiscum non confitetur. Nos enim his vnitis, vnum Christum, vnum Filium, vnum Dominum confitemur.

EX DECRETO.

Nequaquam naturarum discrimine propter vnionem sublato.

Cyrilli, ex epistola ad Nestorium.

Non tanquam naturarum discrimine sublato propter vnionem.

EX DECRETO.

Sed vtriusque naturæ proprietate potiùs salua.

Cyrilli, ex 11. ad Successum epistola.

Licet enim vnus à nobis dicatur vnigenitus Dei Filius incarnatus, & homo factus: non tamen ideo commistus est, de ipsorum opinione; nec vel natura Verbi in naturam carnis transijt; nec carnis natura in naturam Verbi: sed vtroque in sua proprietate manente simul, ac intellecto, secundum expositam à nobis modò rationem.

EX

EX DECRETO.

Et in vnam perſonam, vnamque hypoſtaſin coëunte.

Cyrilli, ex epiſtola ad Ioannem.

Et tanquam in vna perſona vnitis: vnus enim Dominus Ieſus Chriſtus; tametſi naturarum diſcrimen non ignoratur. *Eiuſdem ex* 11. *ad Neſtorium epiſtola*: Vni ergo perſonæ omnes in Euangelio voces attribuendæ ſunt, vnique hypoſtaſi Verbi incarnatæ: Chriſtus enim Ieſus vnus Dominus eſt, ſecundum Scripturas.

EX DECRETO.

Non in duas perſonas diſcerptũ, vel diuiſum; ſed vnum, & eundem filium vnigenam, Deum Verbum, Dominum Ieſum Chriſtum.

Cyrilli, ex epiſtola ad Succeſſum.

Non in duas perſonas Filium diſcerpetur; ſed manſit vnus, & idem Dominus Ieſus Chriſtus.

EX DECRETO.

Sicut olim Vates de ipſo, & ipſe nos Dominus Ieſus Chriſtus erudijt, & Symbolum illud Patrum noſtrorum tradidit.

մեբ 222

մեգ 223

մեդ 224

Cyrilli

յ֊ֆ֊ե

Ի ՄԱՀՄԱՆԷՆ:

Որք միացան ի մի անձն, և ի մի ենթակայութիւն.

Ի ԼԻՒՐԻՆ ԹՂԹՈՅՆ ԱՌ ՅՈՀԱՆՆԷՍ:

Եւ որպէս միացեալք ի մի անձն, զի մի առ է յն քրիստոս. Թէպէտ և ոչ տգիտասցի զանազանութիւն բնութեցն] Եւ ի նոյնն Ք. Թղթոյն առ Նեստոր: Զոպա ամ բանքն աւետարանին պարտին յարմարել ի մէ միոյ անձին, և միոյ մարմնացեալ ենթակայութեան բանին. զի յն քն մի առ է ըստ սբ գրոցն:

Ի ՄԱՀՄԱՆԷՆ.

Ոչ հատեալ, կամ բաժանեալ ի յերկուս անձինս: այլ մի և նոյն որդի, միածին, ամ բան, և առ մեր յն քրիստոս:

Ի ԼԻՒՐԻՆ ԹՂԹՈՅՆ ԱՌ ԼԱՀ ԿՈՒՆԱՏՈՍ:

Ոչ ի յերկուս անձինս որդին բաժանեցաւ. այլ մի և նոյն միայն առէն մեր յն քրիստոս:

Ի ՄԱՀՄԱՆԷՆ.

Որպէս և յառաջ մարգարէքն մեզ ուսուցին զնմանէ. այլ և ս որպէս ինքն յիսուս քրիստոս ուսոյց մեզ. և սուբ հարքն աւանդեցին մեզ ի դաւանութեանն:

Ի ԼԻՒՐ

Ի կիւրղէ Աղեքսն առ Նեստոր.

Նոյնպէս դատեցինք. Թէ սուրբ հարքն հաճեսցին.

Ի ՍԱՀՄԱՆԻ.

Ածդ՝ քանզի այս ամ հաստատեալ եղեւ ի մէնջ մեծ-ամեծ զգուշութբ, և քննութբ. սահմանեաց այս ամէն ընդհանուր սբ Ժողովոյս, հրամայել. զի մի ոք առաջաբերցէ, կամ գրեսցէ զայլ հաճասս. և այլ.

Ի կիւրղէ սահմանէն Եփեսոսի ժողովոյն.

Ետս ընթերցմանն այսոցիկ՝ հրամայեաց սբ Ժողովս. զի մի ոք առաջաբերցէ զայլ հաճասս. և այլ.

ՄԻՒՍ. Ածդ՝ տեսանես. հայր սբ. Թէ ոչ զարկեցաւն սբ Ժողովս ոչ միով ինչ խոտորեցաւ ի յուղիղ հաճասդ սբոցդ հարցն. այլ եւս պահեաց զնոյն բանս և զիմաստսդ ընդ կիւրղեայն. Ես արդեօք ի Սահմանիս այսմիկ ոչ գտանեմ ինչ որ հակառակ լինի ուղղափառ հաճասդ. Եւ յոյժ զարմանամ. Թէ ինձ նէր. մեք ածդ ընդունէք վարեցին լբբոս Թբ առ ի յամբաստանել զնա.

ՄԻՒՍ. Ածդ՝ եթէ հաճոյ լինի. բերցուք եւս ի մէջ զվկայութիս այլոց սբոց հարցն. որք առաջ քան զկիւրեղեն. և զկնի նորա պայծառացան յեկեղեցի. Եւ տեսցուք. Թէ ոչ նոքա եւս հաւանձայն եղեն բանիդ և մտաց քաղկեդոնի սբ Ժողովոյն. Կիւրեղ. ածդ աւետարդ լինիցի. զի նախատացեալ վկայութիւնքն սբոցն կիւրղի են բաւական. ՄԻՒՍ. Բայց

Cyrilli, ex epistola ad Nestorium.

Sic sanctos sensisse Patres, inueniemus.

EX DECRETO.

His ergo cum omni vndique accuratione, diligentiaque à nobis sancitis, decreuit sacra Synodus, nemini fas esse, fidem aliam proferre, vel in litteras referre, &c.

Cyrilli, ex Ephesina Synodo.

His ergo recitatis, decreuit sacra Synodus, nemini fas esse, fidem aliam proferre, &c.

Theor. Vides, sanctissime Domine, sacram hanc Synodum, Chalcedone habitam, à recta Patrum sententia ne paululùm quidem recessisse; sed ipsa verba cum mente verborum retinuisse. *Gener.* Equidem in hoc decreto nihil inuenio, quod orthodoxæ fidei aduersetur: adeòque miror, quì factum sit, vt nostri Maiores impudenter ad id calumniandum progrederentur?

Theor. Apponamus, si placet, eorum quoque Patrum auctoritates, qui partim ante Cyrillũ, partim post eum illustres extiterunt, tam verbis, quàm sententijs sanctæ Chalcedonensi Synodo respondentes. *Gener.* Id verò superuacaneum fuerit; quippe Cyrilli supracitatæ auctoritates sufficiunt. *Theor.* Videamus ergo, si pla-

Armeniorũ Patriarcha approbat Chalcedonẽse Conciliũ.

Definitio Synodi Chalc. multis hæreticorũ Sectis aduersatur.

placet, quot, & qualibus Sectis diuinum hoc decretum sese obijciat. *Gener.* Id verò præclarum fuerit intueri, ne quid eorum nobis desit, quæ deinceps eius stabiliendi causa proferri debent.

ակայն տեսցուք. Թէ քանի հերձուած ընդդիմանայ այսպիսի ՅԱԾ-ային սահմանս։ Ղեւոն. Զայդ երանի և բարւոյ ոչ լինիցի տեսանել. զի մի պակաս եցէ եւ ինչ, որ այսուհետեւ պետոյ եղիցի մեզ առ ի հաստատել զնա։

EX DECRETO.

Vnum, & eundem filium, Dominum nostrum Iesum Christum esse confitendum, vniuersi consona voce docemus. Theor. In his obturat os Paulo Somosateno, & Nestorio, qui hominem adorabant, & in duos filios ausi sunt eum diuidere, aliumque dicere filium naturâ Verbum, & alium rursus filium per gratiam Christum Iesum, qui nomen filij per vnionem, & coniunctionem cum naturali filio sit adeptus; qui denique non confitebantur vnum, & eundem filium, carnis quidem expertem ante descensum, & hominis assumptionem; incarnatum verò eundem post descensum, & hominis assumptionem, nostri causa factam.

ՅԱՌ ՀԱՒԱՆԵԼԻՆ.

ԱՂՈՒ՝ մեք ամենեքեան հաւանեալ զա-Թ ուսուցանելոյ խոստովանել զաւետն մեր յԻ քրիստոս՝ զմի և զնոյն որդի։] ԱՐԻՒ. Աղյապետ բանիւս քաղկեդոնի սբ Ժողովն խցցէ զբերանն Պօղոսի սամոսատեցւոյն, և Նեստորի որ երկերպագէին լոկ մարդոյ, և բաժանէին զԻ ՅԵՐԿՈՒ որդիս, և այլ որդի բնական ասէին զբանն ՅԱԾ, և այլ որդի չնորհօք ասէին զնա քրիստոս. որ չահեալ եցէ զանուանն որդւոյ ի Նեստ վարդապետին միաւորութեան ընդ բնական որդւոյն։ և ոչ խոստովան էին զմի և զնոյն որդի. անմարմին առաջ քան զիջանելն յերկինս. եւ մարմնացեալ նոյն՝ յետ իջանելոյն վասն մերոյ փրկուԹԵ

EX DECRETO.

Eundem in diuinitate perfectum, & eundem perfectum in humanitate. Cum in diuinitate perfectum dicit, Arianorum blasphemiam reijcit. Nam illi Deum quidem esse Christum dicunt, sed imperfectum, & Patre minorem Deum tradunt. Cum autem inquit: Et eundem perfectum in humanitate; non Arianorum

Նոյն ինքն կատարեալ ի յԱԾ-ուԹիւն. և զնոյն՝ կատարեալ ի մարդկուԹիւն։] ԱՂաբերով՝ կատարեալ ի յԱԾ-ուԹիւն. մերժէ զհայհոյուԹիւն ԱՂբիոսականացն. որք ասէին զբն՝ ՅԱԾ, այլ անկատար, և փոքրագոյն քան զհայրն։ Է՛ւ ասելով՝ զնոյն կատարեալ ի մարդկուԹիւն. հերքէ զնեստորականացն, ոչ Թէ ԱՂբիոսականացն միայն, այլ եւս ԱՂպօղի

նարտականացն։ զի հաշիւս աղանդիչ
զմարմինն քրիստոսի անհոգի. և հա- մլա
պօղինայն՝ զմարմինն ընդ հոգւոյ առ 231
անց մտաց։ ուստի երկոքեանն իմա
րուքեամբ աճանդիչին զմարդկու-
թիւնն չի անկատար։

Ի ՍԱՀՄԱՆԻՆ։

հաստուած ճշմարիտ. և զնոյն՝ մարդ ճշմարիտ։] բանքս այսոքիկ երեալ երկին վասն մանեայ. որ խոստովանէր զքս՝ ած միայն. և ոչ մարդ։ Եւ և վասն Պօղոսի սա մոսատենցւոյն. և վասն հաշիւմայի. որք ասէին զնա՝ մարդ միայն. և ոչ ած։

EX DECRETO.

Verè Deum, & eundem verè hominem. Hæc propter Manem posita sunt; qui eum purum fatetur Deum, non etiã hominem: & propter Paulum Samosatenum, & Artemam, qui diuinitatem eius pernegant, pu- մլբ
232 rum hominem confitentes.

Ի ՍԱՀՄԱՆԻՆ։

բաղկացեալ ի բանական հոգւոյ. և ի մարմնոյ։] հաստ դարձեալ դատապարտէ զհաշիւնայ. որ զհոգին քրիստոսի ոչ ասէր բանական, այլ միայն կենդանական։ Եւ և դատապարտէ զմանէ, և զվալենտինոս. որք ուրանային զմարմնաւորումն րուքինն նորա։

EX DECRETO.

Ex participe rationis animæ, corporeque constantem. Hìc rursus Apollinarim oppugnat; qui Dominum nostrum Iesum Christum non dicebat animam habuisse mente prædi- tam, sed duntaxat vitalem: itemque Manem, & Valentinum, incarnationem eius negantes.

Ի ՍԱՀՄԱՆԻՆ։

համագոյակից հօր ըստ ած-ուքեան։] հայս առաջաւ վասն Եւնոմեայ միոյն, և հաշիւսի. որք առաքել րուքենէն զբանն որդի միա- ծին ունել զզանազան գոյացուքիւ ի հայրական գոյացուքենէ. և զնոյն գոլ առեղծուած և գերի։ մլգ
233 *Eiusdem cum Patre substantiæ secundum diuinitatem*. Hoc propter Eunomium, & Arium; qui vnigenam illud Verbum diuersæ à paterna substantiæ, & creaturam, & mancipium, impiè prædicabant.

EX DECRETO.

Et eundem nobiſcum eiuſdem ſubſtantiæ ſecundum humanitatem. Hoc propter Marcionem, & Manem, & Valentinum; qui eum per opinionem, ac phantaſiam duntaxat aiebant hominem apparuiſſe, non re ipſa, & naturaliter hominem factum confitebantur.

EX DECRETO.

Ante ſecula quidem ex Patre genitum quoad diuinitatem. Hoc propter Simonem, & Eunomium, & Arium; qui generationem ipſius ex Patre, factam ante ſecula, negabant.

EX DECRETO.

Extremis verò diebus eundem propter nos, & ſalutem noſtram, natum ex Maria Virgine Deipara ſecundum humanitatem. Hoc propter Photinum, & Theodorum, & Diodorum, & Neſtorium; qui exiſtendi principium ei dant ex Virgine; ac tradunt, eum hominem eſſe, qui ob virtutem profectu quodam, & incremento ſit deificatus; non Deum de Deo, qui amore generis humani citra mutationem homo factus ſit.

EX DECRETO.

Qui duabus in naturis citra confuſionem, mutationem, diuiſionem, ſeparatio-

ԻՒԱՀՄԱՆԷՆ.

մԼԴ
234 Եւ զնոյն՝ հաւասարակից մեզ ըստ մարդկութեան:] Եւ այս եղաւ վասն Մարկիոնի, և Մանեայ, և Վալենտինոսի. որք ասէին զնա երևեալ մարդ առաջօք. և ոչ եղեալ մարդ ճշմարտապէս և բնականաբար.

ԻՒԱՀՄԱՆԷՆ.

Առաջ քան զյաւիտեանս ի հօրէ ծնեալ ըստ աստուածութեան:] Եւ այս՝ վասն Սիմոնի, և Եւնոմիոսի, և Արեայ, որք ոչ խոստովանէին զնա ծնեալ
մԼԵ առաջ քան զամ յաւիտեանս
135 ի հօրէ առաջ քան զամ յաւիտեանս:

ԻՒԱՀՄԱՆԷՆ.

Յետ՝ ի յետին աւուրս վասն մեր և մերոյ փրկութեան նոյն ինքն ծնեալ ի սբ կուսէն Մարիամայ աստուածածնէն ըստ մարդկութեան:] Եւ այս՝ ընդ Փոտինոսի, և Թէոդորի, և Դիոդորոսի, և Նեստորի. որք ասէին, թէ նա ունէր զսկիզբն գոյից ի սբ Կուսէն: Եւ թէ էր մարդ, որ ըստ առաքինութեանն եւբեան աստուածացեալ:
մԼԶ Նոյնը առաւելապարտ: Եւ ոչ թէ
236 գոյր աստ յայլ, որ վասն սիրոյ ազգի մարդկան մարդ եղև առանց փոխման:

ԻՒԱՀՄԱՆԷՆ.

Որ ի յերկուս բնութեամբ ձանաչի անշփոթ և անխոտոր. անանջատելի և անբաժանելի: ոչ գոլով ի բաց բաժ

ձեալ զանապատու-թիւն բնու-թեանցն
վասն միաւորու-թեանն, այլ առաւել
եւ առաղջ մնալով յատկու-թիւնն եր
կաքանչիւրոյ բնու-թեանն, որք միա
ցան ի մի անձն, եւ ի մի ենթակա
յու-թիւն:] Եւ այսպիսի՝ վասն Նես
տորի: Եւ եւս վասն ապողինարի, եւ
Եւտեքեայ. որք ի չեզուց զանազ
գուն բնու-թեանցն· այլ. բանիւն եւ մար
մոյ. մի բնու-թիւն եղեալ ասեն. եւ
կարու-ածալ յատկու-թիւն երկաբան
չեզոյն: ասասի լինել. եթէ ըստ վար
դապետու-թեանն եւթնանց՝ ոչ կա
րելի ասել ի բնութեան ինչ չարչա
րելի, վասն անչարչարելի աստ-ու-թեն
եւթեան. եւ ոչ ինչ անչարչարելի, վասն
չարչարելի մարդկու-թեանն եւ
րեան:

Եւ արդ՝ յետ առաքաբերու-թեան
եւ մեկնու-թեան այսոցիկ. ասէ
կումն ցԱՀրիանէ. Ես ապրեաք՝
զինեն ընդունելոյման այսը սահմանիս,
զոչինչ կարծեցի գտանել ի նմա, որ
ընդդիմասցի ուղղափառ հաւատոյ.
ոչ եւ յառաջ միւս անգամ խոստո
վան եղէ: եւ հնարաւոր տարձեալ, եթէ
ինարդ ազգայինքն մեր յանդգնա
բար վարկանիցեն առ ի յամբաստա
նել զնմանէ: Բայց ես համարիմ.
զի եթէ այս մեծ եւ տիեզերական ո՛չ
Սիւնհոդոսն հակառակ լինի բա
զում հնչեաց. ոչ սասցեալ է ի
վերոյ. սակս այսորիկ եւ բազում ամ
բաստանողք յարուցեալ եղեն ընդ
դէմ նորա ի Քհնամոյն մարդկային
փրկու-թեանն, վասն պատճառի մե
ծամեծ վիրացն, որովք այն սիւնհո
դոսն խոցեաց զնիրան նորա: ազգա
ւողիղ եւ սասոյգ է՝ առնել ինն այս սահ
մանս. որ ի ձեռն այնքան, եւ այն

rationem agnoſcitur; nequaquam na- մ՚լ է
turarum diſcrimine propter vnionem
ſublato; ſed vtriuſque naturæ proprie- 237
tate potiùs ſalua, & in vnam perſo-
nam, vnamque hypoſtaſin coëunte.
Iſta propter Neſtorium; ac etiam
propter Apollinarim, & Eutychem,
qui naturas diuerſas, Verbi, in-
quam, & carnis eius, vnam natu-
ram abſoluiſſe, dicunt; amiſſa ſci-
licet ſingularum proprietate: quò
fit, vt ſecundum ipſorum doctri-
nam non amplius in Chriſto vel
eſſe paſſibile quidquã ſtatuere poſ-
ſimus, propter diuinitatem ipſius,
paſſionis expertem; vel quidquam մ՚լ ը
impaſſibile, propter ipſius huma- 238
nitatem, paſſioni obnoxiam.

His ita recitatis, & declaratis,
Generalis ad Theorianum
inquit: Equidem, poſt recitatio-
nem huius decreti, nihil in eo de-
prehendi, quod orthodoxæ fidei
repugnet, ſicut & pridem faſſus
ſum: miror etiam, quì factum
ſit, vt noſtri Maiores impudenter
ad id calumniandum progrederen-
tur. Sed arbitror, propterea quòd
hæc ſancta vniuerſalis, magnaque
Synodus aduerſus plures ſe Sectas
obijciat, vt indicatum eſt; multos մ՚լ թ
aduerſus eam ab hoſte ſalutis huma- 239
næ calumniatores fuiſſe ſuſcitatos,
pro multis illis vulneribus, quæ ad
cor ipſum ei ſunt à Synodo inflicta.
Rectiſſimum ſanè decretum eſt, vti
quod à Spiritu ſancto per tot, taleſ-
que ſanctos Patres dictatum fuerit;
quippe nulla Synodus tam frequen-
tem ſanctorum Patrum collectorũ

numerum habuit. Cæterùm modò tibi quiddam aperio, quod hactenus vulgo proditum non fuit. Ante ce. annos quidam Generalis Armeniorum fuit, cui nomen Ioannes, vita, doctrinaque magnis, ſanctiſque Patribus par, & qui diſciplinas exteras vniuerſas, adeòque philoſophiam ipſam non ſummatim attigiſſet; vitâ quidem diuina, haud ſcio, an omnibus, plurimis certè præiuit; dignus habitus, tam vitæ, quàm doctrinæ gratiâ, qui hoc ſacro gradu, ſolioque Generalium potiretur. Hic diuino repletus zelo, contra * Monophyſitas ruebat, & toto eis propemodùm Epiſcopatus ſui tempore, tam ſcriptis, quàm lingua, infligere vulnera non deſijt: cuius & ſacram memoriam honorificè, pièque celebramus. Huius diuini, beatique viri Commentarius eſt apud me, quem contra Monophyſitas ſcripſit, pluribus ſcripturarum teſtimonijs, & enthymematis, & valentibus ſyllogiſmis, & notionibus communibus, & demonſtrationibus refertus. Eum beatæ memoriæ Generalis Gregorius, qui non multò ante me illuſtris in hoc ſolio fuit, ita confirmauit; vt eius in extremo hæc verba præſcriberet: *Sic & ego credo, quemadmodùm ſanctiſſimus Generalis Ioannes hìc ſcripſit; & ita non credentes anathematizo.* Ac legamus ſanè paulùm ex eo, ſi placet; vt hunc virum agnoſcas, veluti leonem ex vnguibus. *Theor.* Equidem hoc ſcriptum lubentiſſimè audiam.

* Qui vnâ in Chriſto naturam credunt.

Cum

պետն սրբոյ հայրն հաստատեալ էղև
ի հոգւոյն սրբոյ. վասն ոչ ոքէ այլ սնահո
դոս պարծանակեաց զանձն իւր մեծ. քա
ջն Յովհաննէս սքանչելոյ սքանչելի կամիմ
ասասանօք յայտ առնել քեզ զկնի ինչ որ
միանչ և յայժմ անյայտ եղև. Յովհան
նէս: ազգաւ քան զժամանակս երկու
հարիւր ամաց՝ գոյր մի ոմն կաթու
ղիկոս հայոց, որոյ անուն էր Յովան
նէս. զսա վարուց և խնամոյ քէ հա
մահամանակ մեծ-պատն և սրբազանն
վրդ-ապետն. և յայժ հնոյացեալ ի գեաւ
քի խնամոյսիրութէ, և ամ արտաքին
մակացութէ որ վն մեծ ի առաքինու
թէ ամ-այնն վարուց նորա զոլովիւք
գերազանցէր. և երբե՞ն արժանի էր պա
տրիարգութէ սքանչանալ և պ
Թոռոյսն՝ զրդ. սա ամ-այնն նախանձով
բորբոքեալ՝ քաջապէս դեմամարտէր
ընդ դէմ միաբնակաց. և ի բոլոր ժամկ
պատրիարգութէն իւրմանն ոչ ինաց
դրով և բանիւ հակառակել նոցունորոյ
չեշտասին ի մէնջ պատուհաս լինի մե
ծաւ պատուով: Իսկ ապա առ իսկ
գերզ մի այսր երանելի հօրս մերոյ. գրե
ալ ինամանէ ընդ դէմ միաբնակաց. որ
լին ի վկայութէ սքանչելոյ. և զօրաւոր
պատճառօք. և հաւ աքսանութէք:
Եւ երանելի յիշման էր բեզդր ի ժամ.
որ նստաւ սահաւ ինչ առաջ քան զնա.
հատատեալ էր զնոյն գերզն. և ի
զերջն նորա գրեալ էր զայս. Ես այս
պէս հաւ ատամ, որպէս ամենասքա
նչելի կաթուղիկոն Յովաննէս գրեալ է ատա.
և նզովեմ զայնոսիկ, որք նոյնպէս ոչ
հաւ ատան: ազգ ընթերցողք փոքր
ինչ զնմանէ. եթէ հաճոյ լինի. ոչ զի
կարասցես ճանաչել զայսպիսին այլ
մեծ. ւոյն. Լուայց յօժար կամօք
զգրած-դ զայդ:

Եւ

Եւ երբեմն ընթերցեալ եղեւ առաջաբանն . ասաց Լատինն ցկին. 243
Աղաչեմ զգերապատուութիւնդ. զի տացես օրինակել զգիրս զայս, և ինձ բաշխել . զի կարասցուք ունել զնա ի մեր աշխարհս Թոքմանեալ ի յոյնս առ յիշատակ և պատիւ շարադրողին : Լիցի ամն . Աղ յապէս եղիցի : Եւ ասաց գնացն օրինակեցաւ . և մեզ առաւ . զոր բերաք ի Լատառնտնուպոլիս :

Եւ զինչ այսոցիկ՝ այսպէս խօսեցաւ ընդ մեզ Լիցին . Աղաչ սբն Պօղոս . Թէ ուխտիւք նզովելի ես եսկ ինք ինն ազգիկեալ լինել ի քոյ վն եղբարցդ և աղգականաց իմոց ըստ մարմնոյ. զի նոքա զիրկուն Քն չահեցին : Աղ ըդ՝ ս ի ես. 244
ինոյն ասեմ և ես զազգականսդ իմոց: և որպէս բարն հովուն պարտ է մեռանել ի վն ոչխարաց իւրոց . նոյնպէս և ես խորհիմ զայն հնար . և Քանամ ըստ կարի իմում . և ամենեցուն ամ ինչ լինիցիմ. զի զամենեսեան և կամ զոմանս շահիցեմ : զի և կարասցից ա նել ըստ այմ . Թէ ահաւ ես և մանկունք իմ, զոր ետ ինձ աստ . Իսկ լուր այժմ. Թէ զինարդ արարից զայս : Սկսա նիցեմ այս օր գրել զԹուղթս առ ամ եպիսկոպոսս հայոց . որք են սիւնեաց ընդ աշխարհս ամ : և հրամ իցեմ զնոսայ ի սինհոդոս : Եւ երբ դումա րեալ լինիցին ժողովս առաջաբէնցեմ ս ի ես. առաջն զնոցայ զամ վկայութիւնս , զոր 245
ունին հայք վն հաստատութիւն կար ծեացն եւրեանց : Զնա և առբերիցեմ ի մէջ զաս ի քէն ասել վկայութիւնս հարց սրբոց և նախ խօսեցայց ի կող մանէ հայոց , վիճաբանելով ընդ դէմ ձեր : Եւ ապա մատուցանեմ և զդպրութիւնք , պատշաճաւորս կենսիւ և ժամանակաւ , սկսանիցեմ առաջ սա

ցկին. կաւ

Cum ergo recitatum fuisset proœmium; Theorianus ad Generalem, obsecro, inquit, eximiam sanctitatem tuam, vt hic liber describatur, ac mihi tradatur: quò Græcum factum habere in * Romania possimus, ad honorem Patris ipsius, vtque per eum auctor à nobis ipse celebretur. *Gener.* Perplacet. Itaque descriptus, & nobis traditus est, qui eum ad Vrbem * augustam deportauimus.

* Sic appellabant Imperium Orietale.

* Constãtinopolim.

Secundum hæc Generalis ita nos compellabat: Beatus Paulus inquit: *Optarem ipsemet esse à Christo anathema, pro fratribus meis, cognatis mihi, quod carnem attinet; dumtaxat vt ipsi salutem adipiscerentur.* Idem ego de mea gente dico: & quandoquidem bonus pastor etiam mori debet pro suis ouibus, omnem machinationem, atque studium adhibeo, vt omnibus omnia fiam, vt omnes, aut aliquos omnino seruem: quò & ipse dicere possim: *En ego, & liberi; quos Deus mihi dedit.* Quo autem modo sim id facturus, audi. Ab hodierno die scribere litteras ad Armeniorum Episcopos vbique gẽtium incipiam, quibus eos ad Synodum inuitabo. Ea cum habita fuerit, in medium proponam auctoritates omnes, quotquot Armenij habent, & pro ipsis esse videntur: proponam & illa sacrarum litterarum testimonia, quæcunque tu mihi protulisti. ac primùm quidem ero ex parte Armeniorum, contra vos disserendo contendens: deinde paulatim, ac pedetentim, nec sine multo

Rom. 10.

Nierses Armeniorum Patriarcha, Generale Cõcilium in Armenia se collecturum, pollicetur: quo ad vnionẽ eum Ecclesia Catholica Armenos perducat.

con-

conſilio, conuenienti & tempore, & modo, detergere incipiam Armeniorum errorem, qui hactenus obtinuit: redarguam eos & de libro ſanctæ memoriæ Ioannis illius Generalis Epiſcopi, quem librum tibi deſcriptum obtuli; de omnibus illis denique demonſtrationibus, quas eruditio tua mihi ſuppeditauit. Ad ſummam, Romanus ero, proque Romanis, immò pro veritate aduerſus Armenios decertabo: ac ſpe infallibili fretus erga Deum, futurum mihi polliceor, vt oues meæ vocem meam audiant, ac me ſequantur; & erimus, Deo adiuuante, vnum ouile, & vnus Paſtor. Quòd ſi ad me vniuerſi acceſſerint, benè erit, ac benigno Deo gratias agere non deſinã: ſin autem, (quod euenire nolim) cum ijs, qui me ſequentur, & mecũ conſentient, veritatis doctrinã confirmabo; & ad præpotentem, ſanctumque noſtrum Imperatorem, & ſanctiſſimum Patriarcham, meos auctoritatis præcipuæ Põtifices mittam, qui fidem orthodoxam ſcripto comprehenſam adferent, manu mea ſubnotatam, & omnium mihi ſubiectorum rectè ſentientium Epiſcoporum ſubſcriptiones continentem; quique tam voce propria, quàm per ſcripturam, noſtro nomine pariter, & amplexorum veram ſententiã Armeniorum, eam confirmabunt. Atque huic comprehenſæ ſcripto fidei hoc quoque præter alia inſertũ erit: Nos habitam Chalcedone magnã, vniuerſalem, quartam illam ſacram Synodum recipere cum ijs ſanctis

Patri-

246 կամ յայտ առնել և՛ ի բաց բառնալ զմոլորութիւնս նոցա: և տայցեմ զգուշանալ նոցա զմոլորութեանցն՝ ի վեհն գրոց լուսաւորողն հոգի Տովհաննէս կոչեն. զոր մատուցի քեզ ընթեռնուլ. և մանաւանդ՝ ի վեհն ամ ապացուցութիւնցն, որք յայտնեալ եղեն ինձ՝ ի վէհագոյն իմաստութենէդ բռմիուսան՝ ի կողմանէ հռոմայեցւոց լինելեմ. և վասն ճշմարտութեանդ մամարտիցեմ ընդ դէմ հայոց. և ասիցեմ յայ. եթէ ոչխարք իմ լսելեն ձայնի իմոյ. և ես գիտացեն զիս իմ. և եղիցուք օգնականութիւն այր մի հօտ, և մի հովիւ: և եթէ մերձենացեն առ իս ամենեքեան. բարւոք լինիցի. և ոչ թողից զհաւանալ զբարեբարձն այր: այլ թէ ոչ. յայնժամ ընդ նոսա, որք հաւանեցեն ինձ, հաստատեցից զվարդապետութիւնն ճշմարտութեան: և առաքեցից զդեսպանս հայրապետիս իմ առ մեծ-ահզոր և բարեպաշտ Լեւոն մեր, և առ սրբազան Պատրիարգն: և նոքա բէրիցեն գրով զդաւանութիւն ուղղափառ հաւատոյ սուրբ առաքելական ձեռնադրով իմով, և առ ուղղափառ եպիսկոպոսաց հնազանդելոց իմոց. և հաստատեսցեն զինս ձայնիւ և գրով անուամբ իմով և առ այլոց ճշմարտադաւանց հայոց: և՛ ի մէջ գրեալ դաւանութեանն լինիցին բանքս այսոքիկ: եմք հայք սեղով և պատուով ընդունելիք զչորրորդ սինեզքսատուսսոր և մեծ-ազնիւ սուրբ սինհոդոսն որ ժողովեցաւ՝ ի քաղկեդոն քաղաքի: և զա ընդունիմք զնոսա սուրբ հարսն ընդունելս՝ ի նմանէ. նոյն մերժիմք և նզովիմք զառ՝ ի նմանէ նզովեալսն. զԵւտիքէս. և զԴիոսկորոս. և

Յ՛ և զա

և ղՀեռեքրա, և Թիմոթէոս. և
զայլս ամ որք չարախօսեցան ընդ մխթ
դեմ նորա. ածել և հերքեմք և 249
նզովեմք զնոսա, որք այսուհետև
փակելով զաչս սրտի իւրեանց ընդ
դեմ լուսոյ ճշմարտութեանն, հա-
մարիցեն զինքեանս իմաստնագոյնս
քան զսրբազան հարսն այնոսիկ. և
այլև յորժամ ժողովով հաստատե-
ալ լինիցին սրբոյ ամ ի կայսերական
քաղաքին, և լինիցին դարձեալ յաստ
մեր հայրապետին. եթէ նոյն սրբա-
նելոյ Հոգւոյն հրամայիցէ. ես եսկ
գայցեմ ի նոյն քաղաքն պատուել զսբ
Ժանամօրս մասունսն սրբոյ, և զառ-
աքելականան սբ Հոգւոյն, և զՊետ մխ
րոսքն. Ես և յետ ասացելոցս այսո- 250
ցիկ նոյն Հրճուան Հռիփսէ ետ ելս հնել
զամենեսեան ի վերնատանէն, և ապա
տրտմական սրտիւ և արտասուա-
լից աչօք սկսաւ խօսել ընդ մեզ այս
պէս.

Idem per Theorianum interpellat Imperatorē, vt pro Armena Natione, eousque excommunicationib. subiecta, orare faciat.

Աղաչեմ զբարեպաշտ սուրբ
Հոգւոյն մեր. զի յետ հասանել
լոյս մերոց հայրապետացն ի Հռոման
տնուսոլիս. և յետ հաստատելոյ
զամ առաքագոյն ասացեալ երդու-
Թիւնան. հրամայեսցէ ելանել ի յամ
բիոնն, և կամ ի սուրբ սեղան
նորա զամենասուրբ Պատարագսդն մխա
զգեցեալ ամ հայրապետական զգես
տիւք սրբոյ պատարագին, ուսնելով 251
ի ձեռս զպատուական փայտ խաչին
քրիստոսի և առաքին ամ ժողովրդե-
անն օրհնեսցէ նմա զազգն հայոց, որ
այնքան ժամանակս եկաց մեռց ի
նզովս. և ապա տացէ աղօթել վասն
ամ ինքնիցէլոցն հայոց. որպէս զի ամե-
որ կամի զամենեցունն փրկուԹիւն,
Թողցէ նոցա զմեղս զայս, ոչ ի

Patribus, quos ea recipit: quos autē ex aduerso anathemati subijcit, eos nos quoque anathematizare; nimirum Eutychem, & Dioscorū, & præter hos Seuerum, & Timotheum Aelurum, & omnes, qui aduersus eā nugas meras effutiuerunt. Quotquot autem cordis oculos ad veritatis lucem clauserint, & se Viris illis sāctis doctiores existimabunt, æterno anathemati tradam. Deinde cum hæc omnia in Vrbe augusta, Synodo interueniente, corroborata fuerint, ac reuersi mei Pontifices: si quidē piissimus Imperator iusserit, & ipse Vrbem augustā ingrediar, adoraturus & res quidem sanctas ac veneratione dignas, & Apostolis parem ac sāctum Imperatorem, & sanctissimū Patriarchā. Quibus dictis, è Cœnaculo expulit vniuersos, & animo dolorem præ se ferente, pleniſque lacrymarum oculis, ita nos affari cœpit.

Obsecro benignū & sanctum Imperatorem nostrum, vt posteaquam mei Pontifices Cōstantinopolim ingressi, & hæc, quæ diximus, omnia confirmata fuerint: iubeat, sanctissimum Patriarcham, ornatum pontificalibus suis, quæ gestare consueuit quoties sacrum Ministeriū peragit, in Ambonem conscedere, vel in sacrosanctum illud solium, post sacrā mensam collocatum, crucem sanctā manibus suis tenentem, & venerabilia ligna, audienteque toto Ecclesiæ corpore, ac populo, genti Armeniorum benè precari, quæ totū propè seculum execrationi subiecta fuit. deinde curet, ferias concipi preces

etiam pro ijs Armenis, qui obdormierunt; vt Deus, qui omnium vult ſalutẽ, profectũ hoc ex ignoratione, non malitia, delictum eis remittat. 252

Armeniorum Patriarcha, Eccleſiæ ſuæ casũ amariſſimis lacrymis deplorãs, ad Imperatorem miſsũ facit Theorianum.

Cum ergo videremus eum, hæc corde contrito, & cum gemitibus ad nos proferentem; nos quoque mori ſumus ad commiſerationem, totique meras in lacrymas & lamentationes ſoluti. Deinde cum paululum temporis interceſſiſſet, & quaſi ploratus conquieuiſſet, Theorianus dixit: Has preces tuas, Domine, præpotenti, & ſancto Imperatori noſtro exponemus. Inde tradita nobis epiſtolà ad pijſſimum, & ſanctum, & Chriſtianum Imperatorẽ noſtrum, qua & illud complexus erat, ſe magnam illam, & vniuerſalem, ſanctãque Synodum quartam, Chalcedone habitam, recipere: pacificè nos dimiſit; tactoque capite noſtro, benè nobis eſt precatus. Nos autem, actis Deo pro his omnibus gratijs, Conſtantinopolim continuis itineribus proficiſcebamur, Deum interim & collaudantes, & prædicantes: cui quidem omnis maieſtas, honos, adoratio, & magnificentia ſeculis infinitis competit. Amen. 253

Talia itaque inter Theorianum Manuelis Imperatoris Legatum, & Nierſeſem Ghelaienſem, eximium Eccleſiæ Armenæ Doctorem, & Patriarcham interceſſerunt colloquia; quæ quidem optatam Eccleſiæ vtriuſque concordiã procul dubio produxiſſent, niſi ipſius Nierſeſis mors fuiſſet derepentè ſequuta. Et hæc ſecunda modò ſuperius memorata, 254

Nier-

ՅԺԲ

ջար սրտե՛, այլ՝ ի տիեզերականէն
ելեալ։

Է՛ր երբեմն մեք առաքեալք զնո՛
ղջացեալ սրտիւ և սգաւորաբար
աչօք առնել զայսպիսիս. շարժեալք ի
գթութենէ անտի, սիրտք լալ և ողբալ ընդ նմա։ և յետ դուշակել
այ ժամանակի՛ երբ դադարեցաւ ողբակցութենն, ասաց Մրբիանէ. Ծա՛
նուցանեցեմք մեք, ով տէր սուրբ,
մեծահռչակ և օգոստափառ Կայսերն
մերոյ զաղաչանս ձեր։ Է՛ր մինչ դեռ
զայս ասէաք. նա՛ ետ մեզ գիրս գթութեան բարեպաշտ և քրիստոսասիրակ
սուրբ Կայսրն. յորում գրեալ էր
և. Թէ ինքն ընդունէր զմեծ ազգն
և զտիեզերական սուրբ ժողովն քաղկեդոնի։ Է՛ր ապա էդեալ զմեզ
նա՛ ի վերայ գլխոյ մերոյ, օրհնեաց
զմեզ, և արձակեաց ի խաղաղութի՛։
Իսկ՝ մեք՝ յետ գոհանալոյ զաստուա՛ծ
վասն ամենայն բանից այսոցիկ, դարձաք
վաղվաղակի ի Կոստանդնուպոլիս,
գովելով և փառաւորելով զԱստ՛.
որում վայել է փառք, իշխանութի՛ն, և պատի՛ յաւիտեանս յաւիտենից.
ամէն։

Զայդ՝ սոքա էին բանքն, զոր խոսեցան ընդ միմեանս աստուածային բարեմասն Մրբիանէ եպիսկոպոսն յոյնց և առաքեալն Հայոց զոր նա Կղեմէս վրդապետ երդմամբ
հաստատեալ եեթէ Թադրմանեցի զնոսա՛ ի յոյնս բարբառէ ի հայս հանա
տարմաբար և առանց սրտառելանի
ինչ։ Էր նորօք անչափ կարաբար կա
տարեալ լինէր միաբանութի՛ն երկուց
եկեղեցեացս. եթէ փութայր ոչ հետ
էեալ էր մահն Ներսէսի։ Է՛ր սոքա
յայտնի եղեւ առաւօտա, եթէ յոյնքն

ՅԻԲ ոչ

ոչ հաւանեալ էին առաքաւորին դատ անուն Թեան Նեբսէսի. քանզի վասն սրբազրուԹեան նորա առաքեալ էին առ նա զնմանաւանսն ԱՀրիանէ· այլ հաւանեցան երկրորդ դատանուԹեն ուղղափառ հաւատոյն. զոր ինքն Նեբսէս առաքեաց ԹղԹով առ Թագաւն ի ձեռն ԱՀրիանէի· որպէս պատմէ ԱղեսանուԹքն հայոց, ա նելով այսպէս· ԱՀ հրաման Նեբսէս դրեաց զդատանուԹիւն հայաստանեայց նեղեցւոյ աշխարհուԹ, պարզ, և յստակ բանիւք. զոր երբե լուան Թագաւորն, և պատրիարգն, և ամ իսաստուԹքն յունաց. հաճեալ հաւանեցան ընդ ուղղափառ դատանուԹիւնս հայաստանեայց·] ԱՀդ բանակատարաբար պատուեցաք զկԹսէն հայոց աՀր Նեբսէսէ կաթողիկոսն· Եկեսցուք այժմ, և առեսցուք զհայրապետս հետևօդս·

մճե 255

256

Nierſeſis epiſtola, quàm ipſe per eundem Theorianum ad Imperatorem reſcripſerat, fuit illa, in qua (vt Armeni Mænologij verbis vtar) *ſacroſanctus Nierſes fidei Profeſſionem Eccleſiæ Armenicæ veris, patentibus, & elegantibus verbis ſcripſit; quam vbi audierunt Rex, Patriarcha, & omnes Græcorum Sapientes, approbantes aſſenſerunt orthodoxæ fidei Armeniorum.* Haud enim credibile eſt, quamuis ita ex verborum illius Mænologij contextu colligi videatur, quod Græci aſſenſi fuiſſent alteri eiuſdem Nierſeſis epiſtolæ, nempe priori, propter cuius correctionem Theorianus ab ipſo Græcorum Imperatore, & Patriarcha, in Armeniam legatus fuerat. Sed de Nierſeſe Ghelaienſe ſatis hactenus dictum eſt: Patriarchas ſequentes inſpiciamus.

Arm. Mænol. die 19. Nouemb.

EX ARMENA Hiſtoria.

Caput XXII.

LXIV

Armeniorum Concilij Tarſenſe, à Gregorio Patriarcha celebratum.

Dominus Gregorius, duorum mox præcedentium nepos, cognomento Deghà, annos 20. Is Tarſi in Cilicia, duce magno illo Doctore, ac eiuſdem vrbis Epiſcopo, Nierſeſe Lampronenſi, multorum Epiſcoporum Synodum ad concordiam cum Manuele Græcorum Imperatore coëundam collegit: dumque hoc fœliciter ageretur, audita eſt mors pijſſimi Regis Manuelis, qui eam concordiam ardentiſſimè concupierat. vnde grauiſſimo cunctorum Patrum mærore diuinum hoc facinus imperfectum remanſit.

ANNOTATIO.

Eccleſiæ Armenæ correctionem, quam Nierſes Ghelaienſis, huius Gregorij Prædeceſſor, morte præoccupatus, ad exitum perducere nequiuerat, præſens Patriarcha, iuſſu Leonis Armeniorum Regis, rurſus aggreditur Tarſenſi Concilio, coacto anno Dñi 1177. & Armeniorum 626. cohortatione, & induſtria nobiliſſimi Epiſcopi, ac præſtantiſſimi Doctoris, Nierſeſis Lampronenſis, filij Oſcini Principis Lamproni, aliarumque Prouinciarum; cuius egregia virtus, digna planè eſt, vt æterna laude illuſtretur, no-

ՀԱՅԵՐԷՆ

Հայոց Պատմութիւն.

Գլուխ. ԻԲ.

Տէր Գրիգորիս՝ եղբօր որդի սրբ Գրիգորիսին և Նէրսէսին, մահ ԿԲ
կանուն Ղողայ. ամս. Ի: Սա արար ժողով բազում Եպիսկոպոսաց՝ ի տալ սոսկ կիլիկեցոյ, առաքնորդութ Նէրսիսի, նոյն քաղաքին Լամպրո- պատի, և մեծ վարդապետի. վասն միոյ և միաբանութ առ Թագաւորն յունաց Մանուէլ: Եւ մինչ յայսմ խորհուրդ էին, լուան զմահ բարեպաշտ Թագաւորին Մանուէլի. և յոյժ վշտացան. զի նայ էր կատարած սիրոյ և միաբանութէն. և զի անկատար մնաց այսպիսի մեծ գործն պատուական:

ՄԵԿՆՈՒԹԻՒՆ

Վարդապետին:

Ի բանզի սրբազան հայրապետն Նէրսէս կլայեցին՝ զոր իւրեան յաւուրս կենացս փոխանակ ոչ կարաց՝ ի ձեռն ժողովոյն հասուցանել՝ ի կատարումն զինքնին փափագանօք ցանկացեալ զաւղաքորութէն հայոց եկեղեցոյն, և զմիաբանութէն ընդ կաթուղիկէ սբ եկեղեցւոյն: սակս այսորիկ նորա հետևողս սրբ Գրիգորիս կաթուղիկոսն. ընդ հաւանութէան քահանայապետ սրբոյն հայոց Լեւոնի. զբուռն էհար ժողով առնել՝ ի տարսոնի քաղաքն, վասն հաստատելոյ զասացեալ միաբանութէնն. և մանաւանդ յորդորեցաւ առ սոյնպիսի

no-

ած այն երկու Թիւնս ի համահրել
ման վարդապետէն Հերսէս լամբրո
նացւոյն, որոյ գերազանուար առաքի
նութիւն, և առաւաքուն խնամատա
րութիւն արժանի է արդեօք, զի մեծա
հռչակեսցի միանգամայն որովհետև
նուիրէ միոչ և ի ծագս աշխարհի:
սորա յիշատակ լինի ի գիրս այսմա
ւուրցն հայոց ի յաւելիսն. Ի. և ասէ
այսպէս: Տիշաւսակ է սրբոյն Հերսէսի
լամբրօնացւոյն, որ էր որդի մեծի ի
խանին օշնոյ տէառն լամբրոնի, և այլ
դաւառացիս] Եւ յետ սակաւ ոց ասէ:
Եւս Թարգմանեաց ի յունաց ի հայ
գիր զպատմութիւն սրբոյն Եղիա
պատուն հռոմայեցւոց. և զկանոնա
կան գիրս բենեդիկտոսի, որով վա
րին ամ ազգն հռոմայ:] Եւ յետոյ դար
ձեալ ասէ: Իսկ նա ասէր զառաքելոյ
բանն. ԵԹէ տակաւին մարդկան հա
ճոյ լինէի, ապա ծառայ քն ոչ էի: այլ
զոր սէր հարցն էր աւանդուն, ինքն
առնէր անխափան. և զայլսն ի նոյն
յորդորէր: և էր նմա յոյժ խոնարհ, և
հեզ. անպարծոյժ, և ողորմած. գԹած.
աղքատասէր. աղօթական, և արտա
սուեղ. անդադարսասէր, և լուսակաց:]
ԶԸրդ այդպիսի մեծ այր և էակից
կոպոն Հերսէս աստուածեղական հո
գւով, և բարձր ձայնիւ, արտաքս
քեաց առաջի հայոց հարցն տարօրէն
ժողովոյն զառաքելապէսաւանդական
խօսս: յորում բաջապէս և յաճա
խատ նախանձով ընդդիմանայ հերձ
ուածողս վարդապետացն ազգին ին
քեան. և բարձրացուցանէ գովասա
նօք զնորին ազգին ուղղափառ հարս
և վարդապետս. և յորդորէ զհա
մագումար ժողովն տարօրինի ի միա
բանութիւն ընդ ոտիւզերած աշխալ Եկե

ղեցոյն

nomenque ad vltimas Terrarum partes immortali famà peruehatur. De tanto Doctore hæc in Armeno Mænologio leguntur: *Commemoratio eſt ſancti Nierſeſis Lampronenſis, qui fuit filius magni Principis Oſcini, Lamproni, aliarumque Prouinciarum Domini.* Et paulò poſt: *Tranſtulit de Græco in Armenum hiſtoriam ſancti Gregorij Romanorum Papæ, & Regulam Benedicti, apud eoſdem Romanos obſeruatam.* Tum inferiùs: *Dicere ſæpè ſolebat illam Apoſtoli ſententiam; Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Omnes ſanctorum Patrum traditiones tum ipſe exactiſſimè obſeruabat, tum alios ad earundem obſeruantiam hortabatur. Eratque valdè humilis, manſuetus, ab ornatus oſtentatione alienus, miſericors, pius, amator pauperum, aſſiduus in oratione, lacrymarum dono præditus, ſolitudinis & ſilentij amicus, &c.* Arm. Mænol die 17. Julij.

Talis igitur, ac tantus Epiſcopus coram Tarſenſi Armenorum Patrum Synodo, cuius deinde os aureum ipſe fuit, apoſtolico ſanè ſpiritu eruditiſſimam habuit orationem; qua zelo admirabili in ſuæ Nationis hæreticos inuectus fuit, catholicos verò Patres ſummis laudibus extulit, & vniuerſam Synodum ad vnionem cum Eccleſia Catholica, & orthodoxam fidem amplexandam animauit. Huius autem orationis initium, & partes nonnullas, quas ipſe furtim ex eorum libris excerpere potui, huc adducere libuit. incipit itaque

tali

tali pacto.

ղեցոյն քրիստոսէ ։

* Extat in Arm. codice inter acta Concilij Tarſenſis.

*Oratio *, ad Armenos Tarſenſis Concilij Patres habita à ſancto Patre Nierſeſe Lampronenſi.*

7 Զամենական խօսք սրբոյ հօրն Ներսէսի լամբրոնացոյն՝ առաջի ժողովոյն ։

OQuos omnes in vnum hìc hodie ſpiritum, in vnum corpus collectos, vnum vniuerſitatis totius caput repræſentantes circumſpicio, Patres ſacroſancti, & ſummi Apices veritatis; ò Chriſtianæ Duces, ac Paſtores Reipublicæ; vigiles Domus Dei Præſides, & Cuſtodes: Ecquiſnam vos, vnà ſimul conſpirantes, ad hunc tranquillitatis portum aduocauit pacificatores Vniuerſi: niſi qui de cælo nobis donatus eſt, ſpiritus Dei pacificus? Verùm & ad quid profectò, niſi ad inſtaurationis ſublapſi, perculſique Templi Dei fundamenta, ac principia iacienda? Eius, inquam, Templi, quod peſſimus Nabuchodonoſor, ille nimirum, qui cauſa malorum omnium eſt, euertit. *Et poſt alia perplura, in ſuæ nationis Pſeudodoctores inſultans, ait.* Hinc proferunt aliqui verba, & miſerabili mente nos ad inimicitiam prouocant: qui licet ex ſapientibus, caritatis tamen dulcedine inſipidi ſunt. Fructus ſpiritus, ait Apoſtolus, eſt caritas, gaudium, & pax; non autem iſtorum, quorum eſt ſchiſma, inuidia, ira, & contradictio; quæ nobis præſcribunt, vt ſeparemur à multitudine aliarum Chriſtianarum Nationum, ab amore, concordia, com-

Ոլ հարք սքբ և պետք ձշմարտութեանն. ով քի ժողովրդեանն գլուխք և հովիտք. ով ատեան այ վիճակացուք և մատակարարք. զրպս տեսանեմ այսօր գումարեալս ի մի շուրջ, և ի մի մարմին, և առ գլուխ հանուրց պատկանեալ։ ով դէղէ էանի մի. ի խաղաղս նաև ահանգիստ. խաղաղարար տիեզերաց. բայց թէ որ յերկնից առաքէ մեզ խաղաղութեն հոգին այ։ եւ ոչ որ աղագաւ. բայց թէ առ սկիզբն առնել շինութեէ քակել և կործանել տաճարին այ. զոր ոկզբնաչարն Նաբուգոդոնոսոր տապալեաց] Եւ յետ բազմաց՝ դարձեալ ասէ ընդ դէմ ոմանց սուտ վարդապետաց հայաստանեաց այսպէս։ Յայտնի առաջաբերեն ոմանք բան և թշնաառական մտօք առ Քինամոն-Թիւն զմեզ մարդէն, որք Թեպէտ ի դիտոց. սակայն ի սերոյն քաղցրութենէ տպէտ եղելոց։ պտուղ հոգւոյն. ասէ առաքեալն. է սէր, ինդութիւն, և խաղաղութիւն. բայց ոչ նոցայն, որ է՛ հեռ, նախանձ, բարկութիւն, և հակառակութիւն. որ գրէ մեզ հրաժարել ի բազմութենէ ազգաց քրիստոնէից ի սերոյ. և որոշել յօրինաց նոցա նոցայ եկեղեցւոյ. և ի միաբանութենէ, և ի հաղորդութենէ նէ։ ով յանդգնութիւն օրինադրին Ողբասցէ զմեզ Էրեմիա, կամ այլ

com-

In crimen adducuntur Armeniorum hæretici.

communione, & legibus Eccleſiarũ illarũ: proh diuinæ legis neglectio! Defleat nos Ieremia, aut alius ei ſimilis queribundus Propheta. Chriſtum pacis mediatorem, fomitẽ odij, & cõtradictionis accepimus. Ecquomodò non digni lacrymis ſumus? caput anguli parietis vnionis, fatui Prophetæ inſtrumentum diuiſionis in medio noſtrũ fecere. Ecquomodò non defleãt nos veritatis diſcipuli? quæ enim in finibus Orbis Eccleſia Chriſti eſt, quæ Chriſtũ Dominum, Deum & hominem nõ confiteatur? quòd ſi res ita ſe habet, quare igitur tanta in medio noſtri exorta eſt contradictio? qui bellum aduerſus alias gerimus Nationes; opinãtes, quod illæ, Chriſtũ ex duabus naturis ineffabiliter vnitum cõfitendo, ſubſtantias, ac proprietates diuidant naturarum; & eſſentias nõ quaſi vnitas, ſed potiùs diuiſas confiteãtur: & hoc totum contendimus ſiue in Theuinenſi Concilio, ſiue in Manaſchiertenſi, ſiue in Siuniẽſis Doctoris epiſtola, ſiue in Scirachenſis, ſiuè in Daronenſis, ſiue tandẽ in qualibet alia; vbi circa talem materiam pugna cõmittitur aduerſus eos, qui Chriſtũ in perſonã diuinã diuidunt, & humanã. At verò Neſtorij quidẽ opinio iſta eſt, non autem Eccleſiæ Dei magnæ, & Throni Imperialis totius Orbis. illi namque contemptores diuiſionis fuerunt, ac ſunt: Chriſtoque tribuunt duarum naturarũ nomen, haud alia mente, quàm vt eundem Chriſtum, Deum & hominem confiteãtur: non autẽ quòd eiuſmodi intellectu compoſi-

Catholici à calũnia vindicantur.

Nomina Conciliabulorũ, & hæreticorum Armeniæ.

poſitionem ineffabilem diuidant. In hoc verò quænam nobis eſt materia contradictionis? idē enim eſt, Deum & hominem aſſerere Chriſtum, ac dicere duas naturas. *Et paulò poſt adducens Patres Armenos Catholicos, inquit*: Sed quare dicunt, nemo ad hodiernum vſque diem hoc nobis manifeſtauit? cum præcipuè multi ex noſtris antiquis patribus, ſanctorū imitatores facti, id ipſum dixerint: ſed cum mores hominum ad aduerſandum ei, quod veritati patrocinatur, proni ſint, declinātes à pace, verba ad inimicitiam prouocantia dilexerunt. Verùm ſi non ſic: vbi relinquemus verba Ioannis Philoſophi, & Patriarchæ, qui hoc ad nos ſanctorum Patrum teſtimonijs traditum, admandauit? vbi Ieſeris Patriarchæ, ſuiq; aſſenſum Concilij? vbi concordiā Papchenis Patriarchæ cum Eccleſia magna Græcorum? nec non eiuſdem ſucceſſorum, & Regum, & Doctorum, ex quibus vnus erat, gratiæ diuinæ opus, & plurimis excelſior, Angelus in corpore, Gregorius Narechenſis? vbi denique verba ſancti Patris noſtri * Nierſeſis, quē proprijs oculis vidimus, & cuius eloquio edocti ſumus? Hi planè omnes cæleſtem hāc machinationem conceperāt, quam vos iam aggreſſi eſtis perficere, ipsàque Eccleſiæ Dei ſuccurrere: quin etiam quamplures alij vnà cum his Patres noſtri, noſtræq; Nationis Patriarchæ; qui quidem ſatis manifeſti ſunt volentibus ſcire, & in diſciplina verborum eorundem laborare. *Et iterum ſermonem conuertens*

Nomina orthodoxorum Armeniæ Patrum.

* Nierſes Ghelaienſis Patriarcha.

Թե՛ն։] Է՛ւ յետ սակաւ՛ց՝ առ բեր զիմ զհայոց ուղղափառ վարդապետս՝ ասէ։ Ա՛յլ ընդ է՛ր ասէն, ոչ ոք զայս մինչ և յայսօր յայտնեաց։ Ա՛յլ մանաւանդ, թէ բազմ՛ւ առաջնոյն, որքո՛յ եղեալ հնարէ՛ օրէ։ սակայն բարք մարդկան հակառակասէր զայն, որ ՀԱՄԱՐՈՒԹԻՆ է՛ր ընդդի՛մ խաղաղութեան անկանելոյն. և զառ ԹՇՆԱՄՈՒԹԻՆ մարդկա՛ն զբանս սիրելոցն։ Ա՛յլ թէ ոչ. ո՛ւր դիւրաւ զբանս Յոհաննու՛ Իմաստասիրին և հայրապետին, որ զայս առ մեզ վկայու՛թիւ հարցն որքո՛յ առաքեաց։ զԵ՛զրսն հայրապետին, և զիւր ժողովոյն զհաստատութի՛ւն զբանն հայրապետին զհամաձայնութի՛ւն առ մե՛ծ ԷԿԵղեցին հռոմայոց։ և զնորին հետեւողացն Թադէ՛ոսեցին և վարդապետացն. յորոց մի է՛ր և նո՛ւն ած-աշնորհ և յորմէ՛ն զԵրզաղանդ, հրեշտակին ի մարմնի, էր՝ի դուռ նարեկացի։ ո՛ւր և զորոյ աչօք տեսաք, և բանիւքն աշակերտեալ եմք, որքո՛յ հօրն մե՛ր Ներսէսի։ Եորմ՛ւ ա՛մենքեան զայն երկնային խորհուրդ և ս՛նան. զոր դուք հանդերձ՛ալ է՛ր կատարել. և սոքա՛ զինքն՛ւ ոչ կերակրել։ Է՛ւ այլ բազում՛ք ընդ սոքօք, որ ուսումնասիրեցա՛ն է՛ յայսմ՛ն, աշխատեալքդ՛ն առ՛ի բանից Նոցա՛ աշակերտու՛թիւն, մե՛ր հարք և մե՛րոյ առհասի՛ս նահապետաց։ քան զի ոչ նեղէ ինձ ոմանց տկարու՛թի՛ւ, մե՛ծոյս արուարքդ երանել։] Է՛ւ դար ձեալ զբանն՛ի դէմ հերձուածողաց դարձուցանելով՝ ասէ. Ա՛յլ թէ ե՛ն ոմանք դարձեալ, որ սոցա՛ ընդդէմ զինեցան. գիտեմ և ես զի՛նք

կամ . ձանաչեմ և զբանեին զօրու-
թիւն . և չեմ անտեղեակ . ուստի
և գտանեմ զնոսա . թէ և սքեա ,
կամ թէ խնաստուն ես , սակայն ոչ
՚ի սերոյն օրէնս ձշմարտու-թիւ վա-
յելօղս : որք ոչ վարկանէին ի-բնանց
յանցանս՝ զմիու-թիւն եկեղեցւոյ քի
ամօտն խորհրդով քակտել : ուստի
և յանդգնաբար ՚ի նոյն սխալանս .
որոց ներքնացէ ՚ած օրօթիւ-դ ձեր
բաս մեծ-ի այս մասին յանցանաց
սխալման . և մի յիշեսցէ զաձեցու-
ցանելն զայս չար սխոտ ձարակու-ին.
որոյ պատուղ ոչ այլ ինչ առնանեմք,
բայց միայն զանարգու-թիւն անու-
անն քի . որովք առնանեմք այժմ
զբազու-մս վարշևալ . և աղբատ ար
առատօք . զի յառաջել սովորու-
թենէն՝ բնու-թիւն եղեալ ի-բնանց
առ ազգս քրիստոնէից և եկեղեցի-
ոյն՝ ոտնձգ առելու-թիւն . և զախտ չար
թշնամու-թէ հայհոյու-թեց չար յարչա
զանօքն յազեցու-ցանելով քի հաճարին
լինել վրէժ խնդիրոյ թշնամու-թեա-
նամ թէ և հաճ առոյ բանս լսեն հաճ
անահան խոստովանու-թիւն յայլ ազ
գաց . ոչ կամին ՚ի սէր խոնարհել.
այլ բուռն հարկանեն զայլ կարծել
ազ . առելով՝ թէ նորա զմեզս ա-
ռեն ազին . վասն այսորիկ և ՚ի մէնջ
առնացին : թերևս ՚ի նմանէ զանց
ապար բանասարկու-ն , և առ քեզ մի
այն նեղգործ-է . մանաւանդ զի դու
՚ի նմանէ , և ոչ նա ՚ի քէն հա-
տաւ : դու զնա , և ոչ թէ նա
զքեզ անկոնանաց ՚ի սկզբանէ : դու
ձեթենի վայրենի պատու-ասաեցար
յանբուն քոյ ՚ի բարի ձեթենոյն . զի
զպօղոսին յիշատակեցից : ոչ թէ դու
զնա , այլ նա զքոյ՝ եղ

յին թ բեմ

tens ad Hæreticos, ait: At quòd alij rurſus fuerint, qui aduersũ hos contenderunt: & ipſe quidẽ ſcio, & verborum eorum virtutẽ agnoſco, nec ſum ignarus, quapropter & illos deprehendo, ſiuè ſanctos dicant, ſiuè doctos, in charitatis tamen lege veritate minimè decoratos; qui haud ſibi aſcripſere pro culpa, Eccleſiæ Chriſti vnitatem animo peruerſo deſtruere; vnde & in hoc ipſum ſeſe merſerunt impudẽter: quibus parcat Deus veſtris orationibus ſecundum hanc magnam peccatorum partem, & errorum; nec ampliùs peſſimũ huius illuuiei malum augeſcere ſinat, cuius non alium inſpicimus fructum, niſi ſolum nominis Chriſti contemptũ; & quo plures iam inquinatos intueor, & lacrymis ingemiſco; quia ex frequentiori vſu natura ipſorum odium facta eſt aduerſus alias Chriſtianorũ gentes, & Eccleſias: quare prauum inimicitiæ fomitem iniquis blaſphemiarum verbis exaturantes, Chriſto fieri videntur exigentia vindictæ. ò miſeriæ calamitatem! quin & ſi acceptabilem articulorum fidei confeſſionem ab alijs audiant, nolunt tamẽ in charitate humiliari; ſed potiùs ad alias verſi opiniones, ſi illi, inquiunt, noſtra odio habent, idcirco & à nobis ipſi quoque odio habeantur. Et quidem ab illis fortaſſe ſeſe abduxit Tentator, & apud vos ſolummodò ſtruit dolos; maximè, quia vos ab illis, non illi à vobis ſciſſi ſunt; vos illos, non illi vos ab initio dimiſere: atque, vt Apoſtoli verbis vtar, vos oleaſter ſylueſtris contra naturã ex-

Inuehitur in hæreticos ſuæ Nationis.

Laudat Eccleſiã Catholicam.

ciſi eſtis à bona oliua. non enim vos illos, ſed illi potiùs, radix cum ſint, vos olim portabant ſufferendo; at nũc, cum non ſimus tales, quales anteà, infirmati ſunt & illi ad legem amoris, hæc pro materia accipiẽtes. *Et inferiùs itẽ*: Reijcite procul à cordibus prauum thẽſaurum, qui nobis diuerſas peperit calamitates; ſed quas? ecquiſnam eas valeat recenſere? Hinc cœpimus eſſe ſine Rege, ſine Principatu, miſerè ſub Gentilium redacti dominiũ: conſtitutiones noſtræ, ſub ſchiſmate exiſtentes, prauæ radicis germina peiora eſſe cœperũt: Populi noſtri inſipientes; Principes, ſocij furum, Eccleſiæ, ſpeluncæ, atq; alienigenarum tabernæ; aliaque permulta, quæ quidem percurrere verbis, menteque recolere, difficile admodùm eſt. *Et poſt alia demum*: Prætereà & alijs cauſis: quandoquidem illi Chriſtianæ fidei, & conſtitutionum Eccleſiaſticarum, ipſorumque Apoſtolorum fundamentum, ac principium præferunt, idque throno imperturbabili; nos autem quodcunque habemus, ab illis mutuatum accepimus. ij ſapientiæ culmen adepti ſunt, atque à Paulo Apoſtolo irrigati floruere: ſacri etiam libri, qui apud nos, ipſorum quoque ſunt; & ſcripta, Patrum eorum. illis thronum Regni, fidei Chriſtianæ robur, & columnam, Chriſtus largitus eſt: Apoſtolo* atteſtante, quòd cum ipſorum principatus occiderit, Chriſti Regnum ſempiternum dominabitur: Non dum, inquit, Romanorum auferetur dominium; non dum aduenier

Enumerat Armeniorum calamitates, ob eorum ſchiſma exortas.

* Exiſtimo, S. Gregorũ, Armeniæ Epiſcopũ, hic Apoſtolum appellari.

ԺԹ 19

Ի 20

Ի 21

ԻԱ

բեմն զքեզ կրէր ոնդելով ի վեր. և զի այժմ ոչ էիք այսպէս. ոնդ բացաւ և նմա առ օրէնս սերոյ, առնալ զայսոսիկ, ներթ.] Եւ դար ձեալ յետ սակաւ ոտ. Ի բաց վտխեկացուք ի սրտից մերոց դէսպ դանձն, որ բղխեաց մեզ զանապատ չարչարանս. և ոչ ևս նորա. ոմ կարէ թուել. ասասի սկսաք լինել առանց թագաւորի, և իշխանութե. յայսր հետէ էզաք ասրտուկ հեթանոսաց տէրութե. կարգք մեր ի բաց հանեալ, աղբիւրք չարին արմատոյն սկսան անասպարեզ լինել. ժողովուրդք անհնազանդ իշխանք զղեցուցիչք պղծոց. եկեղեցիք պանդոկք և մաքսատունք օտարոց. և այլ բազումս, զորս դժուարի բանս թուել, և ընդ անձին ոգորել.] Եւ ի վերջն վերըստին ասէ. Ոչ արձակ ալ և այլ պատճառս. զի հինն և սկզբնէն հաստատուց քրիստոնէից, և կարգաց, և գնոյն հաւատոյն նորա են. և զայս ունին անշարժ աթոռովք. և մեք զոր ունիմք, ի նոցանէ ունիմք. մայր անուանեցան հնազոյն. և յետ այսր ևս ի գիրսն ոտոգեալ ծաղիկս գան. գերզ որ առ մեզ ամաչուցք նորա ի սեպհական. և հարց զնոցին առացեալ. նեցուկ և սիւն հաստատուց քրիստոնէից զաթոռ թագաւորութե նորա էս քրիստոս. ըստ վկայութե հաւատոյ, յորժամ նոցա վաղճանելի իշխանութի դադարեսցի մշտնջենաւոր արքայութիւն տէր. մինչ չէ, ասէ, բարձցի հռոմայեցւոց տէրութի. ոչ ևևնոցի մարդն անօրէնութե, որդին կորստեան, որ ի տեառնէ յիւ բէ սա-

ԻԼ տաց

niet homo iniquitatis, filius perditionis, qui à Domino Ieſu Chriſto diſperdetur. Vides iam, quantum teſtimonium perhibeat Patriarcharum Apoſtolus, hæc dicens. Non quòd ipſe inter ſpiritualia, ac de Chriſti Imperio gloriantes, ſeculare magnificiam principatum; ſed vt ſapientibus oſtendam, quòd illi & ſeculari potiuntur throno vnà cũ ſpirituali, voluntate diuina. Quamobrẽ in Eccleſiæ ipſorum ordinibus decora eſt immutabilitas, ac mutationes quidẽ ad maiorem gloriã Dei. Nos autem quot Reges inſipientes ſortiti ſimus, aut quomodò fuerint Eccleſiæ noſtræ leges à ſtultis Principibus confuſæ, iã in hiſtoriarum libris eruditi eſtis: nec erubeſcere ſcripta debemus, ad finẽ correctionis. &c.] Hæc omnia pijſſimus, ac nobiliſſimus Lampronenſis, corã Tarſenſi Armenorũ Patrum Concilio; cuius quidẽ inſcriptio, & acta, quemadmodùm in Armeno codice extant poſt præfatam Orationem, ita prorſus hoc in loco exponentur.

Diuinum, ſanctum, ac vniuerſale Concilium Tarſenſe, propter Eccleſiæ cõcordiam celebratum, anno Armeniorũ 626. iuſſu Angelici Armeniorum Patriarchæ Gregorij, nepotis S. Nierſeſis: atque in Chriſto coronati, Regis Armeniæ Leonis.*

Concilium Tarſenſe Armenũ.

* Hoc eſt, anno Chriſti 1177.

Propoſitiones, quas Græci poſtulãt à nobis ad pacem conciliandam: & iuxta illas, Synodi reſponſiones appoſitæ.

Græcorum prop. 1. Quærimus, vt ana-

Armenij damnant Eutychē, eiuſque conſentaneos.

anathematizetis aſſertores vnius in Chriſto naturæ, Eutychem, Dioſcorum, Timotheum Aelurum, alioſque omnes eorum conſentaneos.

Armeniorum reſp. Anathematizamus Eutychem, quem & ſancti Patres noſtri, antequàm nos, deteſtati fuere; nec nō & Seuerum. Circa Dioſcorum autem, nō dum nobis innotuit, illum fuiſſe Eutychis conſentaneū; maximè quia habemus epiſtolā, ad noſtras Eccleſias miſſam à ſancto Germano Regiæ Ciuitatis Conſtantinopolitanæ Patriarcha, in qua duntaxat Eutychem huiuſmodi hæreſi laborantem memorat, & non alium; illumq; nobis anathematizandum proponit. Quapropter fas eſſet vobis, noſtras priùs mentes hac in re dubia confirmare, producendo ſcilicet erroneum Eutychis ſcriptum, ſcriptumq; Dioſcori: quòd ſi in illis Eutyches à Dioſcoro ſuſceptus oſtenditur, aut ſi huius ſcriptum eandem illius hæreſim ſapere deprehenditur; expediet tunc vtique nobis, vnà cum Eutyche omnes alios eius conſentaneos execrari.

Poſtulant, vt ſibi oſtendatur, quonam modo Dioſcorus fuerit Eutychis conſentaneus.

Græcorum prop. 2. Quærimus, vt confiteamini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vnum filium, vnā perſonam, vnum Chriſtum, vnum Dominum, vnā hypoſtaſim, indiuiſibiliter, immutabiliter, inalterabiliter, incōfusè: non alium filium Dei, & alium filium Deiparæ Virginis; ſed eundē, filium Dei, & filium hominis; & in duabus naturis vnum confiteamini Deum & hominem; atq; duas naturas, vnum & eundem Chri-

զասդին սի բնութիւն ղբն ; զէ-
ութիւն , և զՊ-հոսկորոս . և զԼմի
մոթէոս զկուռն . և զամ համա-
խոհս նոցին :

Պատասխանի ժողովոյ : Նզովեմք
և զէ-ութիւն , զոր և նզովեցին
նախ քան զմեզ սուրբ հարքն մեր .
և զԼեւեւոս : Իսկ՝ զՊ-հոսկորոս
զինչ և ցայժմ ոչ էր լուեալ էր-
ութեան համախոհ գոլ . մանաւ-
անդ զի ունիմք զՊ-երմանոսի . որ
էբբեհա եղեալ ի Թագաւորական
քաղաքի պատրիարգ . առ Եկեղ-
ցիս հայոց զԹուղթ : Նա և ի բանս
նոր զէ-ութիւն միայն , և ոչ զայլ
ոք յայս աղանդս բամբասէ . և մեզ
հրամայէ նզովել : Զպատ հարկ է ,
առ այս կարծիս նախ զմիտս մեր
հաստատել ձեզ . ՅԲ . բերել զկիրս
հերձուածոցն Եւտիքեայ . և զկիրս
Պ-հոսկորոսի : Եթէ յոյժ անկան զբ-
ալքն ընկալեալ ի Պ-հոսկորոսէ զե-
ութիւն , և կամ գտանի գրու-թիւն
նորա հաւանեալ նոցին հերձուածոց .
յայնժամ պատշաճ է մեզ առանց
կարծեաց նզովել զէ-ութիւն , և զամ
համախոհս նոցին :

ԻԲ. Խոստովանեցեք զաէրն մեր
յիսուս քրիստոս . մի՝ որդի . մի դէմ .
մի քրիստոս . մի տէր . մի անձնաւ-
որու-թիւն . անորակ . անփոփոխ . ան
այլայլելի . անշփոթ : ոչ այլ զորդին
այ . և այլ զորդին սրբոյ ած-ածնին
այլ զնոյն որդի այ և որդի մարդոյ .
բնու-թիւնս երկուս , զմին խոստո-
վանել ած և մարդ . և երկուս
բնու-թիւնս՝ զնոյն և զմի քրիստոս
ունելով երկուս ներոգոծ-ու-թիւնս
բնականս՝ ած-այն և մարդկայնս .
և երկուս կամս բնականս՝ ած-ա-

յին և մարդկային , ոչ հակառակք միմեանց . այլ ընդունայ մարդկայն կամքն զինեւ ած-ային կամացն :

Զիւնն , եւ յս խոստովանութեանս հաճախահաս գտանեմք զմեզ սուրբս , և զմեծ հայրապետսն ի բանս խրենց . յոր . զերանելին աղեքսանդրոս , և հ-րեգորեանն , և զայս հանգոյնս սոցին . նոյնպէս և զնոսն Կիւրղոս , որ ընդ դեմ Նեստորի զինեցաւ յաղթօղ ախոյեանին և վանն սատակելոյ զանձաւ և զանն շինող միաբնութեանն ընծայեսն , նեղհակ չարաչար բաժանողին , ուր թէ ուրեք ասաց . մի է բնութիւն բանին մարմնացելոյ : զոր ընկալեալ հարքն մեր խոստովանեցին ի նոյն եղանելոյ Կիւրղի միտս . և մեզ աւանդեցին . զսա միաբնութեան բանիւն ընդ մարմնոյն ասել բացայ-այտնութիւ մի բնութիւն բանին ընդ մարմնոյ . և ոչ լսա պատճ է-ութեան առհասարակ . զի զայս կի-ա՛ որդ էր կարելի ասել՝ ած- և մարդ զբրիստոս խոստովանողացս : զի Թէպէտ և միմեանց զբաղք բա-ցատ-այտնութեան լսա ուրիշ դաւա-նութեան . սակայն ոչ տեղատակս շինի այսու կամք եղբայրութեան ձերոյ . այլ կարծեօք գայթակղու-թեան վարկ ի վերայ մեր՝ ի յէ ղուխս և ի շինողուխս բնութէնս բրիստոսի բաւականէիմ : զոր մի կ-ցի զմասն ած-ել . այլ հետ էին յայս կարծեաց հարքն մեր , և մեք առաքի ա՛ : է վերայ որոյ և կաց և որ հաճարեմք վասն խաղաղու-թեան եկեղեցւոյ , և շինելոյ զսէրս ձեր , և բառնալոյ ի միջ զոսո-րոտեալ գայթակղութեան կարծիս .

Chriſtum; habentem duas operationes naturales, diuinã ſcilicet, & humanam; atq; duas voluntates naturales, diuinã & humanam, non ad inuicem contrarias, ſed humanam diuinæ ſubiectam, & concordem. Approbãt confeſſionem duarum naturarum in Chriſto.

Armeniorum reſp. Huic confeſſioni conſentientes inuenimus omnes ſanctos, & magnos Doctores in verbis ipſorum, nimirùm B. Athanaſiũ, & * Gregorios, quiq; ante, & poſt illos extiterunt: ſimiliter & diuum Cyrillum, qui aduerſus Neſtorium ſtrenuè decertãs, victoriãq; potitus, ad comprobandã ineffabilem, & inconfusã Chriſti cõpoſitionem, peſſimo Diuiſori contrariã, nonnullis in locis ait: *Vna eſt natura Verbi incarnati:* quod recipientes Patres noſtri, iuxta eandem Beati Cyrilli mentem id ipſum confeſſi ſunt: nobiſq; tradiderunt, quòd ſecundum coniunctionem Verbi cum carne dicatur per æquiuocationem vna natura Verbi incarnati, & non ſecundũ definitionem ſimplicis eſsẽtiæ: hoc enim quì poterat à confitentibus Chriſtum, Deum & hominem, aſſeri? Et quidẽ licet iuxta rectã adhuc cõfeſſionem æquiuocum dictũ illud explicemus, neq; tamen idcircò expletur animus Fraternitatis veſtræ; quinimmò in ſuſpicionem, obtrectationem, & ſcãdalum etiam apud vos adducimur, quaſi Chriſti naturas confundentes, atq; in vnã miſcentes: quod abſit vel ad mentẽ venire; ſed ab iſtiusmodi opinione (teſtis eſt Deus) tum Patres noſtri, tum nos ipſi auerſi omnino ſumus. Verumenimverò ad Eccleſiæ

* S. Greg. Nazianz. & S. Greg. Nyſſen.

Confuſionem à duabus Chriſti naturis explodũt.

cleſiæ ſanctæ pacem conciliandam, ad veſtrã ædificandã Dilectionem, vtque à nobis quodlibet iſtius ſuſpicionis offendiculum auferatur, operæ pretium ducimus, abſtinere nos in poſterum ab illo per æquiuocationẽ dicto vnius naturæ Verbi incarnati; ſed aſſerere dúas naturas, vndè exiſtentia illius ineffabilis vnionis Verbi cum carne verè conſtituatur. Atq; ſicuti eãdem priùs propoſitionem cõfirmauerat S. Cyrillus, & Patres noſtri poſt ipſum, aduerſus eos, qui Chriſtum in duas naturas, duaſque diuidebant perſonas: ita modò nos illam diſſoluimus contra opinionem eorum, qui naturas ipſas cõfundunt; ac ſanctorum Patrum confeſſioni concordes, immobiles in veritate perſiſtimus. Quocirca veracem adhuc, & patentibus Patrum teſtimonijs roboratã, ſancti Patris veſtri Germani epiſtolã habemus iuxta rectam, plauſibilemque doctrinam. Hinc quoq; potentes efficimur ad diſcendum veſtram duplicis voluntatis, atq; operationis profeſſionem, in vnum Chriſtum Deum referendam: nec reſpuimus, ſed approbamus vos, veritatis ſectatores, veſtræque confeſſioni conſentimus.

Duas voluntates in vno Chriſto confitentur.

Græcorum prop. 3. Quærimus, vt ſacrum Triſagium ſine additione illa, *Qui crucifixus es pro nobis*; & abſque particula illa, *Et*, concinatis.

Armeniorum reſp. Vix vllius momenti, & minor quidem, quàm vt perfectiſſimæ veſtræ ſapientiæ ſcandalum parere poſſit, ſuſpicio iſta eſt. quin ſi in Chriſtum diceremus, *Sã-*

Ctus

ա. ի. 31

ա. ի. 32

ա. ի. 33

ա. ի. 34

ա. ի. 35

ա. ի. 36

ա. ի. 37

ա. ի. 38

ա. ի. 39

ա. ի. 40

ա. ի. 41

ա. ի. 42

ա. ի. 43

ա. ի.

ctus Deus, ſanctus & fortis, ſanctus & immortalis, miſerere nobis: Scandalum fortè ſumere, potiùs conueniret: quaſi humanationis gratiam, & quã pro nobis ille ſubijt, paſſionem erubeſcentes abiuraremus. verùm cum & hoc confiteamur gloriantes, vt inquit Paulus, *mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce D. N. Ieſu Chriſti*: cur mendaces exiſtimamur à Fratribus? anne quia Deum crucifixum aſſerimus, & non Chriſtum? ſed quæſumus, ne in hoc offendatis; nã crucem adieciſſe, ſufficit ad illius humanitatem, quã mente concipimus, explicandã, atq; ad ſeruandum nos ab omni paſſionis Diuinitatis opinione remotos. Tum particulã, *Et*, ſuperaddimus ad compoſitionem orationis perficiendam etenim dictio illa, *ſanctus*, in noſtro idiomate breuiſſima eſt, & monoſyllaba; nec proinde cũ alia poteſt dictione ſe ſola annecti, quemadmodùm veſtrum ձոյս. Cæterùm, quòd erga Chriſtum ſit à nobis Triſagium decantandũ, teſtes vos ipſos adducimus: extant enim in vrbibus Damaſcena, & Manueſtana libri quidã, veſtris literis exarati, in quibus ter ſanctus hic hymnus ita ſcriptus reperitur: *Sanctus Deus, ſanctus fortis, sãctus immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miſerere noſtri*. quare hoc pacto eum eſſe canendũ, haud ipſimet excogitauimus, ſed à vobis ita nos didiciſſe, comperimus. quam autem ob causã deindè hanc Patrum* traditionem in minimis poſueritis, ignoramus: quippe ineptus ille rumor de voce, quæ à puero, ſurſum

Triſagium cum appẽdice erga ſolum filium ſe cõcinere afferunt.

* Appẽdix ad Triſagiũ, Hæreticorũ, nõ Patrũ traditio fuit.

Nõ rumor ineptus, ſed veriſſima hiſtoria eſt; quã refert S. Ioann. Damaſc. lib. 3. de Triſag. c. 10. vide ſupra, c. 10. nu. 57.

ſum in aërem eleuato, audita fuerit, ſeniorumque traditionem immutauerit, aures potius noſtras offendit, quoniã, *licet nos*, inquit Apoſtolus, *aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod euãgelizauimus vobis, anathema ſit*. ille porrò quid Chriſtianis euangelizauit, niſi quòd in cruce D.N. Ieſu Chriſti glorientur? in qua profectò, euangelio eius conſentientes, & nos, & vos gloriamur; tametſi ob ſuſpicionem de paſſione diuinitatis ab illo vos verbo abſtinetis. Nos autem, quamuis ibi Deũ nominemus, non adeò in viſione cæcutimus, vt miſsam propterea faciamus gratiã humanationis: quemadmodùm neq; cum Chriſtum appellamus agnum, auferentem mundi peccata, gloriæ diuinitatis obliuiſcimur. At quia exoptamus vel in hoc ſumma noſtra voluntate Dilectionẽ veſtrã conciliare; proceſſimus, & iuſto ſanè modo, ad medendum in hac parte iſti fratrum noſtrorum ſuſpicioni, ita in poſterum erga Chriſtum canentes Triſagium: *Sanctus Deus, ſanctus & fortis, ſanctus & immortalis, qui incarnatus, & crucifixus es pro nobis, miſerere noſtri*. Sicque veſtræ Charitatis opinio dirigi poterit, ne additio illa, *qui crucifixus es*, in ipſam videatur Trinitatem, aut in Chriſtum, ſecundum Diuinitatem acceptum, à nobis referri.

Græcorum prop. 4. Quærimus, vt in feſtorum celebratione noſtræ conformemini Eccleſiæ; celebrantes nimirum feſtiuitatem Annunciationis 25. Martij: Natiuitatis 25. Decem-

ծինք և մեք և դուք: և զիաւնքն զի յայսմ բանէ վասն ամենայնի դուիանան կարծեաց հրամայողք: Մակայն մեք չենք այդ նուրբ տեսութիւն, ոչ զի ամենայն ասելիք. զնոսին մարգեցոյն զանասելիք: որպէս և ոչ յորժամ գառն բարձող մեղաց աշխարհի, զխաչս և զհուիանան ամենուիանան: Եւ զի կասելիք ի վերայ այսորիկ յօժարասիրտ բաշխանօք զսէրդ ձեր ընդգրկել. բժշկել հրամուռնս վարկաք և յայսմ մասին զհարցնել եղբարդդ. և ասել զերիք սրբեանս առ բրեսառս այսպիսի օրինակաւ. սուրբ ամ սուրբ և հզօր, սուրբ և անմահ, որ մարեցաւդ և խաչեցար վասն մեր, ողորմեա մեզ: զի մի թուեսցուք երկրորդ հանդիսանն յայսմ վայրկ տալ գայն, կամ զբրեսառս առակ ըստ ամենայնի ասել խաչեցեալ. բանդ ուղիղ զսիրդդ ձեր կարծես:] Ողջոյն ցիր ամ ընդհերոյդ. եթէ յայսմ պիտ նման սխալն ժողովէն: բանդն սրբոյ դուիանան խաչեցարն աստուածեալ եղև ոչ թէ ի սրբոյ հարդ, այլ ի հերձուածողացն յունաց: Եւ բար բառն լուեալ ի յօդ վերացեալ մանկանէն, է ճշմարիտ աստուածն, ամ աստուած ի վերոյ. ի. Յ. երդ գլուխ. ի թիւ. ճէ.

.դ. Եղծանելոյիք զսուրբն ընդ հառաջ: ՅԲ. զաշխատասցն ի. ին. մարտի: և զծնունդն ի. ին. դեկտեմբերի: զհրեսառսիանն ի. ա. յունվարի: և զմկրտութիւնն ի. զ. նոյն յունվարի: զամն ընդ առաջն ի. բ. փետր վարի: և պարզապար զայսմ աւրուանական ասելս. և զսրբոյհոգ ամ-

աժնին , զկարապետին , և զառա-
քելոցն ։

զիմանէ . Ծանիցէ եղբայրու-Թիւ-
ձեր . զի զոր ինչ առ ի ընկատա
ուղղել գաւանու-Թիւն , նախ քան
զայս գլուխ , ընկալաք , և խոս
տովան եղաք . Թէ լինի առ ի
սէրդ ձեր հոգևոր և մարմնաւո-
որ հաղորդու-Թիւն . և Թէ վասն
ոչ հանգառակելոյ գիտու-Թեան
ձշմարտու-Թեանն ։ այլ ոչ Թէ
ի Թադաւորական պատիւ վերա-
նամք՝ յաւելեալ ի սոյն . և ոչ Թէ
ի վերջին աղքատու-Թիւն ժամա-
նեմք՝ պակասեցուցեալ ։ քանզի ըստ
հաւաքելոյն . ոչ որ կանոս , և ոչ
հանդերձեալքն կարէն մեհնել զմեզ
ի սիրոյն ընկատոսի , և յառնա խոս
տովանու-Թենէս . այլ կցորդ եմք
ձեզ , մի , և հաւատաւք ըստ առ
ի ընկատոս հաւատոյդ . որպէս
և գրեցաք ։ Էտկ զոմանս տեղու-
նականս , զորս պահանջէք կատա
րել , զայս ունիմք անԹերի կա
տարել այ . և ուրախ եմք ի միասս ընկ
ատոսի ընդ ձեզ . բայց ի ծանընդե
ան օրէ , և որ ի նմա յարին խոս
հրեշտակու-Թիւնքն աւետեացն , և
գալըստեանն ի տաճարն ։ ի նախ
նեացն՝ ի մեզ այսպէս ևկեալ . զի
ընդ մկրտու-Թեանն լինիցի ։ Այ
կայն մեր սիրոյ աղագաւ ժողովել
ալ , և զհաղաղու-Թիւն ընկատոսի
ցանկացեալ հաստատել . ախորժեմք
և յայսմ մասին՝ մեծի ևկեղեցւոյ
հաւատարել ։ Թէպէտ և չիք
ի ընկատոս այսու առաւելու-Թիւն
կամ նուազու-Թիւն . յաւուրց յաւ
րաց ածնից միմիանս . այլ մի
այն հաւատով և սիրով զոյնս կա

յ է տարբեր

Decembris: Circumciſionis 1. Ianuarij: Epiphaniæ 6. eiuſdem menſis: Purificationis 2. Februarij: & ſimiliter abſque vlla mutatione proprio quoq; die cæteras feſtiuitates Domini, Sanctæ Deigenitricis, Ioannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum.

Armeniorum reſp. Iam nouit veſtra Fraternitas, quòd quicquid ad orthodoxã Chriſtianæ fidei profeſſionem ſpectabat, iã in præcedentibus articulis lubenter ſuſcepimus, & confeſſi ſumus: idq; profectò, tum ad ſpiritualem, corporalemq; cõmunionem cum Charitate veſtra ſeruãdam; tum quoq; ne contra ſcientiam veritatis niteremur: & non, quòd inde ſperemus, in priſtinã rurſus regalem amplitudinẽ eſſe redintegrãdos: neq; quòd eo fruſtrati vereamur, ne in extremã perueniamus mendicitatẽ haud enim, iuxta verbũ Apoſtoli, inſtãtia, neq; futura poterunt nos ſeparare à charitate Chriſti, aut ab ea, quæ in ipſum eſt, recta fidei confeſſione; ſed potiùs vobiſcum in vnitatem & communitatem ſecundum fidem eiuſdem conſociamur. Porrò quod attinet ad feſtiuitatum dominicarum celebrationem, quã à nobis poſtulatis: illas quidem omnes habemus, ac vnà vobiſcum ad gloriam Chriſti celebramus, excepto Natiuitatis die, & eorum, quæ ad ipſã ordinantur, myſteriorum Annunciationis, & Purificationis. quæ quidem Natiuitas, à Maioribus noſtris traditum accipimus, vt ipſo Baptiſmi die concelebretur. Veruntamen nos hìc propter concordiã congregati, Chri-

Pollicentur, ſe in feſtis celebrãdis vniuerſali Eccleſiæ cõcordes futuros.

Vu ſtique

ſtiq; pacem perficere cupientes, acquieſcimus, etiam in hoc magnæ veſtræ Eccleſiæ cõcordare; & quamuis nihil exceſſus, aut defectus Chriſti fides patiatur ex hac de vno die in aliũ feſtorum trãslatione; id tamen complere, Fratribuſq; concordes inueniri, ex charitate ſaltem debemus, & volumus lubentiſſimè; tamenſi, cum iam olim ab antiquo inueterata ſit in medio noſtri illa conſuetudo, difficilis aliquantulùm nobis erit rei iſtius executio. At verò, cũ inferiùs noſtræ ſimiliter poſtulationes exponendæ ſint: ſi quidem vos Deus ad eas ſuſcipiendas roborauerit, eiſq; ſatisfacere vobis libuerit: nos etiã obſtricti erimus, alter alterius onera inuicẽ portãdo, legem Chriſti vel in hac parte adimplere. Porrò ſi vos infirmi ad hoc fueritis; & noſtræ qnoque infirmitati quælumus ignoſcatis.

Græcorum prop. 5. Quærimus, vt ſanctum oleum ex arboris fructu conficiatis.

Armeniorum reſp. Ex paupertate quidem huic derogamus traditioni; cum in plaga ſeptentrionali difficillimè ea reperiatur materia, quæ continet figuram gratiæ Spiritus ſancti. Si tamẽ deinceps inuentu facilis fuerit, haud quaquam traditionem iſtam fraudabimus.

Sacrã vnctionẽ ex fructu oliuæ conficiendam, fatentur.

Græcor. prop. 6. Quærimus, vt in pane fermentato, & in vino, cui admiſta ſit aqua, ſacrificetis.

Armeniorum reſp. Circa hunc Articulum, quod ſanè iuſtum eſt, Reuerentiæ veſtræ ſuademus; vt nimirum cum Apoſtolica Petri Sede, & cum noſtra

Խոպ 43

Խոպ 44

Խե 45

ասելը : է՛ արդարև այս ի սի
րոյն մասանց , եղբարց համահաւոհ
լինել ի պատիւ նորուն . և կա
միմք բաղձանօք . բայց տկարա
նամք ի տիրապէս լինելին , յաղագս
հնանալոյ աւանդու-թեանս ի մէջ
մեր : ազդ՝ քանզի հանդերձեալ
բանդ ունի և զմեր դլխակարդու-
թիւնս խնդրոց . եթէ զօրացու-ցէ
զձեզ ած առ ի կատարել . և հա
ճոյ Թուիցի ընդունել . պարտս
պանեմք և մեզն այսմ մասին ,
զիմիեանց բեռն բառնալով . կա
տարել զօրէնս քրիստոսի : ի՞նչ
եթէ դուք տկարանայք . և առ
մեզս տկարու-թիւն զինջանել աղա
չեմք :

Է. Կդաւիմք , դի առնիցէք զմ
ռանն ի պաղոյ ծառոյ :

Պէհնի . ազատ յաղբատու-թենէ
խոստանիմք ի աւանդու-թիւնս , և
զայն դժուարագիւտու-թեանն ի
հեռախասին կողմանս զայս նո-ցայ ,
որ ընդունի զանուշ հնարհաղն տուբք
հոգոյն : ազդ՝ եթէ դիւրագիւտ
լինի . զայն օրինաց , և կամ
ըստ հեղգու-թեան , ոչ խաբե
նեմք :

Ջ. Կդաւիմք , դի առնիցէք գա
ծային հաղորդու-թիւնն խմորուն հա
ցիւ . գինով և ջրով :

Պէհնի . ըստ յայսմ մասին է
բաւ ունս վարկաք ձերում պատա
ւականու-թեանդ , ընդ առաքելոյն
Պետրոսի աթոռոյն հաւատալ ,
և ընդ մեր նուաստու-թեանս . և
այսպէս զինջանելով զօրէնս անոյն
նորոգել : քանզի նոքա են առաքելոյն
աւանդոյն աշակերտք հաւատարձեր
ոց հանդոյն և մեք բաղադձ հաց

Reprobāt in ſacris Myſterijs fermentatum panē Græcorū. Aquæ miſtionem ſe ſuſceptu-ros, promittunt.

noſtra adhuc Humilitate concordes efficiamini, atq; ita ſubmiſſi legem charitatis inſtauretis. ſunt nāque illi, non ſecus ac vos, Apoſtolicæ huius traditionis diſcipuli: cū quibus & nos azimum panem in Chriſti ſacrificio conſecramus. Quòd ſi tantā vobis humilitatem Deus conceſſerit, vt hac in re nobiſcum conueniatis; debitum nobis erit, ne quid obſtaculi Eccleſiæ vnitati opponatur, aquam puro vino miſcendi, ad gloriam Dei.

Græcorum prop. 7. Quærimus, vt cum perficitur diuinum ſacrificium, omnes Chriſtiani, tum Eccleſiaſtici, tum ſeculares intra Eccleſiam commorentur; ijs exceptis, quib. hoc pœnitentiæ gratiā à Canonibus prohibetur. Hoc idem ſimiliter in alijs Eccleſiaſticis functionibus obſeruetur.

Armeniorum reſp. Huiuſcemodi delictum nequaquam ex voluntate, ſed ex eo planè proceſſit, quia Gens noſtra extra Regiones, & Eccleſias ſuas aberrat, ac egena peregrinatur in medio veſtri: quare vobis non modò in veſtram nos cōmunionem benignè non excipientibus, verùm & ianuas Eccleſiarum quoq; veſtrarum præcludentibus in faciem noſtrā, nobis impoſſibile fuit, in hac peregrinatione Eccleſias Populis noſtris ſufficiētes ædificare. Hinc abuſus ille, proceſſu temporis ex paupertate continuatus, veluti firmā in legem verſus eſt. nā ſuperioris noſtræ Regionis incolæ, perſpicientes, habitatores inferioris huius Regionis, in quā Sedes Patriarchalis tranſlata fuit, ob Eccleſiarum penuriam extra illas orare, &

Armeniorum conſuetudo extra Eccleſiæ fores orādi.

ipſi quoq; ſimiliter, æmulatione minimè quidem laudabili, eũdem extra Eccleſias orandi vsũ receperunt: quapropter magis creuit in vobis iſta defectus noſtræ Religionis opinio. Cæterùm ſi Patriarchali huic Sedi dederit Deus Eccleſias populorum capaces, facilè iterùm poterit in vniuerſam Armeniorum Nationem, præſertim ex vi noſtri mandati, priſtina induci conſuetudo.

ԽԹ. 49

Græcorum prop. 8. Quærimus, vt recipiatis quartum, quintum, ſextũ, & ſeptimum Concilium Generale.

Sacra Synodus Chalcedonenſis recepta fuit à toto Cõcilio Tarſenſi Armeno.

Armeniorum reſp. Definitio, & cauſa quarti Cõcilij reperitur inter nos; quod quidem concors eſt cum tribus alijs præcedentibus: idcircò & à nobis iàm receptum eſt. Cum verò nos de aliarum etiã Synodorum definitionibus, & cauſis certiores feceritis: illaſque ſupraſcriptæ confeſſioni, & tribus prioribus Concilijs concordes, atque conſonas inuenerimus, excipiemus cum amore.

Ը 50

Græcorum prop. 9. Quærimus, vt veſtri Patriarchæ promotionem, ex Græcorum dumtaxat Imperatore, faciendam, ratam habeatis.

Armeniorum reſp. Præſens Articulus, & ſi poſtremus in ordine, virtute tamen continet omnes alios præcedentes: quoniã iſtud, ſi ita quidẽ euenerit, hanc, quã modò pacem adſtruimus, confirmabit, immò magis, magiſque augebit: ſin verò minus: licet nos iã conſeramus in præſentia, nullos tamen horum ſeminum fructus dehinc collecturos, ſperamus. Cuius rei exemplũ haud quidem in hiſce ſo-

ԹԱ 51

lùm

ղմարդկու-Թիւնս նու-աճել . յետ
այլ խորհուրդ միկու-Թեան հատ
իսկ որեցաւ յայտնել . յր . զբանն
հաճադոյ առաքեալ , և ընդ մեզ
միաւորեալ բնու-Թիւն . և զնոյնս
ած-ու-Թեան հաւաստեալ , ընդ նմին
յարոյց . և ընդ նմին նստոյց յերկ
նաւորս ի վերոյ ամենի իշխանու-Թեց
եղիսեց . և զնոյն եղ- զլու-խ եկե
ղեցւոյ , որ է մարմին նորա . յեր
կինս մեզ բահանայ , և յերկրիս
ըղձելոյ լոս-ցանօղ . ած յապէս և մեզ
այլգն նեղգործ-ու-Թէ չարին բաժա
նելոյ ի ձենջ Թէ ու-ղիղ կարծ-ելոյ ,
կամ Թէ Թու-ղ . մեզ զնշանակե
Թիւն եկեղեցւոյ , և զպատուակութիւն
այսօր չար առնանելէ : առնին զայս
նախ քան զմեզ հարկս ձեր և մեր
յե-ղաքանչիւր ժամանակս . և հնա
րեցան առնել զնաղաղու-Թիւն . որ
պէս էր նեմանոս , պատու-ական
բարի , և երջանիկ պատրիարգն . որ
զրեաց ի հայս զնու-խան հոգևոր
անօթ , և ուղղափառու-Թէ լցեալ
էուիօս դարձեալ ի նոյն աԹոռ
հայրապետ յաւել ի նոյն խորհուրդ
առ մեզ զնու-խն . ած յապէս և մեր
հարքն ջանացին . զի էզր կաԹո
ղիկոսն ի ժամանակս հերակլի ար
քայի արար զմիու-Թիւն եկեղեցւոյ .
սակայն ոչ մնաց հաստատուն . Եւ
էւ էհան կաԹուղիկոսն ի ժա
մանակս էհասլի , և էյոսանդէ
այ Թագաւորայ . և ոչ նորայն
յանկու-Թիւն կարաց ընԹանալ ի յառ
աջ . նմին և էպիսկոպոս միայա
կեան առ էնդրեասեա արքայէ ի
մեծ եկեղեցի . և չերև հնար
մու-Թեան . էւ յետ նոցա այսօր
մեք արժանի գտաք զնաճ-ագործ-ու-

ՅԽ ա Թեան

lùm corporeis rebus, ſed in illis etiã ſupernæ ſapientiæ conſilijs experimur. Quandoquidem volens olim Deus, hominẽ ab ipſo ſeparatum lucrifacere, hæc ſtudiosà inuentione molitus eſt: abſtulit à nobis veterẽ legem, Prophetas, dona, ipſas quoque cœlitùs intentatas minas depoſuit; quippe quæ omnia lapſum iã hominem recuperare nequiuerãt. Sed alia rurſus noua ſalutis noſtræ myſteria voluit exhibere: nempe conſubſtantiale ſibi Verbũ mittens in mundũ, cum noſtra illud natura copulauit: idemq; iã hominem factum, ſibimet ipſi ſecundũ diuinitatem æquale, ad Empyreum ſuper omnes cœlorum Principatus euexit, in dextera ſua collocauit, ac demũ Eccleſiæ ſanctæ caput inſtituit, pro nobis, qui corpus eius ſumus, Sacerdotẽ in cœlis, & in terris gratiarum largitorem. Simili quoq; modo, & Gens noſtra perpetratione mali à vobis ſiue recta, ſiue obliqua mente diuiſa fuit: vnde nos hodiè, Eccleſiarum inimicitiæ, & ſchiſmata quantùm pernicioſa fuerint, experimur. proſpexerũt hoc etiã ante nos Patres veſtri, & noſtri ſingulis tẽporibus; quapropter ad pacẽ conciliandã defatigati ſunt: vt venerabilis, ſtrenuus, ac probus veſter Patriarcha Germanus, qui litteras ad Armenios miſit, ſpirituali charitate, atq; fide orthodoxa plenas. Similiter & Patres noſtri ſupra id ipſum conati ſunt: Ieſer enim Patriarcha tempore Heraclij Imperatoris Eccleſiæ vnionem cõpoſuit, quæ tamen non firma permanſit: itẽq; Vahanus Patriarcha

S. Germanus Patr. Conſtan.

tem-

temporibus Basilij, & Constantini Imperatorum; nec tamen pium illius desiderium valuit vlteriùs progredi. Venit etiã & Gregorius Vacaiaser ad vestram magnã Ecclesiam, & Imperatorem Alexium; neq; potuit vnio conciliari. Post illos autẽ & nos quoque hodie digni reperti sumus, qui ad hoc diuinum opus, & pacẽ animũ adijciamus: veremur tamen, ne fortè, cum minimè vobiscum corpore cõiuncti simus, spiritualis hæc vnio, vti aliàs sæpè contigit, iterũ destruatur; quemadmodùm virtus antiquæ legis adeò infirma fuit, vt homines cum Deo reconciliare nequiuerit. Quamobrem cum aliquãdo, ad facinus hoc perficiendum, simplex consilij prioris inuentum euaserit imbecille, deberetis nunc vtiq; & in hoc seculi fine multiplicis sapientiæ Dei exemplum imitari: atq; non secus ac illa, mutuã naturarum nostrarũ coniunctionem conserere, sicq; charitatem etiã nostram firmo, ac indissolubili vinculo deuincere. deberetis, inquã, Antiochenam Cathedrã Patriarchæ Armeniorũ desponsare: vt nimirum illius castissimæ Virginis, & intemerati huius sponsi consortio, credere valeamus, vnionẽ, inter has duas Nationes nunc initã, stabili deinceps esse charitate perduraturã. Et quidẽ spe maxima niteremur, quòd sicut Dñs N. Iesus Christus per corpus suũ Genus humanũ sub Dei Patris dominio mãcipauit, ita pari quoque ratione & hic Patriarcha sanctã illam Sedẽ, & Ecclesiam veluti corpus suũ habendo, omnes alias Armenio-

Petunt, vt Armeniæ Patriarcha Cathedrã Antiochenam possideat.

Թէ եան բուռն հաբկանել, որ է խա-
ղաղու-Թիւն : սակայն երկնչեմք ,
մի գուցէ , զի ոչ եմք խառնեալ ընդ-
նէզ մարմնով , և հոգեւոր կապակ
ցու-Թիւնս քակտեսցի դարձեալ .
որով վերոյ գրէլոցդ եղև . և որով
զօրինացն տկարացաւ զօրու-Թիւն .
որ ոչ կարաց տիրապէս զմարդինս
առ ած մերձենցուցանել . ազգ
քանզի տկարացաւ սպազդ խորհրդոց
հնարք առ այս գործոյ կատարու ծիս,
պարտ է նէզ ի վախճան յաւիտե-
անս զբազմապատիկ իմաստու-Թիւն
այ առնել յարտացոյց . և հանդերձ
նմա բնու-Թեանց շաղկապու-ծիս ի
մէջ մեր առնել : Եւ այսպէս ան
քակ սիդու-Թ զգէրն նու-աճել : Յի.
հարմնացու-ցանել զաԹոռն ազնուա-
զայ հայրապետաւ-Թեանս հայոց .
զի ի նէռն ողջախոհ կու-սին այն-
րնիկ , և անբիծ փեսայիս այսորիկ
միաւ-որու-Թեան , հաւատամբ լինել
ի մէջ երկու-ց ազգացս անբաժ սի-
րոյ խնամու-Թիւն : և յու-սամբ ,
զի որպէս առքն մեր զմարդկային
բնու-Թիւնս ի նէռն մարմնոյն իւ-րոյ
նու-աճեաց ընդ իշխանու-Թ այ հօր.
այսպէս ու մարմին ունելով զաւա-
ԹոռՆ զայն և եկեղեցի . զայմ
եկեղեցիս հայաստանեայց ընդ իշխա-
նու-Թ Թագաւորիդ հաւատոյ ա-
ծելոյ կացուսցէ , և ի մեծ եկե-
ղեցիդ խառնեսցէ : Այս ոչ նեղ
յիշխանասիրու-Թեան ախտ չարժէ-
ալ այսպէս հաճարձակ խօսիմք առ
սէրդ նէր : մի լեալ զմեզ ած-
կամ այնքան առաջի սրտաւս ի-
մասանոցդ շուալեալ : այլ սիրով բա-
րեաց , և անկեղծաւո-ր սիրով ,
և խաղաղու-Թեան բաղձանօք զայս

nio-

յիս է ան-

ան ամանեմբ հինն հաստատուն , և ՃԸ
անշարժ միութեան եկեղեցեաց մե- 58
ծոց . և առանց քակտելոյ ի ներ
հակացն : Հաւատ թէ ոչ . ոչ լի-
նեցի երկիւղիմբ : զի հոգով խառնելն
մարմին եղիլոցս , ոչ միայ հաս
տատուն առանց կցորդութեան
մարմնոյ և թուի թէ որպէս զօրե-
նայն լինի . որ ոչ կարաց զոր ար
դարացուցանել : և այն զի ամ-
խոնարհեցաւ , և եւս : նոկ այժմ
զի ոգւովբ քահանապետ զինու թէ
նակից մեր զքն , անցեալ ընդ
երկինս , ի ներքոյ վարագուրին ,
նստեալ ընդ աջմէ հօր . ամենեցուն
յոյն ի նմ հաստատուն է . և ՃԹ
լուծ պատուիրանին նմ պատրաս 59
տելովն թեթև : Հաւասիկ յորժամ
լինի կաթուղիկոսն հայոց մի ի ջր
րոց աթոռոցդ , ընդ աջմէ քա-
գահորդ հոռոմոց , պատրիարգ
աթոռոյն անտիոքացւոց . ամ հա
յաստանեայցս յոյս և հաւատս և
միաբանութիւն նոքաւ առ ձեզ
խաղսկի . և ամ լուծ զոր դնէք ի
վերայ պարանոցի մեր , այսու յու-սով
թեթև : ունելով միշտ զմիջնորդ
խաղաղութեան հաղորդ ձեր . և
ձեր կամօքն յաջորդն գառաջինն
փոխել . և քաղքահորական ընտ ԻԹ
րութեդ կոչեցեալ : Հաւասիկ թէ 60
ոչ . ծառայ գոլով այլ ազգայ
ցսա մեղայ մեր . և ընդ իշխանու-
թեդ նոցին քնաւկեալ . զիմդդ հնար
է՛ ինձեալ առ քաղքահորդ հոռո-
մոց , և առաջարկութիւն կաթու-
ղիկոսի պահանջել : Բայն եթէ
էր հնար : զի թէ յարտաքնոյն
Պօղոս սահմանէ քարի վկայութիւն
ունել եպիսկոպոսին . որչափ և առ

niorũ Eccleſias ſub Imperatoris veſtri poteſtatẽ redigeret, veſtræque magnæ Eccleſiæ aſſociaret. Nec verò credatis, quòd principatus cupiditate flagrãtes, hæc ita prælicenter veſtræ cõmunicamus Fraternitati. abſit iſta ſuſpicio à mente veſtra; & à noſtra tale corã adeò ſapientibus. & perſpicacibus viris delirium. ſed animo certè ſimplici, ac nulla ſimulatione tecto, id vobis trãquillitatis deſiderio tracti proponimus, tanquam firmum, atque ſtabile Eccleſiarum noſtrarum concordiæ fundamentũ. quod ſi vobis nequaquam arriſerit, maximoperè dubitamus, quin fruſtretur incœptum. Profectò ſpiritualis coniunctio inter eos, qui corpore præditi ſunt, ſine corporum cõmunicatione nihil firmitatis habebit: haud aliter, ac lex ante quàm à Deo lata iuſtificare neminem potuit: ſed nunc habentes Pontificem nobis cõſubſtãtialem, Chriſtum, qui penetrauit cœlos, ſedetque ad dexteram Patris, omnes certã in eo ſpem collocamus; atque iugum præceptorum ſuorum, eo confortante, leue ſimum ducimus. Ad eundem itidem modũ, vbi Patriarcha noſter in vna ex quatuor veſtris Cathedris ſedebit à dextris Græcorum Imperatoris Pontifex Antiochenus; omnium quidem Armeniorum ſpes, fides, concordia per eum ad vos ipſos conferetur: immò & quodlibet iugum à vobis collo noſtro imponendum, eo ſpem afferente, leue computabimus, habentes ſemper pacis mediatorem, communicantem vobiſcum, qui illum,

Regia electione creatum, pro libito in alium permutare poſſetis. Sin verò minus ita fiet: cum nos propter ſcelera noſtra alienigenarum ſerui facti ſimus, atque ſub duro ipſorum dominio,& ditione degamus;quì fieri vnquam poterit, vt ad veſtrum Imperatorem confugiamus,ab eoque Patriarchæ promotionem efflagitemus? ò vtinam ſic poſſibile foret. Quod ſi Paulus, Epiſcopum ab ijs, qui foris ſunt, teſtimonium habere bonum, adiudicauit: quantò etiam magis ab iſta magna & ſacroſancta veſtra Eccleſia? Vos itaque, an hoc ſimpliciter impoſſibile ſit, ex vobis ipſis iuſtum date iudicium.

ԿԱ 61

աՀԵԼ Ի ՄԵԾԷ Ե Ի ՍԸՌԲԱՉԱՆ ԱՍ ՊԱՏՐԱՐՔԱԲԱՐ ԼԻՆԵԼ. ԵՒ ԴՈՒՔ ՁԵՂԻՆ ՄՈՒՔ ՂԵՐԱՀՆ.

Sequuntur propoſitiones, quas Armenij poſtulant à Græcis.

ՀԵՏԵՒԻՆ ԽՆԴԻՐՔ ՀԱՅՈՑ Ի ՀՈՌՈՄՈՑ.

1. Quærimus, vt omnes, qui crimẽ aliquod admiſerint, de ſingulis ipſorũ delictis, iuxta Canonũ decreta, iudicentur: nec ordines in Eccleſia Dei ſuſcipiãt, niſi poſt accuratũ examen.

ԿԲ 62

Ա. ՀԱՐՑՈՒՓԻՄՔ. ԹԷ ԱՄԵՆԱՅՆ ՄԵՂՍԳԵԼՔ՝ ԸՍՏ ԲԱՐԱՆՉԻՒՔ ՅԱՆՑԱՑ ՆԱՑ ԿԱՆՈՆԱԿԱՆ ՀՐԱՄԱՆԱՑ ԴԱՏԵՑՆԻՆ, Ե ԱՀԴԻՒ ԸՆԵԼ՝ ԱՊԱ ՅԵՒԿ ՂԵՑԻ ԱՍՏՈՒԾՈՅ ՉԱՍՏԻԱՆԱՑ ԸՆԿԱԼՑԻՆ.

2. Quotquot verò ex ijs, qui ad ordines promoti ſunt, deliquerint, iudicio publico deponantur; & poſt condignam pœnitentiam, locum ſui ordinis inter collegas obtineant.

Բ. ԻՍԿ ՅԱՆՑՈՒՑԵԱԼՔԷՆ Ի ՆՈՑԱՆԷ ՅԱՅՍԱՆԷ ԽԱՐՈՒԹԻԱՄԲ ՈՐՈՇԵՑԻՆ, Ե ՅԵՏ ԱՐԺԱՆԻ ԱՊԱՇԽԱՐՈՒԹԻԱՆ՝ Ա ՊԱ ՀԱՄԱԿԱՐԳԻՆ ԴԱՍԱԿԻՑՆԻՆ.

3. Mẽbris mutili, manciq; & lymphatici, ad ordines ne admittantur, quacunque licet ex cauſa.

Գ. ԶՄԱԼԵԱԼՆ, Ե ԿՐՃԱՏԵԱԼՆ՝ ԸՍՏ ՈՐՈՒՄ Ե ԻՆՔ ՊԱՏՃԱՌԻ ՄԻ ԿՈՉԵՑԵՔ Ի ՅԱՌԱՆՁՈՒԹԻԱՆ ՊԱՏԻՒ.

4. Vt ſacroſanctũ Sacrificium azimo pane perficiatur, iuxta veram magnæ Romanorum Eccleſiæ, atque noſtræ traditionem.

Դ. Է՞Ր ՁՀԱՑ ՍՐԲՈՑ ՊԱՏԱՐԱԳԱՆ ՂԻ ԲԱՂԱՐԾ ԱՌՆԻՑԷՔ, ԸՍՏ ՁՂՄԱՐԻԱ ԱՒԱՆԴՈՒԹԻԱՆ ՀՌՈՎՄԱՅԵՑՒՑ ՄԵՐ ԵԿԵՂԵՑՒՑՆ, Ե ՄԵՐ.

ԿԳ 63

5. Vt penitùs abuſus ille tollatur, reliquias eiuſdem Sacrificij ſub terra aſſeruãdi; neq; poſt conſecrationem (quod fit potiùs ad delectationẽ guſtus, quàm ad myſteriũ Sacramenti) miſceatur Euchariſtiæ aqua calida.

Ե. ԲԱՐՁԱՑ ԱՒԱՆԴԵԼՈՅՆ ԿԱՐԾԵՔ. ՁՆՈՒԱՑԱԾ ՍՐԲՈՑ ՊԱՏԱՐԱԳԱՆ ՔԱՐԿԵԼ ՏԱԾ ԿԷՐԿԻՆ. ԶՄԻ Ե ՆԱՅՆ ՀԵՂՈՒԹԵԱՆ ԱՂԱԳԱԼ, Ե ՈՉ ԽԱՌՆԵՐ ԴՈՑ, ՅԵՏ ԿԱՏԱՐԵԼԱՆԱՆ ՋԵՐՄ ՋՐԱՎ ԽԱՌՆԵԼՑԻ.

6. Ieiunia, à Canonibus iniuncta, nec à Regularibus, nec à Sacerdotibus eſu piſciũ, aut vini potu ſoluãtur.

Զ. ԿԱՆՈՆԱԿԱՆ ԱՊԱՀՔ ՄԻ Ի ԿՐՕՆԱՒՈՐԱՑ, Ե Ի ՔԱՀԱՆԱՅԻՑ ՁԿԱՄՔ Ե ԴԻՆՈՎ ԼՈՒԾՑԻՆ.

7. Vt

Է. ԵՒ

Է. Եւ կալցէ զաթոռն Հայոց Լեռնադիկեան հայոց. և զամ- 64
ենայն Եկեղեցիք և սահմանք են ընդ եղ
խանութեամբ նորա յարևելս և յար
եւմուտս. Եւ նոյն յաջորդեսցէ հրա-
մանաւ Բազմաթոռիդ հայոց ազգ.
այլ մինչ և ի սպառ։]

Սմին և ցաւատ են բանք սպարսնոյ
ժողովոյն հայոց. որ վասն մահու-
ան Եդեսիոյն յառնաց ոչ եղև հասանել
ի կատարումն ցանկացեալ միաբա-
նութեանն։ քանզի՝ որպէս պրկ պատ
միչն գրանկաց բարձեալ, ինքն
Մանուէլ սակաւ մի առաջ քան
զմահն եղև, կամէր առնել ժողով
ի Լրստանդնուպօլիս վասն պատ 65
ճառի ուղղափառ հաւատոցն։ և
Ընդեւս ի ժողովն յայնպիսի կատա-
րեալ լինէր միաբանութիւն հայոց.
եթէ ոչ փոխեալ էր յաստի կենացս
նոյն Մանուէլ։

7. Vt Patriarcha Armeniorum Antiocheni Patriarchatus potiatur; domineturque in omnibus illis Eccleſijs, & Confinibus, quæ eiuſdem Patriarchatus ditioni in orientali & occidentali Parte ſubduntur : ac præterea ex Imperatoris veſtri præſcripto idem ſimul regat nunc & in poſterum Gentem Armenam.]

Hactenus acta Concilij Tarſenſis Armeni; quod tamen propter intempeſtiuum Manuelis Imperatoris obitum ſuo fuit fine fruſtratum : nã affirmat Baronius ex Niceta, paulò ante obitum ab ipſo Manuele curatum, celebrari Concilium in cauſa fidei; in quo procul dubio de vnione etiam cum Armenis agendum fuiſſe, niſi illud mors Imperatoris intercepiſſet, ex dictis manifeſtè conijcimus. Baron. an. 1180.

EX ARMENA Hiſtoria.

Caput XXIII.

LXV. *Omnus Gregorius, nepos Prædeceſſoris : annos 2.*

LXVI. *Domnus Gregorius, præcedentium Patriarcharum Gregorij, & Nierſeſis Ghelaienſis nepos ; annos 7. obijtque in Vrbe* Siſi.*

* Vrbs in Cilicia, ab Armenis Sis nuncupata.

ANNOTATIO.

GRegorius hic, Patriarcha, Innocentio tertio Romano Pontifici, primo anno eius Pontificatus, per litteras gratias egit, quòd eius prædeceſſor Cæleſtinus tertius Archiepiſcopum Moguntinum ad Leonem Regem Armeniæ coronandum miſerat ; cui & ab Innocentio perhumaniter reſponſum fuit. eius autem epiſtolæ, de Armenico in Latinum interpretratæ, & in ſecundo libro eiuſdem Innocentij poſitæ, ſunt huiuſmodi.

Apud Innoc. lib. 2. epiſt. 296.

Epiſtola, quam Gregorius Armeniorum Catholicus Domino Papæ Innocentio deſtinauit.

VObis, qui eſtis caput poſt Chriſtum, conſecrati ab eo, & caput catholicæ Eccleſiæ Romanæ, matris omnium Eccleſiarum; adeò

ա 1

Հեստեւի

Հայոց Պատմութեան.

Գլուխ. իգ.

Տէր Գրիգորիս՝ եղբօր որդին անցելոյն. ամս. բ։

Տէր Գրիգոր՝ եղբօր որդի առաջնոց կաթուղիկոսացն Գրիգորի, և Ներսէսի Գելայեցւոյ. ամս. է։ Եւ վախճանեալ՝ ի քաղաքն Սիս։

գ 2

ՄԵԿՆՈՒԹԻՒՆ

Վասն պատմութեանն։

Գրիգոր կոչեաց, եղբօր որդի առն Ներսէսի կաթուղիկոսին՝ զքեզ զուղղակ գահակալեալ առ Իննոկենտիոս երրորդ, պապն Հռոմայ, ի յառաջին ամի պապութեանն նորա։ Եւ զի միւս պապն, որ նախ քան զնա, Կելեստինոս երրորդ՝ առաքեալ էր ի հայաստանն զարհիպիսկոպոս մօղունդացին առ ի պսակել զքեզ զերկն հայոց զԼեւոն։ Յոյժ զգաստ Թուղթն կոչեցին Գրիգորի մեք զառաջ Թարգմանեալ ի հայոց բարբառ, ի յերկրորդ գիրսն նոյն Իննոկենտիոսի. և Թարգմանեցաք զնա զՔեզաստեն ի հայ բարբառ։ որ է՛ այս։

գ 3

Թուղթ առն Գրիգորի կաթուղիկոսին հայոց առ Իննոկենտիոս երրորդ պապն Հռոմայ։

Գրակատուար դևսափոխանդ ըլի. և հաստատեալ ի նմանէ ինքնագլուխ պետ եկեղեցւոյն հռոմայ, որ է մայր ամ եկեղեցեաց աշխարհի.

Յիշ խնամ

իմաստնացեալ և սրբասնեալ ա-
ղօթիւդ աւագելոյն պետրոսի Պապիդ.
եպիսկոպոսաց. քահանայից. քա-
հանայից. կղերիկոսաց. և ամե-
նայնոցն առ հասարակ որք ի ձեր սբ
եկեղեցիդ. որոյն և եղբայրու-թիւն-
ըդ-բնդոց ծառայ չի էն. և չխորհօքն
այլ կենաս ամ հայոց. և որդն սբ և
կենդանդ ձերոյ, որ է հինն օրինաց
ամ բրիստոնէից: Ընորհք ընդ ձեզ և
խաղաղու-թիւն այլ:

Ես ընդ սերոյ ողջու-նիս՝ ծա-
նուցուցի լինի ձեզ. զի մեք ա-
ղէ հէպիսկոպոսաբ, և եպիսկոպոսբ.
քահանայբ, և կղերիկաբ աղաչեմբ
հանապազ զյն քն զդլու-խն մեր. զի
պահեսցէ զձեզ, և զձերս անփորձ և
անսասան ի չարէ: քանզի երբ դու-ք,
որ էք գլուխ, առողջ լինիք. և մեք,
որ եմք մարմին, առողջասցու-ք օր
հնու-թ-ք ձերով: Ծանիր առ սբ. զի
եկեալ է յայդու-ստ առ մեզ ամե-
նասա, երջանիկ, և սրբակրօն եպիս
կոպոսն մօգունթացի. որ ի կողմա
նէ այլ, և դերաբարձր սբ աթոռոյդ,
և մանաւ-անդ մեծ-ի Լեւոյսերն հռո-
մայեցւոց, երբեք առ մեզ զիաուա-
զարդ պսակն. և նովաւ- պսակեաց
զթ-դրն մեր զԼեւն: և մեզ դարձոյց
զթադն վարսանին, զոր կորուա-ծալ
էաբ ի վաղու-ց, յորմէ հեռացեալ
էաբ ի ձենջ: Ռւսաւ այժմ ընկա-
լեալ եղեւ ի մենջ ախորժանօք և մե-
ծա- ուրախու-թ-ք: Եւ յոյժ գոհա-
նամբ զբարերարելն այլ, և զամենասբ
եկեղեցւոյդ հռոմայ, և զվեհափառ
հայսերէն հռոմայեցւոց: Ես դար
ձեալ ծանիր առ սբ. զի նոյն եպիս
կոպոսն յայտնեաց մեզ զվեհափոյն
հրամանս ձեր. զոր և մեք լուաբ յօ-

adeò prudentes, & ſancti, quòd de-
beris eſſe in loco Apoſtolorũ ſubli-
mis Papa: & vobis ſanctis Archie-
piſcopis, Epiſcopis, Cardinalibus,
Presbyteris, clericis, & omnibus, qui
ſunt de veſtra ſancta Eccleſia, ſaluti-
& fraternitatem. Pax Dei ſit inter
vos. Gregorius homo Ieſu Chriſti,
per gratiam Dei Catholicus totius
Eccleſiæ Armeniorum, filius veſtræ
ſanctæ Eccleſiæ, quæ eſt fundamen-
tum legis totius Chriſtianitatis.

Sciatis quòd nos Archiepiſcopi, E-
piſcopi, Presbyteri, & clerici oramus
Ieſum Chriſtum, qui eſt caput om-
nium noſtrum, vt ſeruet vos, & ve-
ſtros ab omnibus malis: quia cũ vos,
qui eſtis caput, eſtis incolumes; nos,
qui ſumus corpus, benè valebimus
per veſtrã benedictionem. Noueritis
Domine, quòd ad nos venit nobilis,
ſapiens, & ſublimis Archiepiſcopus *
Moguntinus qui nobis attulit ex par-
te Dei, & ex parte ſublimitatis Ec-
cleſiæ Romanæ, & ex parte magni
Imperatoris Romanorum ſublimẽ
coronam, & coronauit Regem no-
ſtrum Leonem; & nobis reddidit
coronam, quam perdidimus à lon-
go tempore, vnde nos fuimus elon-
gati à vobis. Et nos recepimus eam
libenter, & cum magno gaudio; &
inclinamus, & regratiamus Deo, &
S. R. E. & alto Imperatori Roma-
norum. Sciatis, Domine, quòd ipſe
nobis monſtrauit veſtra præcepta; &
nos ea multùm libenter audiuimus,
& libenter volumus legem, & fra-
ternitatem ſublimis Eccleſiæ Ro-
manæ, quæ eſt mater omnium Ec-

* Idẽ erat S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Sabinẽſis.

Armenij coronam Regni amiſerant ex quo tempore ab Eccleſiæ Romanæ obedientia ſe retraxerant.

Armenij, Eccleſiæ Romanæ legem ſe prius habuiſſe, fatentur.

cleſiarũ:& nos ſolebamus eã habere, & nunc eã habemus,& libẽter volumus eſſe ad veſtrum mandatũ.Et firmiterſunt ad mandatũ veſtrum omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi,& omnis Clerus noſtræ Eccleſiæ, qui ſunt in noſtris terris,& sũt multi per Dei gratiã. Et nos rogamus vos, vt oretis Deum pro nobis: quia nos ſumus in ore draconis, & in medio inimicorum Crucis, & inter eos, qui ſunt naturaliter inimici noſtri. Et nos vos rogamus per Deum, quatenus nobis mittatis tale adiutorium, & tale conſilium, quòd nos poſſimus conſeruare honorem Dei, & Chriſtianitatis, & veſtrum : quia poſtquã nos ſumus veſtri,& vos eſtis memores noſtri,efficiatis tantum erga nos, quòd nos gratias referamus Deo,qui nos redemit ſanguine ſuo; & quòd gratias agamus sãctæ Cruci Domini noſtri, qui fecit totum mundum. Ieſus Chriſtus defendat vos, & omnes veſtros ab omni malo, & nobis det veſtram benedictionem.

ժար կամաք: և յանձն առաք զօրհնա
և զեղբայրու-թիս զերամբարձ սբ և
7 կենդանագոդ, որ է մայր ամ ևկեղեցեաց
քո: եւ որպես սովոր էաք յառաջնոյն
պես և առժմ ունիմք և ընդունիմք
զնա. և կամիմք միշտ հնազանդ ծնալ
հրամանաց ձերոց մեք և արհեպիսկո
պոսք և եպիսկոպոսք. քահանայք և
ամ կղերիկոսք ևկեղեցոյս մերոյ. որք
են բազումք ի յաշխարհս մեր շնորհօք
այ: Եւ աղաչեմք զձեզ, միշտ աղո
թել առ ած վս մեր. որ կարասիք առա
ի բերանն վիշապի և ի մէջ հակառա
կաց մերոց, և թշնամեաց խաչին
քո: Եւ դարձեալ աղաչեմք զձեզ զն
